eiusdem nature cum ipsis. ⁊ sic est caput eccl'e
per gratiam vnionis: ⁊ per gratiam singu
laris persone. Nam gratia eius plena fuit
plenitudine superabundantie: quia redunda
bat in alios. ¶ Et nota ꝙ talis gratia collata
anime christi: excedebat aliorum sanctorū gra
tiam in infinitum. ratio duplex est.
¶ Prima est: quia inter gratiam Christi ⁊
aliorum sanctorum nulla est proportio: quia si
sic: tunc aliqua persona posset intantū mereri
ꝙ esset capax vnionis cum verbo. quod fal
sum est. ¶ Secunda ratio est: quia meritum
Christi procedens ex gratia eius excedit me
ritum angelorum in infinitum. Nam nulli
us creature meritum sufficiebat ad redimen
da infinita milia hominuꝫ si actu fuissent sicut
meritum Christi. Et hoc est ꝙ dicit. Omni
bus hominibus erudiens nos: idest ad vtili
tatem omnium. Et hoc intelligitur omnibus
sufficienter: sed predestinatis efficaciter.

Scd̄m principale.

Circa scd̄m vbi ꝑponitur nobis be
neficium informatōis: cum dicitur.
Erudiens nos ⁊c. Vbi sunt qua
tuoꝛ conclusiones.
¶ Prima ꝯclo est: ꝙ deus ꝑ hanc gratiā hꝫ
nos illuminare. sed impatiue: ꝑcipiēdo actus
illuminosos fidei firme scie ⁊ sapientie. Dici
tur autem gratia illuminare: qꝛ sicut in lumi
ne solis apparent athomi: sic in lumine gratie
apparent defectus nostri latentes. vnde Au
gustinus. Per rōnaleꝫ habilis est aīa illumi
nari ad cognoscendū deum supra se: ⁊ in se.
Et hoc est qd̄ dicit̄. Erudiens nos scilꝫ exem
plo vite: ⁊ verbo doctrine. Deutero. 8. Si
cut erudit hō filium suum: sic dominus deus
tuus erudiet te.
¶ Scd̄a ꝯclo est: ꝙ tale lumen gratie osten
dendo impietatis turpitudinem: impiuꝫ facit
iustum: ip̄ꝫ a peccato cessare faciens.: ⁊ in vir
tutibus exercere. ¶ Ratio est. Naꝫ in omni
iustificatione impij: opꝫ ꝙ sit duplex motus li
beri arbitrij. Unus quo ꝑ desiderium tendat
in dei iustitiā: ⁊ alius quo detestet̄ pctūm. Nā
iustificatio impij est motus: quo humana mēs
mouet̄ a deo a statu peccati ad statum iustitie:
Oportet igit̄ ꝙ humana mens: se habeat ad
vtrunqꝫ extremoꝝ: ƀm motum liberi arbitrij
Sicut se hēt corpus localr̄ ad motum ad du
os terminos motus. s. ad terminum a quo: ⁊
ad terminuꝫ ad quem accedit. Sicut oꝫ quod
mens humana dum iustificat̄ per motū libe
ri arbitrij recedat a pctō: ⁊ accedat ad iustitiā.

Et hoc est qđ dicit. Ut abnegātes ꝛc.q.d.qꝛ
in lumine gratie vobis apparent pcti turpitu
do: ꝛ pena debita ꝓ eodem. Oportet vt sitis
abnegantes.i.fugientes impietatẽ turpium
actionum: ꝛ secularia desideria.i.affectiones
secularium hoium: que inducunt vos in cor/
ruptionem spūaliū desideriorū. Hec.n. duo
militāt contra salutem animarū.

¶ Tertia ꝯclō est: ꝙ tale lumen gratie nō so-
lum iustificat impium: sed etiā excitat ad virtu
tutes. Nam maximū signum gratie est opera
ri virtuose. quod sine opibus non pōt fieri.
Unde deus ꝯferendo gratiā: causat virtutes
in anima. qbus meritorie poterit opari. vnde
apl's. Omnia possum in gratia: q̄ me ꝯfortat
vnde Augustinus dicit. Sicut oculus corpo
ris plenissime sanus: nisi candore lucis adiu/
tus fuerit: non pōt cernere: sic ꝛ hō perfectissi
me iustificatus: nisi luce gr̄e diuinitus adiuuet̄
recte non pōt viuere: sed iustificatio fit p grāz
Ad Ro.3. Justificati gratis p gratiā ipsius.
Ergo hō etiam hn̄s gratiā: indiget alio auxi
lio gratie ad h̄ ꝙ recte viuat. Et hoc est qđ di
cit. Sobrie in nobis. s. actōes nostras discre
te discernēdo. Juste quo ad ꝓximū vnicuiq̄
quod suum est reddēdo. Pie: quo ad deū. s.
suis iussionibus obediendo. Uiuamus: vitā
nostrā hijs virtutibus pficientes: in hoc secu
lo neq̄: ꝯstituēti nos inimicos dei. vn̄ Ber.
O secl'z neq̄: q soles tuos sic btificare amicos
vt dei facias inimicos: ꝛ idigs ꝯsortio btōrū.

¶ Quarta ꝯclō est: ꝙ sic iustificatis ꝯfert cer
tam spem eterne retributōis. Nam s̄m magi
strū sniarū: spes est certa expectatio future be
atitudinis: veniēs ex dei gratia: ꝛ ex meritis
p̄cedentibus: cōferens securitatē. vnde psal.
In deo speraui: nō timebo qd faciat ꝛc. Et iō
dicitur esse anchora aiam p̄seruans: ne procel
lis temptationū a deo rumpat̄. Unde Aug.
dic̄. Si videris fluctuari in mari isto: noli ab
rumpi ab anchora anteq̄ intres portū. Flu
ctuat nauis in anchoris. sed nō longe a terris
ꝓijcitur: nec in eternum fluctuabit: si ad tem-
pus fluctuat. Et hoc est quod dicit. Expectan
tes tāq̄ certi. Btām spem. i. beatitudinē pa/
ratam. vbi nota ꝙ spes aliquādo ponit̄ pro re
quam speramus: vt hic. quādoq̄ ꝓ certitudi
ne glorie future: vt ad Ro.5. Probatio ve/
ro spei gloria. i. certitudo glorie future. Quā/
doq̄ ꝓ virtute: vt p̄a corin.13. Nunc aūt ma/
nēt fides: spes ꝛc. Quādoq̄ ꝓ motu virtutis

¶ Et nota ꝙ vbi est expectatio spei: ibi sunt
duo. s. intentio animi ad futurā beatitudinem
ꝛ pmanentia in loco spūali: qui deus est. Jo-
hannis.5. Manete in me: ꝛ ego in vobis.
Qui a deo per peccatum recedit: non h̄z expe
ctationem. que ad spem requirit̄. vnde subiun
gitur: Et aduentu glorie. i. manifestationem
gloriosam magni dei ꝛ saluatoris nostri iesu
Christi: qui. s. non in infirmitate: sed in maie
state veniet premia daturus s̄m merita.

Tertium p̄ncipale.

Circa tertiū vbi ꝓponitur nobis be
neficium passionis: cum dicit̄. Qui
dedit semetipsum pro nobis. Ubi
sunt quatuor conclusiones.

¶ Prima ꝯclō est: ꝙ decens fuit humanum
genus reparari. ¶ Ratio est. Nam non de-
cet dinam clementiam totā posteritatē ꝓpter
vnius pctūm ppetue dānare. Sed h̄ factū fu
isset: si reparatio non fuisset.

¶ Scđa ꝯclō est: ꝙ talis repatio debuit fieri
p satisfactionem. Nam ordo diuine iustitie h̄
requirebat: vt nullum pctūm maneret impu
nitum: Sed non reparatio fuisset per satisfa/
ctionem: peccatum fuisset impunitum.

¶ Tertia ꝯclō est: ꝙ ꝯgruū fuit ꝙ talis satis
factio fieret per illum: qui esset deus ꝛ homo.
¶ Ratio est: qꝛ sicut per vnum hoiem pecca-
tum introiuit in omnes hoies: ita in repatio/
ne gratia per vnum intraret in oēs. Sed hoc
non potuit fieri per vnum hoiem: qꝛ per vnū
hoiem non intrat gratia in alium. Igitur de-
cens fuit vt esset deus ꝛ hō. He tres ꝯclusio/
nes ꝯuenienter includunt̄ in h̄ ꝙ dicit̄: Qui
dedit semetipm ꝓ nobis. i. gratis sine meritis
per precij solutionē: ꝛ a culpa p mundationē.

¶ Quarta ꝯclō est: ꝙ talis satisfactio debuit
fieri per mortem eius: qꝛ non pōt ꝯuenietius
solui debitum mortis: nisi p mortem gratuitā
Sed nos oēs eramus debitores mortis pro
pter peccatum Ade. vnde ipse dedit seipsum
in precium: non aliquam aliam creaturam: qꝛ
nulla creatura esset precium sufficiens ꝓpter
debitum insolubile pro nobis adhuc inimicis
Ad Ro.5. Cum inimici essemus: recōciliati
sumus p mortem filij eius: vt nos. s. obliga/
tos ꝛ venditos redimeret p sanguinis p̄ciū:
ab omni iniquitate tam originali q̄ actuali.
Greg.pe.3. Non corruptibilibus auro vel
argento redempti estis: sed precioso sanguine
vt mundaret per baptismalem regenerationē

In cuius signum in passione eius de latere
eius exiuit sanguis ⁊ aqua. Ut mundaret in
quit sibi populum acceptabilem. i. gratuz per
fidem ⁊ caritatem. Sectatorem bonorũ ope
rum. per bonam ↄuersationez. Prima Thi-
moth. 6. Sectare iustitiam: pietatem ⁊ fidem.
Hec loquere. s. que predixi de filij incarnatio
ne ⁊ passione. Loquere nescientibus: ⁊ exhor
tare scientes ⁊ negligentes ⁊c.

¶ In prima missa. Sermo de euangelio.

Exiit edictũ a Cesare Augusto ⁊c. Lu
ce. 2. Reparatio humani
generis fuit causa incarna
tionis verbi diuini: vt dicit
Damas. quia humanatio
verbi ꝓpter hoc facta est: vt natura que pecca
uit ⁊ corrupta est: liberaretur a corruptiõe: vt
sicut per hominem mors: ita per christum re-
surrectio mortuorum fieret. Ne ergo ignorã
tia seu negligẽtia redderet nos ingratos: ideo
euãgelista circa benedictã incarnationẽ ponit
sex considerationes.

Prima consideratio.

Circa primam considerationem: que
est de tẽporis opportunitate cuz dicit
Exijt edictum. Sunt tres ↄclõnes
¶ Prima ↄclõ est de temporis conuenientia
ꝙ natiuitas christi multum ↄueniebat. Nam
conueniens est amico necessitatem patiẽti sub
uenire. vnde qui tempore necessitatis desinit
subuenire: amicus nõ est. Prouerbioꝝ. 17.
Omni tempore diligit qui amicus est. Sed
quia peccator ꝓpter indigentiam ⁊ defectum
ponitur in tẽpore necessitatis: ⁊ diligit a deo:
quia ſꝫ Augm. Si deus peccatores nõ amas
set: de celo non descẽdisset. Et etiam deus cuz
sit summe misericors: promptissimus est mi-
seros a miseria liberare. Ideo congruebat eũ
humanari in tempore nostre indigentie: vt
nos saluaret. Hoc innuitur cum dicit. Exijt
edictuz ⁊c. vbi ↄgruitas tpis ostẽdit a tribus
¶ Primo in ꝑsona principis reipub. q̃ na
tus est tempore Octauiani Augusti. Et hoc
ꝓpter ↄuenientiã rei: vt per vniuersalem iu-
risdictionem Augusti designaretur vniuersa
le dominium christi: de quo in psal. Domi-
nabitur a mari vsqꝫ ad mare. ¶ Secundo si
cut ille auxit Romanam remp. sic ⁊ xp̃s eccle
siam. Et h̃ in quatuor. s. in gratia diuini amo
ris: in veritate diuine cõgnitiõis: ⁊ in merito
bone operationis: ⁊ in premio eterne retribu
tionis. ¶ Secundo in negocio rei geste: q̃
natus est tpe descriptionis seu professionis:
in quo designatur ꝙ ille nascebat hoc tpe: qui
electos ascriberet in eternitate. Et h̃ q̃druplr
¶ Primo ꝑ eternam p̃destinationem: per in
ternam vocationẽ: per gratie infusionem: ⁊ ꝑ
glificationem. Ro. 8. Quos predestinauit:
hos vocauit: hos iustificauit ⁊ magnificauit.
¶ Tertio a qualitate collate gratie: q̃ natus
est tpe pacis propter tria. ¶ Primo vt innu
eret se actorẽ pacis. vnde dicit rex pacificus.
¶ Scdo vt ostẽderet se auctorem pacis: quã
vsqꝫ ad mortem sectatus est. Psal. In pace
factus est locus eius. ¶ Tertio vt viam veri
tatis p̃dicatoribus prepararet. Ysa. 4°. Erit
via residuo pplo. vnde dicit. Exijt edictũ ⁊c.
id est gnãle mandatũ. Ut describeret vniuer-
sus orbis. s. imperio romanoꝝ subiectus.
Hec descriptio prima facta est a Cyrino pre
side Syrie. s. misso a Cesare Augu. in Sy-
riam tanquam preside ⁊ iudice.
¶ Scda ↄclõ est: ꝙ licet gratia dei omnibus
presto est sine ꝑsonaruz acceptione cum sit do
num dei supernaturale: a solo deo nature col
latum. requirit tamen dispositionem debitam
in recipiente. Nam videmus in agente natu
turali ꝙ agens naturale nõ introducit formã
nisi materia sit p̃parata. Et ideo alteratio pre
cedit introductionem forme substantialis: vt
contrarie dispositiones amoueant: ⁊ conueni
entes introducantur. Sic est in sp̃ualibus a
deo nõ infundit gratia in aiam: nisi p̃mo dis-
ponatur. Et h̃ fit mediante alteratiõe. s. vt af
fectiones ⁊ opationes ↄtrarie amoueant. Et
hoc est ꝙ dic. Et ibant oẽs in ciuitatẽ suã ⁊c.
scilicet alteratione: affectiones relinquẽdo sa-
luti ↄtrarias: ⁊ virtuosas assumẽdo: qbus ꝓ
ficiscit in eternã salutez: q̃ ꝑ ciuitatẽ designat
¶ Tertia ↄclõ est: ꝙlꝫ ſꝫ predicta conuersio
mentis ad deum fiat ꝑ liberum arbitrium: ⁊
ſm h̃ precipit ꝙ homo se ad deum cõuertat.
Hoc tñ non põt fieri nisi deo ip̃m ad se ↄuer
tente: ſm illud Ihere. 31. Conuerte ad me ⁊
cõuertar ad te. Et ideo sequit ꝙ nihil põt ho-
mo facere: nisi a deo moueat. Joh. 15. Sine
me nihil potestis facere. ¶ Rõ huius eẽ põt
Nam lꝫ liberꝝ arbitriũ bonũ ⁊ malũ neutrale
habeat libertatẽ; tamen ꝓpter fomitem origi

nalis infectionis ad malum habet quandam
seruilem inclinationem. Et ideo ad bonū nō
potest conuerti: nisi solo deo mouēte. Quod
etiam p₃ ad philip. 2. Deus est qui operatꝰ in
nobis velle ⁊ perficere. ¶ Scd̃o patet rōne:
quia cum oīs motus naturalis est ab eo q cāt
nāz. Sed deus est causa volūtatis: tum qꝛ vo
luntas est potentia anime rationalis: que a so
lo deo causatur per creationem: tum quia vo-
luntas habet ordinem ad velle bonum: quod
est deus. Quare deus vt vniuersalis motor:
mouet animaz naturali ⁊ vniuersali motu ad
vniuersale obiectum voluntatis: quod est bo
num. ⁊ sine vniuersali motione homo nō po-
test velle aliud: licet homo per rationez deter-
minat ad volendum hoc vel hoc: quod est vel
verum bonū vel apparens. Sed tamen inter
dum spāliter deus mouet animaz ad aliquod
bonū: sicut in hijs quos mouet ꝑ gratiaz. Et
hoc est ꝙ dicit. Ut ꝓfiterentur singuli: suam
scilicet in sufficientiam: ⁊ diuinam liberalitatē
que dispositionem confert ⁊ ꝑfectionem.

Scd̃a ꝯsideratio.

Circa secundam que est de loci ido-
neitate cum dicitur. Ascendit autez
Joseph. Ubi sunt due ꝯcl̃ones.
¶ Prima ꝯcl̃o est: ꝙ christus quatuor loca si
bi approꝑauit. s. Syon: Nazareth: Bethleē
⁊ Jhr̃lm. Syon sibi elegit: vt suaz orignē. s.
ꝙ esset de stirpe regia: declararet. Nazareth
elegit sue conceptioni: ⁊ Bethleez sue natiui-
tati. Jhr̃lm passioni: ostendens ꝙ xp̃s speci
aliter ⁊ spiritualiter ꝑmo ihabitat corda inno-
centia ꝑ mundiciam. vnde Syon interpretatꝰ
sponsa. ¶ Scd̃o corda virtuosis exercitijs
adornata. vnde Nazareth florida dicitur.
¶ Tertio corda sustinentiuz compassiua. vn-
de Bethleem dicitur domus panis id est la-
chrymarum. vnde psal. Fuerunt mihi lachry
me mee panes die ac nocte. Et alibi. Et panē
lachrymarum dabo vobis ⁊c. ¶ Quarto cor
da concordiarū pacifica: quia ihr̃lm interpre
tatur visio pacis.
¶ Secunda conclusio est: ꝙ constituti in hoc
seculo nequam ad eternam ascriptionem non
valemus ascendere: tum propter nostraz pro-
nitatem: tum propter mundi transitoriam con
solationem: que nos tardat. vnde bene dicit.
Ad nihilum vtilis est mundialis consolatio:
⁊ quod magis est metuendum: etiam vere ac
salubris consolationis est impedimentuz. Et
ideo de valle miseriaꝝ que intelligitꝰ per gali
leam: ascēdere debemus. Ad pariendū pueꝝ
iesum id est ad perficiendum bonum proposi
tum deuote vite operum completione cum ve
ra humilitate: que est custos omnium virtutū
Hec humilitas per Joseph intelligitur: qui fu
it nutricius ⁊ custos. quia nunꝗ aliquis con-
tinuaret ꝓpositū sanctitatis: nisi nutriat ⁊ cu
stodiat virtus humilitatis. Et etiam debet ꝓ
fiteri cum Maria despōsata sibi vxore. i. cuz
discreta ratione. Nam sicut Maria Jesuz: sic
ratio discreta concipit ꝓpositum sanctitatis ꝑ
affectum in voluntate: ⁊ per effectum istud in
bona conuersione. Concipit autem de spiritu
sancto: qꝛ ip̃m bonū ꝓpositum a gratia dei est
que dat velle ⁊ ꝑficere. Ro. 8. Sed quare sic
christo nato adhibetur custodia: ratio est: quia
omne nouum in ꝓncipio cito sentit detrimen-
tum. Et ideo voluit deus non solum matrez
qua nasceretur: sed etiam custodem: a quo cu-
stodiretur habere: vt scias ꝙ nihil ꝓdest si bo
na spiritualia studiose cōgregas: nisi diligen-
ter custodias congregata.

Tertia cōsideratio.

Circa tertiam ꝯsiderationez: que est
de partus celebritate: cum dicitꝰ. Fa
ctus est aūt. Ubi sunt tres ꝯcl̃ones.
¶ Prima conclusio est: ꝙ ex decreto diuine
ordinatōis ꝯueniens fuit deum incarnari: qꝛ
ſm Damascenum ꝑ incarnationis mysteriū
monstratꝰ simul bonitas: sapientia ⁊ iustitia ⁊
potētia dei vl' virtus. Bonitas qꝛ non despe
xit ꝓprij plasmatis infirmitatem. Justitia ve
ro quoniā hoīe victo: non per aliuz fecit vin-
ci tyrannum: nec vi eripuit hominem ex mor
te. Sapientia vero: quoniā inuenit difficilis
precij deuotissimam solutionē. Potentia ve-
ro siue virtus infinita: quia nihil est maiusꝰ: ꝗ
deum fieri hoīez. ¶ Ratio est. Nā vnicuiꝗ
ꝯueniens est ꝙ competit sibi ſm rationem ꝓ
prie nature: sicut hoīem cōueniens est rōnari
quia hoc conuenit inꝗtum est rationalis ſm
naturam. Ipsa aūt natura dei bonitas est ſm
Diony. de di. no. vnde quicquid pertinet ad
rationem boni: cōueniens est deo. Pertinet
autem ad rationem boni: vt se alijs cōmuni-
cet ſm Diony. vnde ad rationem summi bo
ni pertinet ꝙ summo modo se creature cōmu
nicet. Quod qdem maxime fit: per hoc ꝙ na-
turam creatam sic sibi coniungit: vt fiat vna ꝑ

bona ex deo. s. verbo: aĩa ꝛ carne. vnde pꝫ ꝙ
conueniens fuit deum incarnari. vnde dicit.
Et factum est. Cum aũt essent ibi. q. d. cuꝫ no
stre miserie essent in mẽte eterna p̃uise: ꝛ ordi
natione totius sanctissime trinitatis sctũꝫ est. i.
decretũ vt deus hõ fieret pp nostrã salutem.
¶ Scđa ɔclõ est: ꝙ in hac benedicta incarna
tione deus ɔtulit nobis bona: qbus vita no/
stra pficitur. ¶ Primum est fides recta: que
magis certificat ex h̃ ꝙ ipsi deo loquẽti credit
vnde Aug⁹. de ciuitate dei dixit. Ut hõ fiden
tius ambularet ad veritatem: ipsa veritas dei
filius hoĩe assumpto: ɔstituit ꝛ fundauit fideꝫ
¶ Scđm est spes: que p hoc maxime erigit.
vnde Aug⁹. 13. de trini. Nihil tam necessari
um fuit ad erigendam spem nostrã: q̃ꝫ vt de/
monstraret nobis q̃ꝫtum diligeret nos deus.
Quid vero isto iudicio manifestius: q̃ꝫ vt dei
filius nostre nẽ dignatus est intrare ɔsortiuꝫ?
¶ Tertium est caritas: q̃ maxime per h̃ excita
tur. vnde Aug. dicit. Que maior cã est aduẽ
tus domini: nisi vt ostẽderet deus dilectionẽ
suam? Et postea subdit. Si amare pigeat: sal
tem reamare nõ pigeat. ¶ Quartum est ple/
na pfectio deitatis: que vere est hoĩs btitudo:
ꝛ finis humane vite. Et h̃ collatum est nobis
p christi humanitatem. Et hoc est ꝙ dicit. Im
pleti sunt dies. s. deuoti hoĩs hijs donis qua/
tuor: per christi humanitatem nobis collatis:
qbus dies vite nostre pficiuntur ad meritorie
opandum. Et sequit. Ut pareret filium suuꝫ
id est ppositum bone vite diu in mente conce
ptum: perficeret operis impletione.
¶ Tertia ɔclõ est: ꝙ in isto btõ filio inueni/
mus dupliceꝫ filiationẽ. Unam qdem: q̃ hꝫ
respectum ad patrem p eternam generationẽ
Aliam que hꝫ respectũ ad matrem per tpaleꝫ
pturitionẽ. ¶ Et nota ꝙ filiatio est pducti nã
liter per aliquod pducens: ita ꝙ sit sile in natu
ra viuente: ꝛ intellectuali: ꝛ sibi ɔsubstantiale
¶ Per p̃maꝫ ɔditõem spũs sanctus non põt
dici filius patris nec filij: q2 non pcedit p mo
dum nẽ. Nec ignis productus põt dici filius
ignis pducentis: q2 non viuit. Nec brutum
põt filius dici: q2 nõ intelligit. Nec si aliqs p
duceret alium de nõ subã sua: ille diceret eius
filius. Sic Adam non dicit filius dei. Tunc
ɔcludo ꝙ in christo sunt due filiatiões reales
q2 filiatio nõ determinat sibi suppositũ: nisi
ratio est gñationis passiue: h̃ est rõne pductio
nis ꝛ ratione nẽ, sed cuꝫ vnitate suppositi stat
bene plificatio in xp̃o gñationuꝫ passiuaꝝ vel
pductionuꝫ. Probo: q2 pductio eterna a pa
tre: ꝛ tpalis a matre. Et h̃ est ꝙ dicit. Et pe/
perit filiũ suum. s. tpalr̃ s̃m nãm humanã cuꝫ
defectibus nostris: qbus nobis meret. Sꝫ di
citur p̃mogenitum: ppter eternam generatio
nem s̃m diuinam naturam a patre.

Quarta ɔsideratio.

Circa quartam ɔsiderationem: q̃ est
de plis sedulitate: cum dicit. Et pan
nis cuꝫ inuoluit. vbi sunt due ɔ°es
¶ Prima ɔclõ est: ꝙ xp̃s in sua natiuitate sũ
mam pauptateꝫ exẽplificauit nobis. vnde dr̃
ꝙ pannis eum inuoluit in testimoniũ paupta
tis. vnde paupes dicunt pannosi: qui multis
pannoꝝ petijs induunt. ¶ Nota circa paup
tatem christi aliquas virtutes: quas inuenies
in questiunculis de paupertate.
¶ Scđa ɔclõ est: ꝙ pauptas est ĩualida sine
humilitate. Ideo saluator in natiuitate se in
p̃sepe explicando: subiunxit humilitatẽ ad no/
strum pfectuꝫ. vnde Ber. Quanto minorẽ
se fecit dei filius: tanto maiorem se ostendit in
bonitate. Et q̃ꝫto p me vilior: tãto mihi cura
tior. Et hoc notat cum dicitur. Positus in p̃
sepio: non sedens in solio: non presidens in
palatio in signum humilitatis. Pauptas cuꝫ
pannis eum inuoluit. Humilitas eum in pre
sepio inclinauit. ¶ Quotiens g̊ virtutes cuꝫ
Maria id est cum anima penitente inuenis:
totiens saluatoreꝫ noueris esse natuꝫ. ¶ No
ta hic dãnantur delicie: diuitie ꝛ honores hu
ius mũdi. Delicie in hoc ꝙ filius dei nõ mol
libus: sed pannis rudibus est inolutus. Ho
nores in hoc ꝙ non in palatio: sed in p̃sepio
eum rure reclinauit. Diuitie in hoc ꝙ locum
alium non habuit.

Quinta consideratio.

Circa quintam considerationem: que
est de nuncij solẽnitate cum dic̃. Et
pastores ꝛc. vbi sunt sex ɔclõnes.
¶ Prima conclusio est hystoriam videre.
Mos eniꝫ erat gentilibus antiquis in vtroqꝫ
solstitio scilicet estiuali ꝛ hyemali vigilias no/
ctis custodire ob solis venerationem. qui for/
te vsus apud iudeos ex vsu cohabitantium in
oleuerat. vnde in ipsa nocte pastores sup gre
gem suum vigilauerunt: sicut bis in anno in
longioribus: ꝛ breuioribus noctibus facere
consueuerunt.

¶ Secunda ꝯclusio est ꝙ natiuitas christi.
¶ Primo nũciata est pastoribus ꝓpter qnqꝫ
rationes. ¶ Prima ratio est: vt paupertatez
ꝯmendaret: vnde Ber. Quanti nobiles ꝑm
carnẽ illa hora in stratis mollibus quiescebãt:
ꝛ nemo illoꝝ dignus habitus ẽ nouaz videre
lucem ꝛc. ¶ Scd̃a ratio est: vt simplicitatem
ꝯmẽdaret. vnde apl's. Que stulta sunt huius
mũdi eligit d̃s: vt cõfundat fortia ꝛ sapiẽtes.
¶ Tertia ratio est: vt ad requirendaz ouem ꝑ
ditam: tanquã vetus pastor venisse se indica-
ret. Luce. 15. Quis ex vobis homo hñs cen
tum oues ꝛc. Quarta ratio est ꝑꝑ officij pasto
ralis approbandã auctoritatez. vnde sancti pa
tres antiq leguntur fuisse pastores. Unde fi-
lij Jacob dixerũt Pharaoni. Geñ. 36. Uiri
pastores ouiuz sumus. ¶ Quinta: vt infor-
marentur mistice quõ pastores se habere debe
ant ad oues sibi ꝛ sue cure ꝯmissas. Et hoc est
qd̃ dicitur. Qd̃ pastores erant in re. eadez vi
gilantes: vbi dicit Ber. Qd̃ nũciatur pastori
bus vigilantibus: ꝛ in regione manentibus:
ꝛ nõ militibus: nõ venatoribus: nõ dormien-
tibus: nõ in ciuitate vel tumultu existentibus.
Et bene dicit pastoribus q. s. interiora regũt
scilicet cogitatiões ꝛ desideria. Dicit etiaz vigi
lantibus. s. ꝑ solicitudinez. s. vigilia interiori:
de qua i canti. Ego dormio ꝛ cor meũ vigilat:
q ad aspectuz veri luminis mentis oculos ap-
tos tenent. Paꝝ. n. esset gregẽ in pascua pel-
lere nisi pastor vigilaret: ne lupus gregez in-
uaderet. Itẽ nunciatur in regione. i. solitudie
manentibus ꝑ curaꝝ postpositionem: non in
ciuitatibus ꝛ negocijs secularibus manenti-
bus. Psal. Ecce elongaui fugiens: ꝛ mansi
in solitudine paupertatis. Qm̃ vidi iniquita-
tez: ꝛ contradictionem in ciuitate.
¶ Tertia ꝯclo est: ꝙ nunciuz tale debebat fi-
eri per angelos ꝑꝑ lapsum angeli reparandi.
Naz incarnatio non tm̃ valebat ad restauratio
nem humani lapsus: sed etiaz ad reparationẽ
ruine angelice. Unde nõ debebat angelus ex
cludi. Et hoc est ꝙ dicit. Et ecce angelus dñi
stetit iuxta illos: in signũ recõciliationis ꝛ ami
citie. vñ stabat iuxta illos: non ꝯtra: non supra
hinc est ꝙ post incarnatiõez angelus apparẽs
Johãni. Apoca. 22. nõ permisit se adorari sci
ens humanam naturam per incarnationem
filij dei exaltatam.
¶ Quarta ꝯclo est: ꝙ tria sunt beneficia incar
natiõis: que nobis insinuauit. ¶ Primũ est
fidei informatio. Lz. n. homo per lumen na-
turalis rationis posset scire quid agenduz: tñ
plenarie nõ potest scire quid bene agenduz in
ordine ad vitam eternã. Et ideo necessaria fu
it lux diuine irradiatiõis: qua mens humana
illustrata cognoscat illa que in mẽte ordinat in
salutez: ꝛ hoc est qd̃ di'. Et claritas dei circun
fulsit illos: in signum ꝙ ortus erat sol iustitie:
ꝛ nox recedebat ignorãtie. vnde Ysaias. Po
pulus qui sedebat in tenebris ꝛ in regiõe vm-
bre mortis: lux orta est eis. ¶ Scd̃z est ꝑ̃sum
ptiõis ablatio. Tales. n. inspicientes suam ꝑ-
fectionez quam soluz ostendũt apparenter: de
se incipiunt ꝑ̃sumere vel alios iudicant vitio-
sos. Hec ẽ pestis mortifera fraternã lacerãs
caritatez: ꝛ spirituali letitia plenũ ad accidiam
ducit. Hec tamen refrenatur ꝯsideratis defe-
ctibus respectiue ad diuinaz ꝑfectionez. vnde
dicitur. Et timuerunt valde: quasi diceret: ꝙ
ipsi videntes suaz isufficientiam ꝛ defectus in
claritate diuine ꝑfectionis. Timuerunt valde
. i. timore reuerẽtie se humiliãtes de se nihil ꝑ̃
sumẽtes. ¶ Tertiũ est diffidẽtie de d̃o redar
gu°. Hec reddit hoiez maledictũ ꝛ ꝓtectione
dei indignũ eccle. 2. Ue dissolutis cordibus:
qm̃ non credunt deo: ꝛ ideo non protegentur
ab eo. Et nota ꝙ quatuor causant diffidentiã
scilicet peccati magnitudo: vel multitudo. Itẽ
multitudo temptationuz: frequens casus: ꝛ ni
mia tristitia: hanc remouet incarnatio christi.
Et ideo angelus dixit. Nolite timere. q. dice-
ret. Sẽper fiduciam habeatis de deo: si meri-
ta vestra precesserit. vnde verisimile est ꝙ pa-
ratus est iuuare eos qui volunt maliciaz dese-
rere ꝛ bonitati adherere: Prouerbi. 12. Qui
bonus est: hauriet sibi gratiam a domino. vn
de Aug. Gratia inquit dei nõ potuit gratius
ꝯmendari: qꝫ vt ipse vnicus dei filius in se i-
cõmutabilr̃ manens indueret hominez: ꝛ spez
dilectionis sue daret hominibus. Et ideo par
uulus natus est vt diligeretur: nõ timeretur.
¶ Quinta ꝯclo est: cum maxime gaudenduz
sit de bono cõmuni: qr diuinius est particula
ri. Incarnatio xp̃i nobis maximuz gaudium
contulit: qr per eaz non solũ habemus summi
boni adeptionẽ: sed etiam ois mali exclusionẽ
¶ De primo Bernar. dicit. Illud est verum
ꝛ summum gaudiuz: quod de creatore ꝛ non
creatura concipitur: ꝛ quod cuz possederis ne
mo tollet a te: cui comparata omnis aliũde iu-
cunditas mors est: omnis sanitas doloris: ꝛ

quodcunqȝ aliud delectari possit molestū est.
❧ De scđo Bernar. transisse de morte ad vitam: vite gaudiū duplicat. vnde dicit Leo papa. Fas non est ibi locum esse tristitie: vbi natalis est vite: ⁊ hoc est quod dicit. Ecce enim annuncio vobis gaudiuȝ triplex. s. visitatiōis in natiuitate: redemptionis in resurrectione: sublimationis in ascensione. Magnum. s. qꝛ replet celum ⁊ terram. Psal. Letentur celi ⁊ exultet terra. Quod erit omni populo: idest ecclesie colligende de omni populo: qꝛ natus est vobis saluator. Bernar. Saluabit nos ab inimicis nostris: qui sunt carnis fomes: vanitas mondi: mors corporis: violentia demōis: Hodie ꝑpter temporis congruentiam: qꝛ lȝ esset natus in medio noctis: tñ claritas meridiane lucis effulsit. Qui est christus. i. vnctus vnctione misericordie ꝯtra hominis fragulitatem. Et dominus. i. ꝓtector contra hostis improbitatem ⁊c. In Bethleem ciuitate dauid addit ad designandum eius natiuitatem spiritualem. vnde si fueris Bethleem per cordis compunctionē: vt sint tibi lachryme tue panes die ac nocte: ⁊ si fueris iuda: per oris cōfessionem. Et domus dauid: per satisfactioneȝ: nascitur christus in te.
❧ Sexta conclusio est: ꝙ euangelista hāc annunciationeȝ confirmat per quattuor signa.
❧ Quoꝝ primum est humilitas. Quia inuenietis scilicet illum qui erat absconditus.
❧ Secunduȝ est simplicitas: qꝛ infantem. i. non fantem: ⁊ tñ dei verbū. ❧ Tertium paupertas: Pannis inuolutum: non sericis.
❧ Quartū asperitas: qꝛ posituȝ in presepio. Hec sunt signa saluatoris. Sȝ sunt alia signa terroris xp̄i venturi ad iudiciuȝ. De quibus supra. Sed eadeȝ quatuor signa per gratiā in passione christi mutata sunt. Qui. n. in natiuitate erat īfans: in passiōe fuit clamās. Hic pānis inuolutus: ibi vestibus nudatus. Hic reclinatus in ꝓsepio: ibi affixus patibulo. Hic inuentus: ibi maliciose perditus.

Sexta consideratio.

Circa sextā ꝯsiderationem: que est de laudis iucunditate cum dr̄. Et subito facta est cuȝ angelo multitudo militie celestis laudantiuȝ deuȝ ⁊ dicentiū. Gloria i altissimis deo: ⁊ in terra pax hominibꝰ ⁊c. Ubi sunt due conclusiones.
❧ Prima ꝯclo ē: ꝙ angeli nūciaturi mysteria incarnatiōis nihil perdūt de actu sui ꝑmij: Ratio est: qꝛ actus premij angeloꝝ est ī clara dei visione ⁊ fruitione: que ex missione angeli non perditur: cū deus vbiqȝ sit: imo ad aliqualem gloriaȝ actualem angeloꝝ est mitti. Sicut credo Gabrielem firmiter fuisse sūme gloriatum: imo adhuc gloriari: ꝙ tante legatiōis fuit nuncius. vt verbum incarnaretur: ⁊ ꝙ salutem angelorum ⁊ hominum restaurationem procuraret. Et ideo proupti in laudem: ⁊ vt vnius laus esset auctentica: omnes cōsona voce cum ipso prorumpebant in laudem. Unde Beda in glosa. Uno angelo euangelizante multitudo in consonam laudem prorupit: vt officium suum deo impendat: ⁊ nos instituat: vt laudantibus deuȝ congratulemur. Et hoc est quod dicit: ⁊ subito facta est: idest repente cum eo: scilicet predicto angelo. Multitudo: Glosa iterlinearis. Ne parua videretur vnius angeli auctoritas: mittit̄ militie celestis exercitus. vbi Beda. Bene angeloꝝ exercitꝰ militia vocatur: qui ducem militie sequantur: qui contra malignos spiritus ad nostram tutelam exercitus ordinauit angeloꝝ laudantiū: repetendo de beneficijs ꝓposse grāꝝ actiōes.
❧ Secunda conclusio est: ꝙ hec incarnatio bene dicta erat angelis ⁊ hominibꝰ gloria maxima. Ratio est: quia pro gloria alicuius est cum beniuolentia demonstratur totius trinitatis. Sed hoc est factum hominibus ⁊ angelis: igitur ⁊c. Maior patet ⁊ minor probatur.
❧ Et primo de hominibus. Nam pro gloria hominum erat: ne humana natura totaliter ꝑderetur: cuius ruina preuisa erat: quod factuȝ fuisset sine christi incarnatione. Hoc etiaȝ patet de angelis. Nam pro gloria angelorum erat: vt etiam eorum ruina ab eterno preuisa repararetur: quod fieri nō poterat: nisi per reparatorē illa natura humana que propter hoc fuerat creata ad salutem deduceretur. Et ideo angelus Gabriel istius sacramenti libenter fuit minister: vt dicitur in Luca. De isto dicitur ecclesia. Gloria domini: plenum est opus eius: scilicet incarnatio. Et bene plenum gloria domini dicitur: quia gloriam de restauratione in celo: ⁊ de redemptione facta in mundo: ⁊ de liberatione facta in inferno habet deꝰ ꝑ opus incarnationis. Ysa. 40. Et reuelabit glīa dn̄i ⁊ videbit oīs caro salutare dei. Sed qūo gloria domini est: ꝙ filio dei ad consortiū nostre mortalitatis fuit assumptus: ꝙ panniculis nostre paupꝑtatis fuit obuolutus: ꝙ cau-

ſerium peccatorem in circuncisione ſuſcepit:
ꝙ eſuriuit: ꝙ fatigatus fuit: ꝙ conſpui: ꝙ fla/
gellari: crucifigi: ⁊ mori voluit. Dicitur ꝙ
in hoc opere plus potentie: ſapientie: ⁊ boni/
tatis quam in omnibus alijs oſtendit. Glori
oſius enim fuit deo hominem aſſumere: quaz
angelum creare: ⁊ pro hoomine mori: quam
hominez in prima immortalitate conſeruare.
Et ideo dicit Bernardus. Quanto ſe mino/
rem facit dei filius in humilitate: tanto mihi
carior. Et hoc eſt quod dicit. Dicentium:
ſcilicet voce cordis ⁊ oris. Gloria in altiſſi/
mis: ſcilicet in angelis qui ſunt altiſſimi reſpe
ctu aliarum creaturarum. Et in terra pax ho/
minibus: non gloria: Sed pax hominibus.
Bone volūtatis: Beda ideſt eis qui bona vo
luntate ſuſcipiunt chriſtum ⁊c.

In ſecunda miſſa. Sermo de epl'a. xvj.



Pparuit be/
nignitas ⁊ humanitas ſalua
toris ad Tituz ſecundo. Ad
exhibendum beneficium be/
nignitatis ⁊ clementie: non
ſolum requiritur: Ut mens
concitata in vltione: benignitate detineatur:
ſed etiam offenſis preſtetur venia ⁊ eorundez
ſupplicationes admittantur dicente Seneca:
Quod clementia eſt lenitas ſuperioris aduer
ſus inferiorem in penis conſtituendis: Sed
quia vt dicitur Johelis ſecundo de ſaluatore.
Quod benignus ⁊ miſericors ſit ⁊ preſtabi/
lis ſuper malicia. Ideo ab indigentibus dili/
gentiſſime eſt inuocandus. Unde apoſtolus
hoc aduertens in preſenti epiſtola dicit: Qd
iam ſpe ſalui facti ſumus per Chriſti incarna
tionem. Et volens nos ducere ad gratiarum
actionez dicit. Apparuit benignitas ⁊c.

¶ Circa totum in vniuerſale ſunt ſeptem cō/
cluſiones.

¶ Prima concluſio eſt: ꝙ noſtra infirmitas
eſt multum inualida ad ſtatum gratie recupe
randum. Nam in creatione hominis oſten/
dit deus potentiam ſapientiam ⁊ bonitatez ſu
am. Potentiam: quia corpus de terra ⁊ ani/
mam de nihilo fecit. Sapientiam oſtendit:
quia iaz diſperatas naturas ⁊ ſubſtantias: cor
pus ſcilicet ⁊ animā. Federe: ſcilicet tam ami
cabili copulauit bonitatem: quia homini ma/
gis dedit ⁊ maiora promiſit. Poſuit enim eū
in loco deliciarū: in paradiſo terreſtri: vt ope/
raretur ⁊ cuſtodiret illum. Ut ex agricultura
diſceret: Qd ſicut terra cultori: ita ipſe creato/
ri obedire deberet. Unde ſi in ſua innocentia
perſtitiſſet: de illo paradiſo per merita aſcen/
ſurus fuit ad celum empyreum. Sed heu qr
homo a rectitudie ſua deuiauit: corpus in ter/
ram rediit: Anima vero quinqz milibus an/
norum ⁊ amplius detenta eſt in limbo: ⁊ tota
poſteritas eius in hoc exiliuz eſt deiecta: ⁊ per
conſequens natura inualida eſt ad recuperan
dum ſtatum.

¶ Secunda concluſio eſt: ꝙ ſaluator cernens
tam nobilem creaturam ſic deſtitutam ex ordi
natiōe ſanctiſſime trinitatis: dignatꝰ eſt ipſam
reformare. Et ideo: cum deus nollet naturaz
illam ſic miſeram relinquere: propter quaz ce
tera creauit: eam in infinitum dignius repara
uit: cum multo amplius potentiam: ſapientiā:
⁊ bonitatem ſuam erga nos declarauit. Po/
tentiam quidem: quia in reparatione noſtra ꝺ
terra ab omni morbida qualitate origialis ſeu
actualis peccati virtute altiſſimi preſeruata. id
eſt de corpore virginis glorioſe: ⁊ de puriſſi/
mo ſanguine eius puriſſimum corpus aſſum
pſit: cui animam omnia ſcientem infudit. Sa
pientiam: quia in opere incarnationis preter
naturalem vnionez in chriſto fuerunt due mi/
rabiles ⁊ ineffabiles vniones. Diuinitas ſci/
licet ad animam: ⁊ diuinitas ad carnem: que
etiam morte interueniente ſeparari non pote/
rant: etiam anima ⁊ corpore abinuicem ſepa/
ratis. Bōitatem: quia ſine meritis noſtris ad
miſeriam ipſa beatitudo deſcendit: ⁊ defectus
huiuſmodi ſuſtinuit: ex miſericordia: non ex
debito. Ratio eſt. Nam chriſtus ad hoc aſſū/
pſit noſtram naturam: vt in ea mereretur no/
bis vitam eternam: quam nobis abſtulit per
peccatum Adam. Sed tale meritum maxime
conſiſtit in tollerantia paſſionum ⁊ defectuuz:
quare ⁊c. Et hoc eſt quod dicit. Qui ſaluos fe
cit nos. Ille ſcilicet qui eſt deus per naturam:
⁊ ſaluator per gratiam ſpe future ſalutis. Ro
manorum octauo. Spe ſalui facti ſumus.

¶ Tertia concluſio eſt: ꝙ hec benignitas di/
uine miſicordie multipliciter nobis apparuit

¶ Primo: quia ſuſcepit noſtram naturam:
quia verbum caro factum eſt. Johannis pri/

mo. ¶ Secundo: quia experiri voluit mise/
riam nostram. Sapien. septimo. Suz quidã
⁊ ego homo similis hominibus mortalis.
¶ Tertio: quia in suo sanguine lauit culpam
nostram. Apocalipsis. Lauit nos a peccatis
nostris in sanguine suo. ¶ Quarto: quia por
tauit penam nobis debitam. Ysaie. 53. Disci
plina pacis nostre super eum. ¶ Quinto: q̃
docuit ignorantiam nostram. Matth. 5° Be
ati pauperes ⁊c. ¶ Sexto: quia attulit nobis
gratiam suam diuinam. Johannis primo:
De plenitudine eius accepimus omnes gra/
tiam. ¶ Septimo: quia preparauit nobis glo
riam eternam. Johannis decimoquarto. Ua
do parare vobis locum: ⁊ hoc est quod dicit.
Apparuit benignitas ⁊c. Quasi dicat. Appa
ruit mundo per carnem: nobis p̄ fidez. Beni
gnitas: id est larga dĩ misericordia. Et huma
nitas: idest magna eius clementia. Philipp.
secundo. Et habitu inuentus vt homo: Sal/
uatoris nostri dei: id est qui salutem nostram
operatus est in medio terre: id est in corpore
virginis gloriose per incarnationem.

¶ Quarta conclusio est. ꝙ nullus potest sibi
mereri primam gratiam ex condigno: quia re
pugnat dono gratie. Unde Roma. decimo.
Si ex operibus iam non ex gratia. Item ra/
dix merendi est gratia ⁊ merces est cuiuslibet
boni terminus. Qui ergo non habet principi
um cuiuslibet boni: non potest mereri. Et iõ
dicit glosa super illud Roma. sexto. Gratia
dei vita eterna. Posset inquit recte dicere sti/
pendium iustitie vita eterna: sed maluit dicere
gratia dei vita eterna: vt intelligeremus ad vi
tam eternam pro sua miseratione nos produ/
cere: non meritis nostris: scilicet de condigno
Et ideo ex parte nostra munus est. Ipse eniz
deus sua miseratione perficiet: ꝭz illud prime
Pe. quinto. Deus autem omnis gratie: qui
nos vocauit in eternam gloriam suam in chri
sto Jesu modicum passos perficiet. Et hoc est
quod dicit. Non ex operibus iustitie que feci/
mus nos. Prius scilicet: quia nulla bona fe
ceramus. Immo potius cum inimici essemus
reconciliati sumus. Roma. quinto. Sed ꝭm
suam: idest sibi propriam misericordiam. Eiꝰ
enim est propriuz misereri sicut dicit Grego.

¶ Quinta conclusio est: ꝙ christus per gra/
tiam incarnationis contulit nobis remissionẽ
culpe. Donatione gratie ⁊ aperitiõe ianue re/
gni celestis. Et hoc oĩbus q̃tum ad sufficien
tiaz: sed tantũ p̄destinatis: quantum ad effica
ciam. Unde Leo papa in quodam sermõe di
cit. Sicut enim christus nullum sine reatu re
perit: sic liberandis omnibus venit. Et hoc ẽ
verum quantum ad passionem exhibitã. vn/
de Damas. dicit: ꝙ ea q̃ hominis sunt: super
hominem agebat. Unde ⁊ actio christi meri/
toria: quanuis esset actio humana: potens ta/
men agebat in virtute diuina. Et ideo erat po
tens sufficienter super totam naturam. Et q̃
omnes homines sunt vnus homo in naturã
cõmuni. Inde est ꝙ Christi actio: quo ad na/
turam se extendebat: ⁊ ad singulos se extende
re poterat. Et hoc est quod dicit. Per laua/
crum regenerationis: id est per lotionem la/
chrymarum in contritione. Per quam spiri/
tualiter regeneramur. Johannis tertio: Nisi
quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto:
⁊ renouationis: que fit per gratiam spiritus
sancti nos renouantem vetustate cõtracta per
culpam. Que renouatio fit effectiue per eum
licet formaliter a gratia.

¶ Sexta conclusio est ꝙ quando christus in
vtero matris affectauit mori: vel etiam orauit
patrem suum pro peccatoribus sicut pie posset
credi: ꝙ ille actus supposita vnione illius nẽ
ad verbum fuisset sufficiens pro redemptione
hominis: si deus sic ordiaſſꝫ: sicut dicit Ber/
nardus: ꝙ minima gutta sanguinis fuiſſꝫ suf
ficiens ad redimẽduz hoiez. Sꝫ ex quo deus
sic ordinauit: voluit Christum suum pati ꝭm
scripturas. Ideo omnia bona opera ipsius
prosunt nobis ad redemptionem ⁊ meritum.
Unde Augustinus dicit. Qđ alius modus
nostre liberationis fuit deo possibilis: sed no/
stre miserie conuenientior nullus fuit. Et hoc
est quod dicit. Quem infudit in nos abunde:
scilicet ad permanendum. Dicit abunde: tum
propter magnitudinem acceptationis in me/
rente: ratione diuine vnionis ad diuinuz sup
positum. Tum propter multitudinẽ operatio
num ⁊ passionum que sustinuit. Tum etiam
propter redundantem remissionem omnium
peccatorum: ⁊ propter copiam virtutum. Jo/
belis secundo. Effundam de spiritu meo su/
per omnem carnem: Per Jesum Christum
saluatorẽ nostꝝ. q. d. vt nr̃az salutez ꝯseq̃mur
Per iesum id est saluationem: per christuz id
est virtutem crismatis gratie spiritus sancti.

¶ Septima cõclusio est: ꝙ talis gratia triplicem effectuz causat in nobis. ¶ Primus est iustificatio impij: Johanis. 3. Iustificati gratis per gratiaz. Quod patet. Nam deus per peccatum offenditur. Offensa autem tunc remittitur: quando animus offensi pacat᷑ offendenti. Et ideo ſm hoc peccatum nobis remittitur: quando animus offensi nobis pacatur. Que quidem pax consistit in dilectione dei: qua nos diligit. ⁊ quãdo gratiam que est eius effectus: nobis imprimit: que peccatum tollit: ⁊ nos vita eterna dignos efficit. ⁊ ideo sic per gratiam iustificamur. Et hoc est qđ dicit. Vt iustificati gratia ipsius: quia hec remissio dicitur iustificatio: inquantum tollit delictũ. ⁊ cõfert gratiam iustificantem. ¶ Scđs est adoptio: qua mediãte adoptamur in filios eterne hereditatis. Nam adoptatio est quedam actio ad extra: includens in se extraneitatez naturalem: sed includit intraneitatem moralem: que est quidam amor efficiens nos filios adoptationis per gratie inhabitationem. Et hoc est qđ dicit. Vt heredes simus scilicet in presenti: ⁊ per gratiam adoptionis. ¶ Tertius est: ꝙ habet nos de vita eterna certificare: qa habet in se rationẽ acceptationis. Psal. Gratiam ⁊ gloriam dabit dominus: quia effectus gratie requirit felicitatem glorie. Et hoc est ꝙ dicit. Vite eterne: hic scilicet ſm spez: ⁊ si nõdum ſm rem. Ro. 8. Heredes quidem dei coheredes autem christi ⁊c.

¶ In secunda missa. Sermo de euangelio.

P Astores loquebantur adinuicẽ ⁊c. Luce. 2°. Scđm ꝙ dicit Ber. Inuenisti plane sapientiam: si prioris vite peccata defleas. s. huius seculi desideria paruipendas: si eternam beatitudinez toto desiderio concupiscas: si tibi horum singula sapiunt: prout sunt. vnde pastores spiritualiter sapientes: audita reuelatione angelorum circa dulcedinem verbi incarnati vel in mente spiritualiter nati: in quo omnes thesauri diuine sapientie sunt reconditi: attediati delectatione peccatoꝝ: ac vanitate mundanorum in ardenti animo: more viri sapientis cuius est factorum causam requirere: ⁊ futura ex presentibus conijcere: ⁊ res ſm veritatem estimare in ipo desiderio feruntur. Et ideo in euangelio sunt tres considerationes.

Prima consideratio.

C Irca primam consideratione: que est de pastorum solicita inquisitione cum dicit᷑. Pastores loquebant᷑ ⁊c. Sunt quinque conclusiones.

¶ Prima conclusio est: ꝙ exemplo pastoruz monemur: vt abijcientes omnes carnales affectiones: in supernam ciuitatem mentis aciem dirigamus.

¶ Secunda conclusio est: ꝙ in ouili mentis nostre locum pastoris tenet ratio. Nec miruz cum rex dicatur: maxime cum bene ordinata est super sensualitatem. Nam sicut rex solo intuitu dissipat omne malum: alioquin non est rex: sed tyrannus: Sic reuera ratio dicit᷑ pastor: cum recte est ordinata: ⁊ per gratiam illuminata. Si autem prauitate corrupta est: iam non est pastor: sed tyrannus. vnde in prouer. Rex qui sedet in solio iudicij ⁊c.

¶ Tertia ꝯ° est: ꝙ qlibet mediãte sapiẽtia cordis dici potest pastor: respiciendo conditiones pastoris: que sunt quinque. Nam pastoris est intrare ꝑ ostiuz in ouille: ⁊ vt cognoscat oues suas: ⁊ ꝙ educat eas: ⁊ ꝙ pascat ⁊ saluet eas: ⁊ ꝙ congreget eas in vno ouili. Sic quilibet dicitur pastor. ¶ Primo si ratio per ostiũ. s. christum: qui est ostium salutis per remissionem peccatorum. ⁊ vite per abundantiam spiritualium donorum: ingreditur studium sancte contemplationis: ⁊ cum ipse sit veritas: sic viam aperit ad rationem intelligendum. Et egreditur per exercitium bone operationis. Et sic cum ipse sit iustitie: viam ostendit ad bene operandum. ¶ Secundo si ratio conuertit se ad omnes cogitationes: ⁊ affectiones: ⁊ operationes virium interiorum ⁊ exteriorum sensuum: vt de omnibus se excutiat. vt sic cognoscat quid agitur. ⁊ causam ⁊ intentionem agendi: ⁊ omnia recte fiant. ¶ Tertio est cuz recta ratio non solum malas ⁊ bonas affectiones ⁊ cogitationes discernit: sed etiã interpretatiua ⁊ operatiua: que interius cogitata sunt vel proposita exterius educit, aliquando ꝑ verbum interpretatiue: aliquando per opus operatiue. ¶ Quarto vt pascat eas. Nam oues a fecunditate deficiunt: si pascua non habeant. vel hita nõ sunt eis ꝯueniẽtia. Eodez mõ cogitationes ⁊ affectões mẽtis non solum steriles

ſed etiã debiles ſunt niſi ſibi conuenientibus paſcuis nutriantur. Qñ enim ratio non recte ordinata alibi ꝙ debeat querit paſcua ouibus ſuis: tunc deficiunt: non eniꝫ ſunt alibi querẽda paſcua: niſi in ſacra ſcriptura. Dicitur eni ingredi ⁊ egredi ⁊ paſcua inuenire. Ingreditur ratio ad profunda ſacre ſcripture. vt paſcat ꝑfectos. Egreditur ad planiora: vt paſcat infirmos. ¶ Quinta eſt: vt recta ratio non abhorret mortificari: vt ſaluetur ⁊ viuificetur. Tũc. n. viuificatur cũ fide per caritatem operante informatur. Ipſa. n. fides rationem eripit a priori vita: in qua rationibus naturalib⁹ tm̃ credebat. vnde Beda. Qḋ natura reputat impoſſibile: deus facit poſſibile. Hanc vitaꝫ rationis fides mortificat: cum iam non credat rationibus naturalibus: ſed in ɔmutabili veritate: ¶ Sexta eſt: cum ratio cognitiones: cogitationes: ⁊ affectiones: ɔgregat in vnũ. Nã quandiu occupantur circa res temporales: cũ ſint multe ⁊ infinite diſperguntur: ſed cõgregantur cum ad querendũ bonuꝫ eternũ: quod eſt vnuꝫ: penitus retrahuntur.

¶ Quarta ɔclõ ẽ: ꝙ qñ ratio recta propoſito ꝓfectionis ad ſpiritualem ɔceptum iſlammatur: tunc non ſtatiꝫ de ſuo ɔſilio properare dꝫ ad opus: ſed cũ illis qui in talibus ſunt experti: deliberare dꝫ: vtrum que inſpirata ſunt liceant ⁊ expediant ⁊ ɔſona ſint dictis ſanctorũ ⁊ ſic ad opus feſtinare. vel ſtatim ſe abſoluere qꝛ periculoſuꝫ eſt tales inſpirationes in mente ɔcipe: ⁊ ad effectuꝫ boni opis non ꝓperare Ratio huius poteſt eſſe. Naꝫ electio ſequitur iudiciuꝫ rationis de rebus agendis: in quib⁹ multa incertitudo inuenitur In rebus autẽ incertis nõ eſt indiciũ ꝓferendũ: abſqꝫ inquiſitione precedẽte. Et ideo neceſſaria eſt inquiſitio rationis ante iudicium de eligendis. Et h̃ ingſitio dr̃ ɔſiliuꝫ: vnde in tertio ethi. dr̃. Qḋ electio eſt appetit⁹ precõſiliati. vñ ɔſiliuꝫ ꝓprie iportat collatõeꝫ inter plures habitã. vnde dr̃ Cõſiliũ: quaſi ɔſidiũ: eo ꝙ multi ɔſedent ad ſimul ɔferendũ. Nam in ɔiungentibus particularibus ad hoc: ꝙ aliquod certum inueniatur plures circunſtãtie occurrunt: que ab vno nõ facile inueniuntur: ſed a pluribus certius percipiuntur: Dum ꝙ vnus nõ ɔſiderat alteri occurrit: ꝑꝑ hoc ɔſultatio fieri dꝫ de futuris euẽtibuſ: quibus cognitis dirigitur quis ad aliqd faciénduꝫ vel fugiendum. Et hoc eſt qḋ dicit. Paſtores loquebantur adinuiceꝫ. ſ. conſulendo quid agendũ ſit ḋ reuelatis: vbi glo. ibidẽ Talis collatio paſtoribus ɔgruebat: Cum habeant oues cuſtodire: de partu eaꝝ ⁊ agnoꝛuꝫ neceſſitate debent nõ immerito ɔferre: qꝛ xp̃ꝫ agnum manſuetiſſimum audiunt de oue innocentiſſima natum eſſe.

¶ Quinta ɔclõ eſt: ꝙ ad talem ꝑfectionem ꝑ tria ꝓuenitur. ¶ Primũ eſt ſpũalis tranſituſ ab hoc mundo. Nã dilectio dei nulluꝫ ſotium ſecũ poteſt ɔpati: ꝙ ſi ſit: iam ceſſat. vñ Aug. Errat q ſecum aliqd amat. Nõ. n. poteſt aĩa ſimul terrenis affici ⁊ celeſtibus. Et ideo ad habendã ꝑfectam dei amicitiã: opꝫ mundo ⁊ terrenis inimicari ⁊ abrenunciare. Iaco. ꝑ̊. Qui voluerit eſſe amic⁹ huius ſeculi: inimic⁹ dei ɔſtituetur. vnde ſeqtur. Trãſeamus vſqꝫ Bethleẽ. ſ. relinquẽdo mũdi vanitatẽ eundo ad ſacre doctrine eruditiõem. vnde dr̃: Uſqꝫ bethleẽ: qḋ iterpretat̃ domus panis: ⁊ ſignat ſacrã doctrinã: qua ſpiritualr̃ in eis reficiunt̃. vnde. Nõ in ſolo pane viuit homo ⁊c. Mat. 4°. Uerbuꝫ qḋ ꝓcedit de ore dei eſt ɔſolatio: que ꝓuenit ex verbo ɔſolatorio predicationis quo aĩa reficitur ⁊ ɔtra duritias laboꝝ ⁊ obſuantiarum ꝓmiſſionibus eterne beatitudinis quas in eis inuenit recreatur. ¶ Secundum ſpiritualis cognitionis reformatio. Nã ratio noſtra lippa facta eſt: ⁊ intellectus obſcuratus ꝑ peccatuꝫ: ꝙ nõ poſſumus ꝑ nos veritatẽ cognoſcere. Ideo xp̃s incarnatus eſt: vt oĩa q̃ ad ſalutẽ noſtram ſunt neceſſaria nobis ỽbo ⁊ exẽplo demonſtraret. Hanc incarnationeꝫ ⁊ incarnati informationeꝫ reſpicientes oculo mentis illuminabantur. vnde ſequitur: Et videamus hoc verbũ. ſ. patris. ſ. qḋ factum eſt: ſcilicet caro: vt ꝑ illḋ illuminemur: qḋ dñs. i. tota trinitas fecit: ſupple incarnari: ⁊ oſtendit nobis gloſa: vt qḋ in deitate videri non poterat ſit nobis oſtenſuꝫ in carne. ¶ Tertium eſt prompta executio mandatoꝝ dei. Nam mora eſt in periculo: quia moroſa raro eſt meritoria nobis ⁊ deo accepta: qꝛ excludit diſplicentiam ſufficienteꝫ de peccatis propter vehementiaꝫ doloꝛum in extremis. Etiam quia ſit timore ſeruili pene: ⁊ raro timore filiali gratie: qꝛ ſm̃ Augu. tales plus timent iudicem ꝙ diligant. Et ideo feſtinandum eſt more paſtorum: vnde dicitur. Et venerunt feſtinantes: gloſa id eſt veniendi deſiderio. Prouerbiorum. 22. Uidiſti hominem velocem in operibus: ſcilicet coram regibus ſtabit.

Secunda consideratio.

Circa secundaȝ consideratioņeȝ: que
est de certitudine in inuentiōe. Cuȝ
dicitur. Et inuenerunt Mariā ⁊c.
vbi sunt quatuoꝛ conclusiones.
¶ Prima ꝯclo est: ꝙ xp̄s nasci voluit ex vir
gine Maria ꝓpter quatoꝛ. ¶ Primo ꝓpter
mitt ētis patris dignitateȝ ꝯseruandā. Nā cū
xp̄s sit verus ⁊ naturalis dei filius nō fuit cō/
ueniens: vt aliuȝ patreȝ hr̄et: q̄ȝ deum: ne dei
paternitas trāsferretur ad aliū. ¶ Secūdo ꝓꝑ
proprietatē: ipsius filij qui mittitur: qui quidē
est verbum dei. Verbuȝ absq̄ȝ omni corrupti/
one cordis ꝯcipitur: quin imo conceptio per/
fecti verbi corruptionē non patitur: q2 igitur
caro sic fuit a verbo dei assumpta: vt essȝ caro
verbi dei. Conueniens fuit ꝙ etiam ipsa sine
corruptione matris ꝯciperetur. ¶ Tertio ꝓꝑ
dignitateȝ humanitatis xp̄i: in q̄ locū pctm̄ nō
debuit hr̄e: ꝑ quem pctm̄ mundi tollebat̄. Jo.
p̊. Ecce agnus dī ⁊c. Nō poterat esse ꝙ in nā
iam corrupta ex cōcubitu caro nasceretur sine
infectiōe originalis pcti: vn̄ Aug. Solus nu
ptialis cōcubitus i matrimonio Marie ⁊ Jo/
seph nō fuit: q2 in carne peccati fieri non pote/
rat sine vlla carnis ꝯcupiscentia: que accidit ex
peccato: sine qua ꝯcipi voluit: qui futurus erat
sine peccato. ¶ Quarto: ꝓꝑ ipsuȝ fineȝ incar/
nationis xp̄i: qui ad hoc fuit vt hoies renasce/
rentur in filios dei. Non ex volūtate carnis:
nec ex voluntate viri: sȝ ex deo nati sunt: Cu/
ius rei exēpluȝ apparere debuit in ipsa ꝯcepti/
one xp̄i. vnde Augu. dicit. Oportebat caput
nostꝝ insigni miraculo ſm corpus nasci d' vir
gine. Vt significaret sua mēbra de virgine ec
clesia ſm spm̄ nascitura. vnde dicit. Et inue/
nerunt Mariā ⁊ Joseph ⁊ infantē posituȝ in
presepio: Inuenerūt inq̄ȝ: q2 ois qui querit in
uenit ipȝ. s. iuxta Mariā significatā ꝑ virtu/
tem virginitatis: ⁊ Joseph. Nā Maria inter
pretatur amaꝝ mare: ⁊ Joseph augmētatio:
Qui ergo vult inuenire Jesuȝ: querat ipsum
amaritudine pnie ⁊ in ꝓfectuȝ virtutū: ⁊ sic in/
ueniet ipsum infantem positū in presepio: in
signum ꝙ ipse nunc factus est cibus hominū
cum prius factus esset cibus angeloꝝ: vel dic
aliter. q. d. Trāseuntes ſiqdeȝ de mūdana cō/
uersatione ad sctītatem eccl'ie in qua est spiritu
alis refectio: que signatur ꝑ Bethleem. Inue
nerunt Mariā. i. ecclesie pulchritudinē: ⁊ tā/
q̄ȝ sponsuȝ eius Joseph. i. cetuȝ sanctoꝝ ma/
gistrorum ⁊ dei humilem aduentum scripture
paginis insertuȝ: tanq̄ȝ in presepio reclinatū.
¶ Secunda ꝯclo est: ꝙ quatuoꝛ demonstrāt
spiritualē natiuitatē in aīa deuota. ¶ Primū
est infusio luminis spiritualis: qd' intelligitur
ꝑ Mariā; que etiaȝ interp̄tatur illuminatrix:
Natura. n. luminis est vt res pulchra: quāto
plus illumiatur: tātoplus decoratur: ⁊ res tur
pis ecōuerso. Nā cū peccata de sui natura sint
turpissima: quantoplus noticia aīe clarificatur
tanto plus turpitudo pctōꝝ percipitur. Et vl
terius natura lucis est: vt illa que in tenebris
apparent pulchra: faciat apparere turpia: Sic
lux spūalis: qua aīa illustratur facit peccata ab/
hominari: que in tenebris passionū apparebāt
pulchra. Unde sic vita Marie facit vitā cōeȝ
turpeȝ. ¶ Secunduȝ est virtualium augmē
tatio. Unde Joseph augmentū interpretatur
Hoc. n. fit ꝑ gratie assistentiam: que hȝ aiam
fecundare. Nā sicut terra est sterilis nisi irige
tur aqua. Ita aīa nostra est sterilis: nisi roret̄
gratia. Quicqd. n. agit aia sine gratia: totuȝ ē
infructuosuȝ ad vitam eternā. Qñ autem hȝ
gratiam ita est fecunda: ꝙ singula eius opera
meritoria: sunt ꝯdigna vita eterna. ¶ Tertiū
est puritas innocētie ⁊ corruptiōis. Talis. n.
meretur sollicitā curaȝ angeloꝝ. Magna est
eniȝ angeloꝝ cura: ⁊ circa innocentes diligen
tia: q2 ꝑ ipsos restaurāda est coꝝ ruina. Unde
lȝ circa oēs angeli hn̄t ꝯmissum offm̄. Tn̄ cir/
ca innocentes hn̄t strictuȝ p̄ceptuȝ. Psal. An
gelis suis mandauit de te ⁊c. Ne forte offen/
das ⁊c. Nō offendere pedem ad lapidem: est
nunq̄ȝ corde vel opere facere ꝯtra xp̄i volun/
tateȝ: qd' ꝑtinet ad innocentes: q2 innocentia ē
re illum: quē scripture regem esse futuꝝ dice-
bant? Sed diabolus instigabat eum qui crede
bat: qm̄ scripture non mentiuntur. Diabolus
alios in errorem inducit: ipse aūt veritatem be
ne cognoscit. Credebat ergo herodes in ma-
lo: in bono non credebat. Qm̄ quidē inde na
sciturus fuerat rex. vnde scripture dicebant:
credebat. Qm̄ aduersus illum agere nihil po-
terat: quem d̄s mittebat non credebat: qꝛ non
suo consilio gubernabatur: sʒ vinculo diaboli
trahebatur ligatus. Sic sunt oēs hoies pecca
tores: in quibus diabolus operatur: ⁊ credūt
scripturis: ⁊ nō credunt: qꝛ hoc ipsum qđ cre-
dunt: ꝑficere non ꝑmittuntur. Qđ. n. credūt
veritatis est virtus: que nulla potest esse occul
ta. Qđ autem non credunt: excecatio est ini-
mici: qꝛ subiecti sunt operibus eius: ⁊ mens il
loꝝ libera non est. Utputa oēs christiani su-
mus: ⁊ legimus: ⁊ scimus: qꝛ mundus consu
mendus est: ⁊ qꝛ morituri sumus: Et hoc ip̄ʒ
tñ ꝑfecte non credimus. Si. n. ꝑfecte credere
mus: sic viueremus: quasi post modicū transi
turi d̄ hoc mūdo: nō quasi in eternū mansuri.
¶ Teria ꝯclō est: ꝙ qꝛ ꝯsilium dare in mortē
xp̄i ex liberatiōe ⁊ ꝑuersa intentione erat pec-
catum maximum: sic maxime peccāt in ꝑiculū
aīe ꝑseuerando. Nam tales spiritualr̄ xp̄m oc
cidunt. vñ Aug. Si fratri tuo maluʒ ꝑsuades
occidis. Nam ꝯsulens malum occidit eum in
propria ꝯscientia: qꝛ faciens eum peccare sepa
rat eum a vita sua. s. deo. vnde idem. Pericu
lo se decipiūtur q existimāt eos tm̄ homicidas:
q manibus hoies occidunt: ⁊ non potius eos
per quoꝝ consilium ⁊ fraudem ⁊ exhortatiōeʒ
hoies extinguuntur. Nam iudei xp̄m nō ma
nibus: sed linguis ꝑsequebantur. Unde euʒ
nasciturū in bethleē ꝓpalabant: vt ab herode
necaretur. vnde Ber. Herodiana malitia est
nascētem extinguere velle religioneʒ: ⁊ allide
re paruulos israel. Si quid. n. ad saluteʒ ꝑti-
nens oritur ꝙcunqʒ resistit vel repugnat: pla-
ne cuʒ egyptijs paruulos israelitici generis ne
care conatur. Immo nascētem dn̄m ꝑsequitur
saluatorē. vnde iudei ꝑdentes xp̄m religiosuʒ
sʒ in bethleem. i. in deuota mente natuʒ. d. Et
tu bethleeʒ: deuota mens: que es reputatione
tua humilis ꝓfessio: qꝛ diceris. Terra iuda:
nequaqʒ minima es. s. merito ⁊ dina acceptati
one. Ex te. n. exiet dux. i. iustus exēplo bone
vite ⁊ fame. Qui regat. i. informet regimine
spirituali. Populū. s. sensus: cogitationes: ⁊
affectiones. Israel. i. videntes deum ꝑ fidem
⁊ ideo opprimēdus: qꝛ ꝯtrarius ē opib⁹ mūdi
¶ Quarta ꝯclō est: ꝙ qꝛ mens sancta in san-
ctis cogitatiōibus: in scripturaꝝ meditationi-
bus: ⁊ in celestiuʒ gaudioꝝ ꝯtemplationibus
oblectata: ⁊ gemitus ⁊ suspiria trahens. Uigi
lijs ⁊ abstinentijs se macerat: aduersarius se
videns non posse ꝑualere: salteʒ ꝑsuasionibus
iteꝝ eam aggreditur fraudulenter. s. volunta
ti offerendo bona sensibilia desuꝑ colorata: ⁊
nō manifestat turpitudinem eoꝝ. Et tūc volū
tas qñ non ꝯsiderat malū: frequenter acceptat
⁊ defraudeꝛat. Uerbi gratia. Aliqs reuersus
in se: ⁊ displicet sibi i oibus malis que fecit: co
gitansqʒ resipiscere ⁊ redire ab omni via ma-
la: tunc aduersarius arguens euʒ dicit. Quid
facis? Uitam iaʒ vis ꝑdere: ⁊ futuram? Pec
cata tua maxima sunt ⁊ multa: nequaqʒ ꝑ tot ⁊
tantis: nec si te excories sufficies satisfacere: cō
plexio tua tenera est: vita tua est delicata: noli
te interficere. Et ideo more magoꝝ audiens
diabolicam deceptionē: eius opportunitatem
vitet fugiendo: sicut homo sapiens fugit: vbi
superare non potest. vnde Johēs fugit in de-
sertum. Eccli. 29°. Quasi a facie colubri fuge
peccatum. vnde sequitur. Tunc Herodes. i.
diabolus. Claʒ vocatis ma. id est secrete remo
tis. Sacerdotibus: id est affectionibus san-
ctis. vnde Criso. dicit. Qđ herodes vidēs ꝙ
nō poterat magos: nec blandimentis flectere
nec minis terrere: nec auro corrūpere: vt ꝯsen
tirēt in interfectionē regis futuri. s. xp̄i. Ideo
illos decipe cogitauit: ne. s. proderent ꝯsilium
declinando. Unde diligenter didicit ab eis tē
pus stelle: ⁊ addit. Et cum inueneritis renun
ciate mihi ⁊c̄. Applica moralr̄. Seqtur. Que
cum audisset scilicet callidam deceptionem re-
gis tenebraꝝ. Abierunt: fugiēdo occasionē.

Quinta consideratio.

Circa qntaꝫ ꝯsiderationeꝫ: que est de stelle appitione ducatus exhibitiõe cum dicitur. Uidemus enim stellaꝫ eius: Ubi sunt tres conclusiones.

¶ Prima conclusio: est ꝙ quintuplex est stella dirigens nos in debitum finem. ¶ Prima est materialis quaꝫ in oriente viderũt que est nostri intellectus: que dirigit nos in nr̃m principiũ: qđ est bonum optimum et infinitũ habens in se rationem omnis boni. Ratio ē: quia amoris causa est cognitio: qa secundum Augu. 10. de tri.. Nullus potest amare incognitum. Sed bonũ est causa amoris ꝑ moduꝫ obiecti sed nihil est obiectum alicuius: nisi prout est apprehensum. Et ideo amor reqrit aliqꝫ apprensionē boni qđ amat̃. Et ideo .8. ethi. dicitur ꝙ visio corporalis est ꝑncipiuꝫ amoris sensitiui: ꝛ similiter ꝯtemplatio spiritualis pulchritudinis vel bonitatis. est principium spiritualis amoris summi boni. Ratione eni huiꝰ intellectus dicit̃ stella visa in oriente: qꝛ ꝑ eius cognitionē dirigit nos in summi boni amorē ¶ Secũda est beata Vgo de qua nume. 24. Orient̃ stella ex iacob. et iõ bene stella maris. Hec enim habet directionem in suo ducatu: quia per ipam ducunt̃ omnes q nauigãt mare: vnde quotiens sunt in periculis ꝯstituti ꝓcellaꝝ: recurunt ad huius stelle ducatum: ne cadant in naufragium. Ista auteꝫ proprietas ꝯuenit matri domini: quia nauigantibus per huius mundi pelagus subuenit suo ducatu. Et ideo ad ipsius ducatũ est in omni ꝑiculo recurrendũ. vnde ꝓpter hanc ꝓprietatem merito stella maris est vocata: vt dicat̃ de ea. Gauisi sunt gaudio magno: videntes stellã magi ¶ Tertia stella est xp̄s q de se dicit. Apoc. vltimo. Ego sũ stella matutina et splẽdida. Nã Fulgentius dicit ipsam stellã magos ducenteꝫ fuisse situataꝫ in medio maris. Ista ꝓprietas conuenit xp̄o: qui dicitur mediator dei ꝛ omnium: in cuius rei signũ etiam dicit̃ mediũ terra ꝰm humanitatem. ¶ Nã natura humana hꝫ duo extrema: vnum qđ fuit sub innocentia et aliud quod fuit sub miseria: sed qꝛ mediũ sapit naturam extremoꝝ: sic vtroqꝫ extremo ꝑticipans est dei medium: quia de primo statu recepit innocentiam. de 2°. pẽnalitatem. Sic eni mediat inter nos ꝛ patrem sustinentia passionis. ¶ Quarta stella sunt extra sanctoꝝ. vnđ de ipsa stella nos ducẽte dicitur ꝙ ita de die sicut de nocte lucebat. Sic reuera sanctoꝝ exẽpla noctẽ huius mundi illuminant splendoribꝰ ꝑfectiõis. ¶ Quita stella ē sacra scriptura

¶ Secunda conclusio est ꝙ non plenarie cõfidentes de deo merentur priuari ducatu spirituali. vnde dicitur ꝙ cum magi ihrl̃m fuissent ingressi ducatũ stelle amiserunt. vnde dicit Fulgentius ꝙ stella nõ duxit eos in ihrl̃m sed proprio sensu venerant: Et ideo ex tũc stellam nõ viderunt: qꝛ querentes auxiliũ humanum: iuste perdiderunt diuinum.

¶ Tertia ꝯcl'o est: ꝙ magi ex stella visa habebant nimiã ꝯsolationem. Videntes. n. stellã quã. s. ꝑdiderãt: quãdo ihl̃m intrabãt: gauisi sũt: qꝛ Herodē euaserũt. Gaudio magno: qꝛ stellam ductricem recuꝑauerunt. sed valde: qꝛ regem quesitũ cum magno labore inuenerũt.

¶ Octaua est de occulta ꝑmunitione: ibi. Et respõso accepto in sõnis. vbi sunt tres ꝯcl'oes

¶ Prima ē: ꝙ magi reuersi sunt ad propria per aliam viam. ꝛ h per diuinam ꝓuidentiam. Et ideo dicit glo. ꝙ hoc nõ fuit per angelum: sed ab ipso deo: qꝛ desiderabãt scire diuinam voluntatem: si deberent redire ad Herodem. Moniti per pueꝝ: vel eius matrem fuerũt instructi: ne fides ex h dimitteret̃: quo ad meritum: sed per visionē in somnis moniti sunt ne redirent ad Herodē: ꝑ aliam viã reuersi ꝛc.

¶ Scđa ꝯcl'o est: ꝙ qꝛ peccator a deo elõgat per pctũm: per viam peccati ad ipm redire nõ põt: oꝫ ipm viaꝫ aliam. s. penitẽtie in reuersione ad ipsum tenere. Hec autem via dicit̃ conuersio. Conuersio. n. dicitur a bono cõmutabili ad bonum incõmutabile tota ꝛ ꝑfecta mẽtis applicatio: vt dicitur ꝛc. Johelis. 2. Conuertimini ad me in to. cor. ve. ꝛc. Et iõ Gregorius in omelia dixit. A regione nostra supbiendo: inobediẽdo: visibilia sequẽdo: cibuꝫ vetitum comedendo: discessimus. Sed redeundum est ad eam flendo: obediendo: visibilia ꝯtemnendo: ꝛ carnem affligendo.

¶ Tertia ꝯcl'o est: ꝙ hos reges in septem debet imitari deuotio christiana. ¶ Primo in magnitudine sapientie: qꝛ christum natum in sidere cognouerũt: sic ꝛ nos debemus cognoscere deum per fidem: que est nostra sapiẽtia. vnde Jheroꝰ. Absqꝫ notitia creatoris sui oĩs homo pecus est. ¶ Secundo in feruore inqsitionis: qꝛ viso signo celesti festinatiõe in spacio tredecim dieruꝫ a finibus remotissimis in iudeam applicuerunt. Sic ꝛ nos per studiuꝫ bonoruꝫ operuꝫ ad christum ire festinemus.

¶ Tertio in prudentia interogationis qua re
gem ⁊ totam iherosolimam perturbabant di/
centes: Ubi est q natus est rex iudeorũ: sed et
nos debemus turbari ⁊ discutere conscientiã
querẽtes vbi sit rex iudeoꝝ. 2°. coꝝ. vl. Vos
metipos tẽptate si estis in fide. ⁊c. ¶ Quar
to in deprehẽsione caliditatis astutie: qꝛ hero
dis astutiam agnoscentes ad eum redire renu
erunt. Sic ⁊ nos debem⁹ astutiam diaboli p̃/
cauere: vt illudentes ei nõ redeamus ad ipsuꝫ
per reciduationeꝫ ex quo incepimus querere
christum per bonam opationem. ¶ Quinto
in speciali cõgratulatione: quã inaudito ꝓphe
oraculo ⁊ in viso stelle signo ⁊ in nato puero
rege habuerũt. vnde videntes stellã magi ga
uisi sunt gaudio magno. Similiter et nos de
bemus gaudere in spiritualibus bonis. s. i in
fusione gratie: in puritate conscientie ⁊ de pro
missione glorie. ¶ Sexto in deuota oratione
qꝛ intrantes domum: inuenerunt puerũ cum
maria matre eius: et ꝓcidentes adorauerunt
eum. Sic ⁊ nos debemus intrare domũ ↄsciẽ
tie ꝓprie: ⁊ ꝓcidere: consideratione infime cõ
dicionis: debemus etiam adorare. in eũ ponẽ
tes nostrã fiduciam carnalem. ¶ Septimo ẽ
ex muneruꝫ trina oblatione. qꝛ apertis thesau
ris suis obtulerunt ei ⁊c. Similiter et nos de
bemus offerre. ¶ Primo auruꝫ in studio sa
pientie celestis vocantes. ¶ Secundo thus
in studio deuote orationis. thus redolet: fumi
gat: ⁊ ardet in igne. Sic etiam oratio debet re
dolere p cõtinuationem: fumigare per humi/
litateꝫ: ardere p deuotionem. ¶ Tertio myr/
rhã in dolore cordis: ⁊ in labore corporis: sed
per penitentiam. ⁊c.

¶ Dominica prima post octauã epyphanie.



Bsecro uos
p misericordiaꝫ ⁊c. ad cor.
12. Quia correctio frña ẽ
medella: seu remediũ: quo
peccati medetur ĩfirmitas
vt innuit Isido. de sũmo
bono. d. Qui verbo blando castigat: ⁊ nõ cor
rigit acri⁹ necesse est vt arguat. Cũ dolore. n.
abscindẽda sunt q̃ leuiter sanari non possunt.
sed quia infirmitate non voluntate salutario
revellit infirmus. Ideo peccato infirmitatis
occurendũ est. ¶ Primo magis beniuolẽtia
q̃ꝫ seueritate. plus coartione q̃ꝫ cominatione.
plus caritate q̃ꝫ potestate. cum nemo nostruꝫ
nõ reprehensione viuat. Unde apostolus mo
re prudentis medici: qui debet infirmitati in
suo principio succurrere: ne inualescens for/
tior efficiatur: ⁊ difficilius curetur: precipiens
humanam naturam egrotari corruptione ori/
ginali: ipsam spirituali medicamine nititur re
formare: dicens: Obscro ⁊c. Et quia me/
della naturam deprauataꝫ reformans: habet
se in quaruplici forma. Nam quedaꝫ est mor
bi expl'siua: alia sanitatis collatiua: alia nature
confortatiue: alia roboris reparatiua: ſm hoc
in ep'la quadruplex occurrit consideratio.

Prima ↄsideratio.

Circa p̃maꝫ que est de medicina mor
bi expulsiua: cuꝫ dicit. Obsecro ⁊c.
sunt quatuor conclusiones.

¶ Prima concusio est: q in humana natura
est quidam appetitus sensitiuus: qui dicit sen
sualitas: que est corrupta per peccatuꝫ origina
le: ⁊ inordinata delectatio: siue libidinosa: q̃
ex ea procedit: de qua dicitur Romanorum se
ptimo. Non enim quod volo bonum hoc fa/
cio: sed quod odi malum illud facio. Hoc ex/
ponit Augustinus de malo ↄcupiscentie: quã
constat esse motum quendam sensualitatis: q̃
ſm impulsuꝫ fomitis tendit impetuose ad frui
tionem creature delectabilis. vnde licet sensu
alitas fomite corrumpat: que nunquam totali
ter tollitur in hac vita: Talis tamen corruptio
non impedit: quando homo rationabili volũ/
tate possit reprimere singulos motus inordi/
natos eiusdem.
¶ Secunda conclusio est: q necesse est q hec
sensualitas a fluxu ↄcupiscentie restringat.
Nam ipsa conturbat multipliciter rationem.
¶ Primo scilicet per collisionem multiplici/
um passionum. ¶ Secundo per vehemen
tiam desideriorum. ¶ Tertio per fallaciaꝫ cir
conueniendo iudiciũ rationis. ¶ Quarto p
solicitudinum distractionẽ in temporalibus.
¶ Quinto per fantasmatum inundationem.
¶ Sexto per temptationum vehementiam.
¶ Tertia conclusio est: q ex parte nostri req/
runtur sex: ad hoc vt aliquis curetur a morbo
peccati. ¶ Primum est respectus ad miseri/
cordiam dei. Nam cum ipsa misericordia ⁊
iustitia sint deo appropriata: tamen magis ꝓ/
prie dicit misericors q̃ꝫ iustus: cum sine nobis

non possit nobis exequi iustitiã: sed misericordiam semper sine nobis potest exhibere: s3 q2 misericordia semper proprie respicit maiorem indigentiam. Ideo pro cura spirituali semper ad ipsam respectum habeamus. Ipsa eni3 est promptissima ad indulgendum. Nam fm Bernardum. Tam liberaliter condonat oẽ3 iniuriam: vt iam non damnet vlciscendo: nec confundat in properando: nec minus diligat in puniendo. vnde dicitur Joelis. Conuertimini ad dominum deum vestrum: quia benignus ꝛ misericors ꝛc. Ideo dicit. Obsecro vos per misericordiam dei ꝛc. scilicet vobis impensam per remissione3 peccatorum a deo vobis factam. ¶ Secundum est carnis maceratio. Per hanc enim vita animalis occiditur: qua merituz impeditur: quia per hanc hõ deuitat delectationes carnales ꝛ per ꝯsequẽs in vita spirituali promouetur: que maxime meretur. vnde dicit. Vt exhibeatis. i. spõte offeratis corpora vestra: non tantum mentes. Licet caro repugnet spiritui hostiam in mortificatione carnalium desideriorum ꝛ vitioꝝ. Colocensium tertio. Mortificate membra vestra: que sunt super terram. ¶ Tertium est exercitium in virtutibus. vnde dicit. Viuentem: quia gratia est radix vite spiritualis. vnde maximum signum gratie ꝛ vite spiritualis est operari virtuose. Nam sicut motus est signum vite: sic viuacitas bonorum operuz est signum spiritualis vite. vnde dicit. Viuentẽ glosa per exhibitionem bonoꝝ. Signum. n. mortui hominis est: quando non mouent̃ mẽbra. ¶ Quartum est in bono perseuerantia. Naz iustificatus etiam indiget tali auxilio specialiter: quia sine ipso non posset ad finem vite sue perseuerare. Multis. n. datur grã: qbus non datur pseuerantia. Deus tamen semper est paratus petentibus eam cõferre. vnde dicit. Sanctam: glosa. i. in deo confirmat perseuerantiam. vnde eccli. 38. Homo sanctus in sapiẽtia manet sicut sol: cuius claritas nõ mutatur. Naz stultus vt luna mutat̃. ¶ Nota tamen q pseuerantia dicit habituz aliquãdo fm q homo habet ppositum pseuerandi in bono vsq3 in finem. Hec pseuerantia simul cũ gratia infunditur. Alio modo perseuerãtia est cõtinuatio quedam boni vsq3 ad finem vite.

¶ Ad talem pseuerantiã habendã homo iustus indiget diuino auxilio. Et ideo iustus petit: vt custodiatur a malo vsq3 ad finem vite.

¶ Quintum est recta intentio. vnde addit. Deo placentem: glosa per rectam intentione3 Intentio est quasi facies anime: cuius pulchritudo placet deo. ¶ Est ergo recta intentio: que ordinat in debitum obiectum: ꝛ mala que indebite ordinat. vnde Augustinus. Voluntas ex fine suo agnoscitur: vtruz praua an recta sit. Finis autem bone voluntatis est beatitudo: finis autem male voluntatis est mala delectatio: vel aliquid aliud: in quo voluntas non debet quiescere. vnde Bernardus. Bona erit intentio: si in omni actione nostra: aut honorem dei: aut vtilitatem proximi pretẽdamus. ¶ Sexta est discretio. vnde sequit̃. Rationabile sit obsequium vestrum: id est discretum: vt scilicet mortificẽtur vitia: q natura cõseruetur. vnde Augustinus. Cum temperãtia corpora vestra castigetis: vt non nature defectu cogatur dissolui: sed vitijs mori. vnde Bernardus super illud canticorum secundo. Ordinauit in me caritatem dicit: discretionis est virtuti ordinem imponere: tribuens decorem ꝛ perpetuitatem. vnde psalmista. Ordinatione tua perseuerat dies. ¶ Igitur discretio non est tam virtutis: q̃3 quedã mediatrix q3 affectuum ꝛ morum doctrix. Tolle hanc: ꝛ virtus vitium erit.

Scda cõsideratio.

Secunda consideratio est de medicina. qua sanitas confertur: cum dicit Nolite conformari huic seculo. vbi sunt quinque conclusiones.

¶ Prima conclusio est videre quid sit contẽplatio. Scdm Dionysium vita contemplatiua est assistentia. Spũalis assistit homo deo: qa dicit. Licet deus semper sit presens omnibus: tamen res non sunt semper p̃sentes deo Tunc autem ei efficimur presentes: quãdo castissimis orationibus ad diuinam contemplationem nos reuelata mente conuertimus. Et dixit q tunc trahimus nos ad deum: sed non econuerso: Sicut existens naui fixa ad lapidẽ in littore manentem trahit potius nauiz ad lapidem: q̃3 econuerso. ¶ Ratio huius est: q2 contemplatio non est nisi qdam motus in deum. Per motum autem non ducitur terminus ad mobile. sed econuerso. Sic vltimus finis attrahit omnem affectum: fm Augusti. vnde Jacobi quarto: Appropinquate deo: ꝛ ap. vobis: q2 dum volumus ire ad ipsuz: ip̃e dignatur vnire ad nos.

¶ Secunda ꝯclusio est: ꝙ in aīa sunt due potentie: a quibus fluit vita ꝯtēplatiua. s. intellectus: ⁊ volūtas. Ratio est. Per formas eniz illas possumus deum attingere: ꝑ quas facti sumus ad imaginez dei: ⁊ hec fit ꝑ intellectuz ⁊ voluntatē. vñ Aug. 83. q. dicit: ꝙ ea que sapiunt ⁊ intelligūt: ita sunt silitudine deo proxima: vt in creaturis sit deo nihil propinquius. Hoc etiā declarat Ihero. Duo sunt fontes i radice lybani a quibus iordanis iste fluit: q cōtactu mundissime carnis xp̄i ꝯsecratus est: sic in radice aīe nostre sunt due potentie. s. intellectus ⁊ volūtas a qbus sicut a fonte fluit vita cōtemplatiua: que sic oritur ab aīa munda ad mōduz lybani dealbata: ⁊ terminatur ad mare nouissimū. i. ad finē vltimuz. s. deum. Qui. s. ſz Damascem est finis vltimus ⁊ substantie pelagus infinitum.

¶ Tertia ꝯclō est: ꝙ mundane ꝯuersatiōis cōsolatio. Hāc ꝯtēplationez cessat ſm Ber. di. Uilis ⁊ ad nihilū vtilis est mundialis ꝯsolatio ⁊ qđ est magis metuendū: etiā vere ac salubris ꝯsolationis est impedimētuz: Ratio est: qꝛ lz silitudo imaginis homini ipressa rep̄sentat diuinā ꝑfectionē: nihilominus tñ similitudo: sic in rebus creatis est ēt cā circōuentiōis. Naz circōuentio causaꝛ ex hoc ꝙ bonū apparens loco boni veri se rep̄ñtat. Et iō nō potest eē intentus circa eterna: q hijs tꝑalibus iplicatur: vt pz. ¶ Pº in hijs q sunt ligati dilectiōe tꝑaliū reꝝ: vt auari. ¶ Scđo pz in hijs q volūt cū hoib⁹ iugiter ꝯuersari. ¶ Terº: i hijs q i imūditijs brutalib⁹ coingnāꝛ: vt luxuriosi.

¶ Quarto pz: in hijs q dediti sunt comessationibus ⁊ ebrietatibus: vt gulosi. Hij nō sunt dispositi ad angelicos actus: ⁊ hoc ē qđ dicit. Nolite ꝯformari huic seculo. s. secularia ꝯcupiendo: vt dictū est: qꝛ aīa vt speculum induit formā illius rei ad quaz conuertitur.

¶ Quarta ꝯclō est: ꝙ ds hoi sic reformato ad imaginez suaz ꝯtulit ei duplicez ꝑfectionez. s. iustitie originalis in affectu ⁊ scie itellectu: Iustitia aūt origialis est quedā rectitudo nature: qua corpus erat subditū viribus inferioribus ⁊ vires inferiores sꝑioribus: ⁊ vires sꝑiores deo. Plenitudo aūt scie in eo erat ita perfecta ꝙ nō patiebatur aliquā deceptionez circa intellectum. Nā itellectus circa propriuz obiectuz semꝑ est verus. vnde ex seipso nunq̄ʒ decipitur. Sed qꝛ in Adam per pctm̄ originale hec imago fuit deformata: qꝛ ſz Augu. In eo partiz est amissa imago dei. Et ideo cuz de ratiōe imaginis est ꝙ ei nihil desit qđ inſit illi a quo est expressa: vt etiā cuz posset totalr̄ ⁊ perfecte representare: opz vt ipsa saltem hijs virtutibus reformetur. ¶ Quaꝝ vna est rerum tēporaliuz abnegatio. Et ideo dr̄ in euāgelio. Nisi quis renunciauerit ⁊c. ¶ Secunda: est a ꝯmuni hoiuz ꝯuersatiōe sequestratio: cū deo ⁊ hoibus simul eē nō possum⁹: ratiōe cui⁹ sc̄ti ad desertū fugierūt: ⁊ xp̄s solus ad montē orare ascēdit. ¶ Tertia: est animi purgatio ab oī inquinamēto malaꝝ cogitationū: qꝛ ſz Aug. Deū ꝯtemplari nō possumus: nisi mētis oculus interior purgeꝛ. Quarta: est corporis mortificatio: qꝛ qñ corpus nō est donatū viget rebellio i oꝑib⁹ sensitiuis q̄ hñt ꝑturbare mentem. Eccli. 2. Cogitaui a vitio abstrahere carnem meā: vt trāsferrē me ad sapiaz. vñ dic. Sz reformamini: qꝛ i Adā fuistis dformati i nouitate sensus vestri: vt icipiat illa imago ab illo reformari a quo formata ē. Nō. n. seipsaz reformare pōt nisi dispositiue: sz deformare. Ratio p̄dictoꝝ est ſm Aug. qꝛ si corpus: quo tanq̄ʒ instrumēto vtitur aīa: cuz eius bonus vsus ⁊ rectus ad deū refertur sacrificium ē multo magis aīa ipsa fit sacrificiū cuz igne diuini amoris accensa: formaz ꝯcupiscētie secularis amittit: ⁊ deo referens ei tanq̄ʒ incommutabili forme subdita reformatur.

¶ Quinta ꝯclō est: ꝙ habita tali reformatiōe q̄ fit ex parte nostra dispositiue ꝑ virtutes: opz ad hoc vt deducaꝛ ad finem: vt volūtas creata diue volūtati ꝯformeꝛ. Intelligēdū tñ ꝙ in do distiguitur q̄drupler respect⁹ volūtatis. Un⁹ dr̄ voluntas signi: ⁊ sunt p̄cepta. Ali⁹ est volūtas beneplaciti: vt est pena debita ꝓ peccatis. Tertius est volūtas assistens: q̄ vult oēs homines saluos fieri. Quartus est volūtas ꝯñs q̄ vult p̄missiue mala fieri. Hijs visis: nota ꝙ volūtas creata tenetur cōformari voluntati diue q̄ʒtuz ad volūtatez signi: qꝛ voluntas nr̄a legi diue est alligata. Et ip̄a lux ꝑtinet ad volūtatez signi: sed nō teneꝛ ꝯformari voluntati beneplaciti: qꝛ nec dz velle suaz dānationem. Et tñ deus vult dānationez reproboꝝ voluntate beneplaciti. tenetur tñ ꝯformari diuine voluntati: quantū ad voluntatez antecedētez: qꝛ sicut deus vult oēs hoies saluos fieri ſz hanc: ⁊ ad agnitionē veritatis sue venire. Ita ⁊ nos debemus velle hoc: sz nō teneꝛ sibi ꝯformari q̄ʒtum ad voluntatem ꝯñtem: qꝛ vt sic vult deus

mala fieri pmissiue: cum omnia phibere pos-
set. Et tamen nullũ dz velle malum. qꝛ nõ so-
lum malũ facientes sunt digni morte: sz etiã q
ↄsentiũt facientibus. Ro. 3. Et h est q dicit.
Vt pbetis. i. expimẽto discatis. Pª thes. vl.
Omnia pbate: qd bonum est tenete. Que sit
volũtas dei. i. qd deus velit volũtate añte: cũ
sit regula oium ↄtingentiũ fm Augᵐ. d. Di
uina volũtas est oium q̃ fiunt pª ⁊ summa cã:
qꝛ quicqd ds vult: bonũ est. Et beneplacẽs. i.
illis q expti sunt ⁊ intelligunt. Et pfecta: in oi
bonitate: vt nihil sit melius.

Tertia ↄsideratio.

Tertia ↄsideratio est de medicina: q̃
nã ↄfortat: que est grẽ infusio: cũ dr
Dico. n. p graz. vbi sunt tres ↄºes.
¶ Prima ↄclo est: lz sint quatuor gnã bono-
rum desiderabilium: gratia tñ dei est sup oia
desiderabilior. ¶ Primũ est bonoꝝ tpaliuz
vt diuitie honores. Hijs maior ist gratia: qꝛ
apli p ipsa reliquerunt oia. Matth. 19. ¶ Se
cundum est bonoꝝ nãlium: vt. s. corpus ⁊ aia
Hijs p̃ualet gratia: pp quam martyres mor-
tui sunt. Plus. n. fm Augᵐ est viuere deo
fm gratiaz: q̃z mori offenso deo. Matth. 10.
Nolite eos timere q occidunt corpus ⁊c. quia
non põt eam gratia p̃uare. ¶ Tertium est bo
norum spũalium: vt dona ⁊ virtutes. Hijs
gratia est maior: qꝛ hec sine gratia sunt iutilia:
⁊ ista sine alijs est optima. Prima coꝝ. 13º.
¶ Quartum est bonoꝝ eternoꝝ vt visio: fru
itio deitatis: ⁊ generalr oia que ptinent ad fe-
licitatem: Hijs oibus gratia est amabilior: qꝛ
qlibet sanctus prius vellet in infernũ trahi cũ
gratia fm Ansᵐ. q̃z in paradiso sine ipsa. vñ
de pº machab. 6. dicit: q Eleazarus p̃us vole
bat in infernũ descendere: q̃z legem diuinam
amittere: ⁊ eius gratiã dimittere. Et ideo qꝛ
eius gratia est tm̃ bonuz: que p̃ualet omni bo
no: semp est acquirenda. vnde dicit. Dico. n.
per gratiã. s. vitam ↄtemplatiuam roborandã
Nam sine ipsa nihil potest fieri.
¶ Scda ↄclo est: q gratia hanc roborationẽ
causat quadruplici effectu. ¶ Primus est: qꝛ
habet animam viuificare. Nam sicut corpus
per animã: ita anima per gratiam viuificatur.
¶ Scdus est: quia habet eam a somno excita
re. Illi qui sunt sine gratia: dicuntur dormiẽ-
tes: qꝛ delectant in vanitatibus mũdi: que de
lectant ad modum somni. Psal. Dormierũt
somnum suum: ⁊ nihil inuenerunt. Sic ani-
ma existens in gratia: licet sit mũdo sopita: ta-
men vigilat ad eterna. Canticoꝝ. 5. Ego dor
mio: ⁊ cor meum vigilat. ¶ Tertia est: qꝛ ha
bet eam munire ad modũ armature. vnde exi
stens in gratia potest faciliter hostes superare
Ad ephesios. 6. Induite vos armatura dei:
vt possitis stare aduersus insidias diaboli.
¶ Quarto est: qꝛ habz eaz fecundare. Sicut
enim aqua est sterilis: nisi irriget aqua: ita aia
nostra est sterilis: nisi roretur gratia. Quicqd
enim agit anima sine gratia: totum est inutile
ad vitam eternã. sed cum gratia est fecunda:
ita vt singula eius opera sint meritoria ⁊ cõdi-
gna vita eterna. vnde aplus. 2ª. coꝝ. 6. Po-
tens est aũt deus oẽm gratiã abundare ⁊c.
¶ Tertia ↄclo est: q opz ipsam bonaz gratiã
quo ad receptionẽ effectuum: in nobis tẽpera
ri: ne elationis aut indiscretionis vitiuz incur
ramus. Sicut. n. sol iste corporeus: licet bo-
nus sit ⁊ valde necessarius: tamẽ si feruor eius
tempatus non fuerit: infirmo capiti: ⁊ splen-
dor infirmis oculis nocet: nec est solis culpa:
sed infirmitatis. Quid est q incessanter oran
tes: ad ipsam non possumus puenire? Puta
tis qꝛ auarus inops: impotens ⁊ inexorabilis
factus sit deus? Absit. Ipse enim cognouit
figmentũ nostꝝ. Et hoc est q dicit. Dico aũt
quasi dicat obsecro. Hoc autez phibeo. Non
plus sape: id est inuestigare de mysterijs di-
uinis. Sapientia. n. est cognitio diuinoꝝ: q̃z
opz sape. Dama. Omnino nõ audenduz est
de deo dicere vltra hec: que tradita sunt nobis
a sanctis aplis ⁊ pphetis. sed sapere ad sobrie
tatem sine p̃sumptione. Eccl'ia. 3. Altiora te
ne quesieris. Hoc dico non oibus vobis: sed
aliqbus: qui inter nos tales sunt. Non tamẽ
ppter hoc a petitione cessanduz est: qꝛ ⁊ si nõ
dat ad satietatem: dat ad sustentationẽ. ⁊ si ca-
uet nobis a feruore: tamẽ vt mater fouet nos
suo calore.

Quarta ↄsideratio.

Quarta est de medicia: qua robur spi
rituale repatur: que est fides: cũ di-
citur. Vnicuiqz sicut diuisit ds men
suram fidei. vbi sunt tres conclusiones.
¶ Prima ↄclo est: q fides intelligit ⁊ nõ fi-
cta: est maxime necessaria ad nostram spiritua
lem glorificationẽ. Nam p eam orit dies gra
tie: quam seqtur dies glorie. ¶ Lux ergo chri
stus habitet per fidẽ in cordibus nostris: quo
habito habetur omne bonum: bene ipsa fides

est radix omnium bonorum ⁊ ceterarum virtutum vnde ⁊ si hec radix euellatur: cetere virtutes arescunt. vnde Grego. Sicut rami sine radicis virtute nõ crescunt: ita quelibet opera licet videantur bona: nulla sunt: si a fidei soliditate disiunguntur. Et ideo Ber. dic. Illuminemus nos lumine fidei: priusq̃ꝫ de huius mũdi tenebris transeamus ad tenebras sempiternas: pꝫ ex hijs ꝙ per fidem robur spũalis reparatur: cum sit virtus intellectualis ꝑficiens po^{am} humanã ⁊ determinãs eaꝫ ad actũ bo^{m}

¶ Scđa conclõ est: ꝙ ista fides tria in nobis opatur: si fuerit ꝑfecta. ¶ Primo opatur penitudinem: gaudiũ ꝯuertens in merorem: vt incipiat tibi displicere qđ ante placuerat.

¶ Scđo opatur correctionem: vt iam mẽbra tua que erant arma iniquitatis: facias seruire sanctitati. ¶ Tertio opatur solicitudinem. vt iam incipias solicite ambulare cum deo tuo. Et hoc est ꝙ sicut christus ex dilectione verbo ⁊ exẽplo nobis ꝑfecit: sic ⁊ nos alijs ex caritate ꝑficiamus: non solum lingua: sed etiam operatione. vnde dicit. Et vnicuiqꝫ: siue maiori: siue minori ꝑcipio. s. sicut ds diuisit mensuram fidei. i. ea ratione: qua deus dedit vnicuiqꝫ diuidi dona mensurata: que fides meretur vt sic subseruiendi materia: vt ita sit mutua dilectio spũs sancti non mẽsurati: q dedit dona: vt sic causaliter intelligatur mensura fidei. Prima cor. 12. Diuisiones gratiarum sunt. vel sic. Vnicuiqꝫ ꝑcipio sapere: sicut deus diuisit mẽsurã fidei. s. ẜm fidem: quam deus mensurate diuidit: vnicuiqꝫ ẜm Aug^{m}. Hec fides ẽ opans per dilectionẽ: sine qua nulla opera estimanda sunt. Fides ergo donum dei est: quod ptitur deus vnicuiqꝫ sicut ⁊ alia dona spiritus sancti: sine quo ꝯstat christum nos diligere: ⁊ eius mandata seruare nõ posse. vnde addit. Sicut enim in vno corpore multa mẽbra habemus disticta. Omnia aũt membra nõ eundem actum hñt: vt pꝫ ex diuersitate mẽbrorum Nam ẜm Aristo. nã dat instrumenta ẜꝫ opationẽ: q̃ indiget. Ita multi ꝑ diuersa dona spi. sancti. Nos catholici vnuꝫ corp⁹ sumus: vnitate spei ⁊ caritatis colligati in vna ecclĩa.

¶ Tertia ꝯclõ est: ꝙ huiusmodi vnanimitatis ⁊ vnionis mẽbrorum ecclĩe caput est christus vnde dicit. Et hoc in christo capite. Ipsuꝫ. n. dedit caput suꝑ omnem ecclĩam. Ephesio. p̊. Intelligendum tamen ꝙ christus per gratiaꝫ est caput ecclĩe ẜm quinqꝫ proprietates capitis ad corpus. ¶ Primo q2 est altior in situ dignitatis. ¶ Scđo in ipso sunt sensus cognitionis ⁊ amoris. ¶ Tertio q2 ab ipso fluit oĩs sensus motus dilectionis ⁊ amoris in mẽbra ecclĩe. ¶ Quarto q2 hoĩes qui sunt in ecclesia regit ⁊ dirigit ad actus. ¶ Quinto est eiusdẽ nature cum ipis: ⁊ sic est caput ecclĩe per gratiam vnionis: ⁊ per gratiam singularem ꝑsone. Et hoc est ꝙ dicit. In christo. s. capite ecclesie. Hũani corꝑis exẽplo docet nõ posse nos singulos hẽre ꝯmunia: ac ꝑ hoc curam nostri inuicem nos agere debemus: q2 inuiceꝫ officijs nostris indigemus. Singula aũt membra alterius inuicem ministrãdo: ⁊ alter alterius officio indigendo. Ephe. 4. Quoniã sumus inuicem membra. In hoc autẽ corpore mystico caput est christus. Membra singuli fideles. anima viuificans: spũs sancti vita: gratia spiritus sancti. ¶ Et nota de grã vnionis ⁊ gratia singularis ꝑsone: ⁊ gratia capitis: quomodo sunt eadem realiter: ⁊ differunt diuersis respectibus. ¶ Hec quere supra. s. sermone decimoquarto: ꝑncipali primo: ꝯclusione tertia.

¶ Dominica prima post epyphaniam. Sermo vigesimus sextus de euangelio.

Cum factus esset Jesus annorum duodecim. Luce. 2°. Scđm doctores: gratia est qdam habitus supnãlis. hoĩ infusus: q cãns in aĩa virtutes redeat eam deo gratã. Et q2 talis gratia sicut per liberum arbitriũ ꝯseruatur: sic etiaꝫ ecõuerso põt negligenter amitti. Ideo in euãgelio gratia huius ẜm moralem intellectum ponuntur quatuor considerationes.

Prima consideratio.

Circa ꝑmaꝫ ꝯsiderationẽ: que est de eius. s. nomĩs morali significatione sunt quatuor conclusiones.

¶ Prima ꝯclõ est: ꝙ ihs significat gratiã: q2 sicut puer ihs sanguinis sui lotione nos a sordibus pctõrum purificauit: sic gratie sue suꝑfusione nostros sensus: opa: cogitatus: ꝯsciẽtias: intentionem purificat: Et ideo sicut iesus nominatur puer ⁊ viribus: sic et gratia in nobis duplicem facit puritatem. Nominatur. n. puer iesus in circõcisione: in apparitione magis: in

p̄ntatione Symoni: in Herodis ꝑsecutiōe: ⁊
in ascēsione ad diez festū. Sic gratia p̊ causat
in nobis puritatem: in spūali sensuuz circōcisi
one. vnde cū sensus nostri sunt quasi fenestre
anime: ꝑ quas intrat mors peccati: ⁊ vita gra
tie destruitur: necesse est vt per puritatis custo
diam in sensibus circoncidant. ¶ Secun-
do causat puritatem in manifestatione. s. puri
tatem bonorum operū: quibus nostris proxi-
mis manifestamus. Mat. 5. Luceat lux ve-
stra. ¶ Tertio causat puritatem in presentati-
one: scilicet cogitationum ⁊ affectionum: qui-
bus deo p̄sentamur. vnde per psal. ipse dicit
scrutans corda ⁊ renes. ¶ Quarto ipse cau-
sat puritatem in ꝑsecutione. s. puritatem ꝯsciē
tie: que non apparet: nisi in tribulatione. vn-
de Aug⁹. Felix conscientia: que in tēpore ma
lorum pōt recordari bonoruz. ¶ Quinto cau
sat puritatem in ascensione. s. per veritatez in-
tentionis: vt ꝑpter deum omnia faciamus.
Mat. 6. Si oculus tuus fuerit simplex: idest
intentio recta ad deum: totum corpus tuum:
id est ꝯgeries operum lucidum erit. Sic ih̄s
dicitur puritas: q: causans in anima ornatuz
virtutum expellit oēm peccati imundiciaz.
¶ Secunda ꝯclusio est: ꝙ gratia id est iesus
duodecim annoꝝ eē noīatur ꝑpter duodecim
affectus gratie. ¶ Primus est deo nos acce
ptos facere. Et ideo dicit deus omnis gratie:
q: gratia est donuz supnaturale: a solo deo hu
mane nature collatū. habens in se rationē ac-
ceptationis. ¶ Secundus est recreare. Naz
sicut anima per creationem accipit esse simpli-
citer: sic per gratiam in esse morali accipit esse
spiritualiter: q: sicut virtutes dant primum eē
morale. sic gratia dat primum esse spirituale.
Ro. 6. Gratia dei vita eterna. ¶ Tertius ē:
quia hz aīam reformare: quia aīa deformata
peccato: reformatur gratia. Et hoc fit: quādo
in anima virtutes opantur: que sibi spūalem
p̄stant ornatuz. ¶ Quarto hz illuminare: q:
sicut in radijs solaribus apparent atomi: ita in
gratia apparent oēs defectus nostri. ¶ Qui-
to habet viuificare: q: sicut corpus per animā
ita anima per gratiam viuit. ¶ Sexto habet
animas a somno excitare: que in vanitatibus
huius mundi dormiunt: ⁊ delectantur. Et h̄
dum eorum vanitatem considerantes vigilāt
ad eterna. ¶ Septimo hz munire ad moduz
armature. Sicut enim homo exterius sine ar
mis hosti resistere non valet: nec eum supare
potest: sic hō sine gratia in temptatione succū-
bit. vñ ephe. Induite vos armatura dei ⁊c.
¶ Octauo hz eam fecundare. Sicut. n. terra
nō est fertilis sine aqua: sic anima nisi roretur
gratia. Nam quicqd fit sine gratia infructuo
sum est. ¶ Nono hz virtutibus: q: deus cō-
ferendo gratiaz: causat virtutes in anima: vn
de apl's. Omnia possuz in gratia dei: q̄ me cō
fortat. ¶ Decimo hz in bono stabilire. Nam
sicut gratia nō stabilit⁹ ad mūdi blādicias incli
natur: sic gratia stabilitus: imobilis ꝑseuerat.
¶ Undecimo aspera lenia facit. Nihil. n. ei
difficile est: nec abhorret ꝑ xp̄o sustinere. vñ
apl's. Omnia possum in eo: q me confortat.
¶ Duodecimo hz de vita eterna certificare:
q: hz rōnem acceptatōis quo ad deū: ⁊ hz rōez
meriti quo ad nos. Et h̄ est ꝙ dicit. Cum fa-
ctus esset iesus annoꝝ duodeciz: que intelligū
tur per hos duodecim effectus.
¶ Tertia ꝯclo est: ꝙ hec gratia ponēda est in
volūtate. Ratio est: q: hitus qui datus est ꝑꝑ
opationem meritoriā: dz poni in eo qd̄ est p̄n
cipium istius meritorie opationis. Tale p̄nci
pium est voluntas ordinata. Intelligendū ta
men ꝙ gratia in q̄ztum est habitus: causat me
ritum in volūtate. ¶ Secundario: q: volun-
tas vtit ea cum vult: ⁊ voluntas est potentia:
qua simpl'r possumus: non ipse hitus: sed in
quantum accipit in rōne merendi distincte cō
tractum quo meremur. Sic gratia est prin^m
⁊ motrix: q: hz rōnem merendi a deo: q sic in-
stituit. Et h̄ est ꝙ dicit. Pater ⁊ mater Jesu
Maria ⁊ Joseph. Joseph discretio rationis
Maria affectio bone volūtatis. Sicut ih̄s pu
er natus est de maria virgine: sic gratia de in-
corrupta volūtate. Et sicut ioseph non fecūda-
uit mariā: sed spūs sanctus. sic nec ratio fecun
dat voluntatem: sed spūs sanctus. Et sicut io-
seph nō erat pater iesu: sed nutricius ⁊ custos.
sic ⁊ ratio nō sufficit ad gnānduz ⁊ nutriēduz
¶ Quarta ꝯclo est: ꝙ ad statuz ꝑfectionis au
xilio gratie ꝑuenit. Prima coꝝ. 5°. Nō ego
sed gratia dei mecū. ¶ Rō huius est. Omne
illd̄ quod est de se ꝟtibile: de bono in malum
ad h̄ ꝙ figat ne deuiet: idiget auxilio mouētis
imobilis: sed hō sic est vertibilis ꝑ liberꝝ arbi
trium. vnde oz vt ꝑ auxiliū gratie stabiliatur.
Et hoc est ꝙ dicitur. Ascendentibus illis ihe
rosolimā. s. cuz puero: q: ꝑ gratiā fit ascensus
ad ꝑfectum virtutum: sine tñ gratia erat q̄sq̄
impotens ad merendum. Scd̄a corinth. 3°.

Non sumus sufficiẽtes: vnde dicit: Regressi
quesierũt: in quo signat ꝙ actio hõis sine gra
tia ẽ error: q ipa est q̃si regula recte operandi
qua amissa q̃i sine rectore ⁊ sine duce remanet
aia nostra quo ꝓficiat vł quo tendat. Hic est
puer: de cuius ꝑditione ꝯqueritur Ruben ge
nesis. 37. Puer nõ ꝯparet et ego quo ibo?

Secunda ꝯsideratio.

Secunda cõsideratio est de eius amis
siõe cũ dicit: Consumatis dieb⁹ ⁊c.
Hic sunt. 4. conclusiones.
¶ Prima ꝯ° est: ꝙ gratia solũ habet ab hijs:
qui bene ꝑseuerant in sanctitate vite: in deuo
tionis oratione: ⁊ in fraternitatis amore: ⁊ in
afflictione penitentie: ⁊ ab hijs recedẽtes ipaz
vere perdunt: vnde dicit. Consumatis die/
bus. vnde innuitur ꝙ postq̃ꝫ cõsumant dies
deuotionis: ⁊ fit reditus ad occupationẽ secu/
larium affectuuꝫ ꝓois gratie puritas amittit
¶ Secunda ꝯ° est ꝙ gratia perdit ꝑ quatuor
que hic moraliter innuunt. ¶ Primum est in
epta leticia: sicut patet de dauid q de saul ꝑsecu
tionez sustinens: deũ nõ deseruit q̃ꝫ post in re
gem sublimat⁹: adulterio: homicidio: ⁊ alijs
magnis peccatis amisit. Sic maria i terra egi
pti ꝓpulsa. et multas anxietates cordis ꝑpes/
sa: filium non ꝑdidit ad festiuitatem veniens
ipm ꝑdidit: et si ipsum in tã sancta solemnitate
ꝑdidit multo citi⁹ in nostris deordinatis sola/
tijs amittemus. ¶ Secũduꝫ est nimia distra
ctio circa mũdana. vnde Helyas manens in
solitudine delicate pascebat a dño: sed ad tur/
bas se trãsferẽs vix aquã obtinuit et panis bu
cellam: sic parentes Jesu postq̃ꝫ se turbis imi/
scuerunt: ipm ꝑdiderunt. ¶ Tertium est va
na fiducia. sicut petrus de sua virtute ꝑ̃sumẽs
christũ negando ꝑdidit. Sic maria putabat
ipm esse cũ Joseph: et ecõuerso: et sic ipꝫ ami
serunt. ¶ Quartũ est ignorantia vel negligẽ
tia. vnde dicit: ꝙ non cognouerũt eum paren
tes eius: si eni cognouissent: euꝫ nõ amisissent
Nulla enim periculosior infirmitas est q̃ꝫ que
non sentitur.
¶ Tertia ꝯ°. est ꝙ solum ꝑmanet in pacificis
qa ſm psal. in pace factus est locus eius. Rõ
est: qa deus maxime manet in hijs: in qb⁹ ma
xime delectat. Prouer. 8. Delicie mee eẽ cuꝫ
filijs hominũ: sed in discordia nulla est dele/
ctatio sed in pacificis. vnde Mat. 5°. Bti pa
cifici ⁊c. Et notat per iherusalẽ q̃ iterpretatur
visio pacis. Quid eni ꝑ iherusalẽ nisi spũales
viri: qui per fidem ꝯtemplant pacez eternaz?
De qbus eph. 5. Nostra ꝯuersatio in celis ẽ
in hi s remanet gratia. Qd aũt in templo in/
uenitur: designat ꝙ ihs. i. gratia inuenitur in
sanctis: qui tẽplum dei sunt. ¶ Et nota ꝙ pu
er non dimisit eos: sed ipsi dimiserunt puerũ
q grãm nullã dimittit. sed potius ipa dimittit
¶ Quarta ꝯclo est: ꝙ habentes gratiam: fa/
cillime eam amittunt: quia cum in gratia sit to
ta salus: tota gloria: tota virtus: quia si ipsam
habes: omnia habes. si ipsa cares: nihil hẽs.
Caue ne amittas: quia facile amittitur: ⁊ diffi
cile inuenitur. Non solum enim perdit ver/
bo ⁊ operis impletione: sed etiam ascensu vo/
luntatis. vnde dicitur. Venerunt iter diei vni
us. Jtinere diei vnius recedit: qui peccat solũ
voluntate. sic ⁊ itinere trium dierum: qui vo/
luntate: verbo: ⁊ opere. ¶ Ad hoc igit ꝙ ali/
quis se gratiam amisisse percipiat: sufficit. ꝙ
sciat se moraliter peccasse sola voluntate.

Tertia ꝯsideratio.

Tertia consideratio est de eius inqui
sitione: cuꝫ dicitur. Et regrebant eũ
iter co. ⁊c. Hic sunt duo documẽta
¶ Primum documentum est: ꝙ duplex in
nobis conquisitio christi proponitur. Quarũ
vna est ociosa: altera fructuosa. Qd ociose ⁊ si
ne fructu queritur inter cognatos ⁊c. Vnde
Ber. O bone iesu si inter cognatos tuos te
non inuenerunt: quomodo te inter meos in/
ueniam? ¶ Nota tamen ꝙ hoc dupliciter ex/
ponitur. ¶ Primo sic: non inuenit inter co/
gnatos: id est in voluntate carnis: que nobis
cognata est. ¶ Et nota ꝙ ſm aplm que a deo
sunt ordinata: sunt q̃ ordinate fiunt: ſm deũ fi
unt. ⁊ que inordinate: contra deum fiũt. Sed
quando caro vacat voluptatibus: omnia inor
dinata sunt: q caro que est ancilla: incipit do/
minari: ⁊ ratio que est domina: ancillari. Jn
tali actione deus non inuenitur. ¶ Secun/
do sic: non inuenitur inter cognatos ⁊ notos
id est in affectu carnalium ⁊ propinquorum:
quia ipse dixit. Qui amat patrem ⁊ matrẽ ⁊c.
nec inter notos: id est inter eos: qui inordina
te afficiuntur contra amicos. sicut seculares: q
suis plus affectant transitoria temporalia: q̃ꝫ
eterna. quia cum ꝑse omni tempore est amic⁹
nullo modo est relinquendus: ⁊ amicitia cuius
cunque est postponenda.
¶ Secundum documentum est: ꝙ fructuo/
se queritur in iherusalem: ⁊ in templo.

Ad hoc vt sic q̄ratur duo requirūtur. ¶ Primum est cordis compūctio de eius amissione: cum dicitur. Pater tuus ⁊ ego dolentes querebamus te. Qui enim querit gratiā amissam sine dolore: vel cum ficto dolore non inueniet Qui autem vere dolent inuenire digni sunt. vnde cū dolor sit vere patris ⁊ mr̄is: de amissione filij signanter dicit. Ego ⁊ pater tuꝰ ⁊c. vnde Johis. 20. Dn̄us apparuit magdalene querenti ipsum cum lachrymis. ¶ Nota tn̄ ꝙ q̄to res ꝑdita: i se ē nobilior: ⁊ vtilior q̄rēti tanto ip̄e in q̄rendo ē feruētior. Cuꝫ igitur ds̄ sit huiusmodi: ideo feruenter est querendus: Sed quando talis res queritur festinat lingua ad interrogandū: oculus ad respiciendū: pes ad discurrendum: manus ad disquerendum. Sic ergo festinet lingua studiose inuitationis in oratione. Paralip. 2°. Cum clamarent ad deum israel ⁊ ꝯquererent tunc inuenerūt euꝫ ¶ Scd̄o festinet oculus recte intentionis: vt ad nihil aliud inspiciat nisi ad deū inueniendū nō cuꝫ herode ad ꝑdenduꝫ: non cum turbis ꝓpter lucꝝ tēporale consequendum: nō cū iudeis ad recidiuandus: quibus cum xp̄s diceret. Quē queritis? Respōderunt. Jesum nazarenum: sed certe simplici oculo recte intentionis vt. s. deus ꝓpter seipsum queraẗ. ¶ Tertio festinet pes affectionis per feruorem desiderij ad discurrēduꝫ. Can. 3. Surgā ⁊ circuibo ciuitatem querēs quem diligit aīa mea. Quādiu. n. aīa quiescit in creatura nō inuenit creatorem. ¶ Quarto festinet manꝰ bone oꝑatiōis. psal. Deum quesiui manibus meis: ⁊ nō sum deceptus. Qui. n. aliter querunt: sine spe inuētionis querunt. ¶ Scd̄ꝫ est diligens inquisitio Nō eniꝫ sufficit incipiendo querere: ⁊ post ab inquisitiōe cessare: sed ad hoc vt inueniatur ꝙ queritur: opꝫ vt actus inquisitiōis perseueret. Psal. Querite dn̄m ⁊ confirmamini: querite eum semper. Jō de magdalena dicit Grego. Quia qui perseuerauit vt quereret: contingit vt inueniret.

Quarta consideratio.

Quarta ꝯsideratio est de eius inuentione: cū dicit. Et factum est post triduum. Inuenerunt eum in templo vbi sunt septem conclusiones.

¶ Prima conclusio est: ꝙ gratia dei representat se studiose inuestigantibus. Ubi nota ꝙ a studiose requirentibus recuperatur q̄tuor modis ¶ Primo per mundani gaudij exclusioneꝫ. vnde dicitur. Dolentes querebamus te. vnde Bernar. Quomodo te inueniam in gaudio bone Jesu: quem mater dolens vix inuenit? Magdalena plorans inuenit. ¶ Secundo per mentis tranquillitatem: quia in pace factus est locus eius. Parētes eum in iherusalē inuenerunt. ¶ Tertio per deuotam orationem. In huius signum. vnde ⁊ maria filium perditum in domo orationis meruit inuenire ¶ Quarto per sancti desiderij feruoreꝫ. Unde non soluꝫ vno die: sed post triduuꝫ summo desiderio querentes inuenerunt.

¶ Scd̄a conclusio est: ꝙ gratia non nisi post triduuꝫ inuenitur: vnde nota ꝙ quatuor genera hominum sunt: quibus nō nisi in triduo cōpetenti cuilibet gratia inuenitur: scilicet perfecti: prelati: peccatores ⁊ clerici. ¶ Primo querunt grāꝫ ꝑfecti: ⁊ inuenīūt in triduo sibi cōpetenti. s. ꝑ triduū dilectiōis mētalis. Postquaꝫ eniꝫ peccato abrenunciauerūt qd restat: nisi ꝙ in bono occupenẗ. Et iō assignata est eis vna dies. ¶ Prima dies est dilectio dei: vt. s. separata aīa ab hijs trāsitorijs i suū tēdat actorē nihilqꝫ amādo cū eo amet eiꝰ amplexibus delectari. vnde Jhero. Custodite aīas ⁊ nolite pōdera portare i die sabbati. ¶ Scd̄a dies est dilectio sui i hoc corpus ⁊ aīaꝫ debemus diligere: sic corpus ꝙ nō pereat aīa. sic aīam vt non deficiat corpꝰ. ¶ In pa ꝯditiōe deficiūt hoīes carnales q grandi cura corpus nutriūt: ⁊ aīaꝫ extingūt. ¶ In secūda deficiūt claustrales stulti q sic irrationabilr̄ intēdunt aīe ꝙ cadit corpꝰ a salute. ¶ Tertia dies est dilectio ꝓximi: vt ipsuꝫ sicut te diligas: ⁊ dirigas: ⁊ ex teipso cognosce q sunt ꝓximi tui: ⁊ qd̄ tibi nō vis fieri alteri ne facias: sꝫ nature curuitas ieq̄lia oꝑaẗ Sic ꝑfecti viri i hoc triduo post xp̄m currūt: ⁊ inueniūt. Mat. 27. Misereor sup turbā: quia ecce iaꝫ triduo ⁊c. ¶ Scd̄o q̄runt ⁊ inueniūt grām prelati i suo triduo. s. istructiōis salutis Postqꝫ. n. vocati sunt ad regimē debent esse soliciti de ouibus: ne a lupis rapianẗ. Jō daẗ eis triplex dies instructiōis. ¶ Prima ē veritas vite ne sis fictus sed studeas esse talis ꝙ actio noī: ⁊ noīa actiōi congruat: ne sit nomen iane, ⁊ crimen imane. Honor sublimis ⁊ vita ꝓclius. Psal. Hec dies ⁊c. ¶ Scd̄a dies ē veritas doctrine. Hanc prelati debēt precurrere sermonibus: moribus: ⁊ operibus: vt nihil falsi admisceatur. Quid enim prosunt sermones ꝯpositi vbi praui sunt mores? Qui sic

predicat seipsuꝫ suo gladio necat. Psal. Qua
re tu enarras iustitias meas ⁊c. Et ꝙ sũt mul
ta vorba: vbi nulla sunt facta. Ideo iesus ce/
pit facere ⁊ docere. ¶ Tertia dies est veritas
iustitie: ne in sua corruptione: timore paueat:
amore deserat: fauore minuat. Sed via regia
incedens: ⁊ bonos ꝓtegat: ⁊ prauos corrigat:
⁊ dubios ad examen ducat: ¶ Tertio querũt
⁊ inueniunt gratiã peccatores. Sicut infirmus
querit medicũ: ideo istis datur triplex dies.
¶ Prima est ꝯtritiones recogitare dꝫ pecca/
tor quid amisit: quẽ offendit. Et in hijs conte/
rãtur amare ea deflendo: ⁊ sit tantus dolor ꝙ̃ꝫ
ta erat delectatio tali ꝯtritione peccatũ ꝺlebitur
vnde leuitici. 23. Dies expiatiõis erit celeber
rimus. ¶ Scda dies est ꝯfessionis: que dꝫ eẽ
integra contra minutionem nuda: contra pal/
liationeꝫ pura: cõtra terguerfationẽ propria:
contra excusationẽ. Psal. Tota die verecun/
dia mea ꝯtra me est. ¶ Tertia dies est satisfa/
ctio. Tribus. n. ꝺbes peccator satisfacere deo:
a quo abstulisti honorẽ: tibi a quo abiecisti pu/
dorem proximo: a quo elongasti amorem: red
de ergo qꝺ debes: qꝛ nõ dimittitur pctm̃: nisi
restituatur ablatũ. ¶ Quarto querunt: ⁊ inue
niunt catholici. Quid mirꝝ si xp̃m debent que
rere: qui xp̃ꝫ habent possidere? Istis datur tri
plex dies. ¶ Prima est castitas mentis. vn/
de cogitatus dum parui sunt ⁊ noui ad xp̃ꝫ pe
trem debent allidere. Est. n. mens nostra q̃si
terra pinguis: que prauas herbas sponte mi/
nistrat: ꝓpter quod debꝫ habere cultuꝫ diuini
amoris ⁊ timoris ad extirpandum nociua.
¶ Secunda dies est castitas oris. Hec dies
occupat omnes sensus: Contra quos est bel/
lum continuum. ¶ Tertia dies ẽ castitas ope
ris: ad quam bñdam requiritur assidua oratio
ad deum: carnis maceratio ꝑ ieiuniuꝫ. Pra-
ue societatis declinatio. vnde Ysa. In die vna
attenuabitur gloria Jacob: ⁊ pinguedo carnis
eius marcescet.
¶ Tertia conclusio est: ꝙ hec gratia nusquaꝫ
inuenitur: nisi in scientia ⁊ sapientia: quibus
ducimur in cognitionẽ dei: ⁊ in operibꝰ mise
ricordie quibus allicimur ad amorem ꝓximi:
Hoc innuitur cũ dicitur. Quid est ꝙ me que-
rebatis: nesciebatis ⁊c. Dicitur. n. pater lumi
num: inquantuꝫ hꝫ secreta celestia inspirare ⁊
illuminare. Jaco. I. Omne datuꝫ optimũ ⁊c.
Et dicitur etiã pater misericordiarꝫ: inquantũ
hꝫ beneficia largiri. 2°. corꝫ. I°. Benedictus
deus ⁊ pater misericordiarꝫ. Tunc. n. gratia
adest opibus: que sunt pr̃is luminũ: cũ intelle/
ctus versatur in scia ⁊ sapia. Tũc. n. gr̃a adest
opibus que sunt patris misericordiarꝫ: cũ affe/
ctus negociantur in opibus peccati.
¶ Quarta ꝯclõ est: ꝙ mens humana nõ põt
capere opa pr̃is in puris nãlibus. Naꝫ ipa na
tura innititur philosophicis rõnibus: ⁊ munda
nis: q̃ inualide sunt ad ꝑtingẽduꝫ apicẽ diuine
opatiõis: in q̃ inuenit gratia supnaturali lumi
ne assistẽtes sibi: qꝺ est fides. Ratio ẽ intelle-
ctus nr̃ ꝓ statu isto: cũ sit vnius alium abstra/
hi tñ ab hoc: ⁊ nõ potest termiari ad pñtiaꝫ ali
cuius rei in sua actuali exñtia ꝯcernente: hic ⁊
nũc sine fide. vñ Aug. 13. de trini. dicit. Qꝺ
rerꝫ absentiũ pñs est fides: ⁊ rerꝫ que foris sũt:
intus est fides ⁊ rerꝫ q̃ non videnꝫ: videtur fi-
des. Ex hac auctoritate pꝫ: ꝙ q̃ꝫuis res alique
nõ videanꝫ: sꝫ tm̃ cognoscunꝫ abstractiue. Ipa
tm̃ fide qua credunꝫ videnꝫ. Et h̃ est qꝺ dicit.
Et ipsi nõ intellexerũt vbuꝫ qꝺ locutus ẽ ad
eos: quasi dicat. Ratio ⁊ volũtas non capiunt
ista que suut patris: in quibus inuenitur iesus
idest gratia vt actus qui pertinet ad intellectuꝫ
vt scientie ⁊ actus qui pertinent ad effectũ: vt
misicordia ⁊ pietas. Nõ. n. h̃ dicebat xp̃s de
patre carnali sed spũali: qꝛ gr̃a in hijs potius
esse suadet: q̃ pertinent ad spũaleꝫ patreꝫ.
¶ Quinta ꝯclõ est: ꝙ mens humana q̃ priꝰ
errauerat ꝑ nãlia ꝑ gr̃aꝫ dirigitur ad suuꝫ finẽ
Ratio est. Quia vnũquodqꝫ ordinatum in fi-
nem potens oberrare: indiget aliquo atracti/
uo. Sed homo ordinatus est in suam beatitu
dinem: ⁊ quandiu est in statu vie potest erra-
re. Ergo indiget aliquo directore. s. gratia.
Qꝺ hõ possit oberrare pꝫ: qꝛ patiebaꝫ intelle-
ctus defectũ in subtractiõeꝫ luminis: vt ab ipo
veritas non ꝯprehenderetur. Ro. p̊. Obscu-
ratum est insipiens cor eorum. Sed qꝛ homo
non intelligit nisi per abstractionẽ a sensibus:
Hoc autem delectatio ipsum obnubilat. Ta
lis auteꝫ obnubilatio ab intellectu per gratiaꝫ
remoratur que habet ipsuꝫ illuminare: Unde
sicut radijs solis athomi apparent. Ita i pre-
sentia gratie apparent minima peccatorum.
Et hoc est quod dicit. Et descendit cum illis ⁊
venit nazaret. Innuens ꝙ ratio ⁊ volunas: q̃
prius errauerunt amisso puero: scilicet gratia.
iam non errãt: quando puer cum eis est: idest
gratia. Sed cum eo venerunt a templo in na
zareth: idest ꝺ vita ꝯtẽplatiua ad actiuã in cuiꝰ

opibus ē spes vite. Sicut i flore spes fructus.
¶ Sexta cōclusio est: ꝙ deus per gratiā suaꝫ
subdit se voluntatem suā amplexantibus. Ra
tio huius est: quia ſm Tullium hoc exigit ve/
ra amicitia: idem velle: idem facere: idem pati
Cum igitur deus perfecta amicitia coniungat̄
bonis. Ideo ꝯparet eorum voluntati. Psal.
Voluntatem timentium se faciet. Et hoc est ꝙ
dicit. Et erat subditus illis. Puer. n. xp̄s lꝫ
maior esset illis inquantuꝫ deus: tamen subdi
tus erat illis. Sic ⁊ gr̄a lꝫ longe maior sit bo/
nis nature ⁊ fortune: tamen subdita est illis ꝗ̄ꝫ
tum ad custodiam. In potestatem enim liberi
arbitrij est habitā gr̄aꝫ ꝯseruare vel amittere.
¶ Septima ꝯclusio est: ꝙ mēs humana q̄ fu
it ceca: q̄ innitebatur humanis rōnibus: nūc
gratia sibi assistente in oībus dirigitur: ⁊ in su
um finē ordiatur: est ideo insistēdus sibi circa
eam modo sollicitior: ⁊ hoc ē qḋ dicitur. Ma
ter sua seruabat verba hec: ipsam significando
voluntatem. Quia sicut per voluntatem am/
mittitur gratia ita etiā conseruatur. Ratio est
q̄ gratia quos inhabitat triplici dotat profectu
¶ Primus est sapientie. Nam primus gra/
dus inter dona ascendendo est timor: vltim⁹
vero est sapientia: quia initiuꝫ sapię est timor.
¶ Secundus est perseuerantie: que proprie
retributionis: tñ finis mundi ꝓ tp̃e retributio
nis assignatur: vnde dr̃. Cũ sero factũ eẽt ⁊c.
vbi Rabañ. d. Postq̃ꝫ opis diuini reddita ẽ
ratio: ad remunerationis tp̃s accedit᷑ opportu
nũ. d. Cũ aũt sero eẽt fctm̃. i. cũ dies totius vi/
te ad vesperũ ↄsumatiõis inclinata fuerit: mer
ces est reddẽda. Quare ꝺꝫ Criso. Sero: nõ
alio mane reddit mercedẽ. Ergo adhuc stante
sclo: iudiciũ est futuꝝ ꝓpter duo. ¶ Primo
qꝛ ipsa beatitudo futura est merces iustitie. Iõ
nõ in alio seculo fit iudiciũ: sꝫ ante illud. ¶ 2°
ne videant peccatores diei illius beatitudinẽ.
¶ Scḋa ↄclo est: ꝙ ꝑmiuz btitudinis eterne
debet᷑ dari ⁊ reddi. Dari qdẽ ex mera liberali
tate ꝑꝑ grãz hoĩ sine sufficienti merito gratis ⁊
liberaliter data. Cuz g̊ hõ sit totalr̃ obnoxius
⁊ debitor sui totius ĩdiget dono grẽ gratũ faci
entis per quã sibi deus ↄdescendat: prius acce
ptando suam imaginẽ ⁊ voluntatẽ: q̃ꝫ opera/
tionẽ ab ipso manentẽ. Quia cũ cã nobilior sit
effectu: nullus põt se facere meliorẽ: nec opus
deo placẽs: nisi ꝑus ipse placeat. Ideo neces/
se ẽ vt ds̃ ꝑus respiciat ip̃z q̃ꝫ ad munera eiꝰ.
Non. n. qꝛ bona facimus boni sumus: sꝫ ecõ
uerso. Ideo oĩs radix meriti fundat᷑ in gratia
gratũ faciente: cuius ẽ hoĩez facere deo dignũ
Et ideo ꝑmiuz eternũ dr̃ nõ solũ dari sꝫ reddi
etiã tanq̃ꝫ debituz ⁊ ꝓ merito quodãmodo red
denduz. vnde dicit. Dñs vinee. i. ds̃ pater: q
est dñs iure creatiõis: qꝛ vineã plantauit iure
acq̃sitionis: ⁊ sic eaz liberauit iure emptionis:
⁊ sic eam ꝓprio sanguine emit iure ↄseruatio/
nis: qꝛ facit oẽs expẽsas: ⁊ oparios mittit: ꝓ/
curatori suo. s. xp̃o. Pater dedit ei oĩa in ma/
nus. Johis. 13. Pater nõ iudicat quenq̃ꝫ: sꝫ
oẽ iudiciuz dedit filio. Voca oparios: siue bo
nos: siue malos. vnde apoc. 14. Opa. n. illo/
rum sequuntur illos. Et ideo subdit. Et red/
de illis: statim sine dilatione. Mercedem suã
totam sine diminutione. vnde apostolus pri/
ma corinth. 3. Vnusquisq̃ꝫ propriaz mercedẽ
accipiet ſm laborem suum.
¶ Tertia ↄclo ẽ: ꝙ ĩ remunerãdo ds̃ magis
põderat caritatis magnitudinẽ: q̃ꝫ opeꝝ diffi/
cultatẽ vel multitudinẽ. Et h̊ quo ad ꝑmium
substãtiale: qḋ est ds̃: qꝛ est substãtia totius no
stre salutis ⁊ btitudinis: ⁊ illo ꝑfecte habito ꝑ/
fecta ẽ nobis btĩtudo. Per solã aũt caritatez ꝑ
fecte habet᷑: qꝛ vbi caritas: ibi ds̃ ẽ. Johis. ꝑ̊.
Deus caritas est. Et ideo pꝫ: ꝙ faciens opus
minoris laboris ex maiori caritate ⁊ feruentio
ri deuotione plus meretur de premio substan
tiali: q̃ꝫ faciens opus maioris difficultatis ex
minori caritate. vnde Gregori. Multi tarde
incipiunt: ⁊ tamen eos sepe q ipsos añcesserũt
antecedunt. Nam dominus in suo sacrificio
non pensat quantum: sed ex quanto ꝓferatur.
Vnde licet illi qui primo venerant videntur
recedi ꝑus: sꝫ aliqñ aliomodo fit. Iõ dic̃. In/
cipiẽs a nouissimis. Ratio: qꝛ qñq̃ꝫ ↄtingit q
nouissime intrant religionẽ: dolent se tarde ve
nisse: satagunt recompensare damnuz tempo
ris amissi: ⁊ feruentiores inueniuntur in ope
ribus iustitie ⁊ penitentie: ↄsiderãtes tp̃is bre
uitatẽ. Et sic quandoq̃ꝫ meritis equãtur ⁊ etiã
precellunt eos qui preuenerũt: ⁊ sic nouissimi
sunt primi ⁊ ecõtra. Nõ tñ ꝓpter h̊ in hac spe
dꝫ quis pigritare qñ fit ꝑus: lꝫ aliqñ sic ↄtigat
nõ tñ semꝑ: vñ securiꝰ est festiare q̃ꝫ differre.

¶ Quarta ꝯclusio est: ꝙ lꝫ plures in diuersis
statibus: diuersimode diuersis tꝑibus: ad hu
ius vinee culturam: ⁊ ad laboris remunerati/
onem sint vocati: oībus tamen vnus datur vł
debetur denarius. vnde dicit. Cuꝫ venissent
ergo qui circa vndecimā horam venerant: ac/
ceperunt singulos denarios. i. vitam eternā:
que ſm Aug. equalis erit oībus: nulli longi/
or: nulli breuior: meritoꝝ tñ diuersitatis fulge
bunt. Alij magis: alij minus. Pria cor. 10.
Stella differt a stella in claritate. Et xp̄s Joh.
16. In domo patris mei ⁊c. Hic aūt denari⁹
vnus est in se. multiplex autem propter accipi
entiū differētiaꝫ. ¶ Et nota ꝙ oībus ē vnus
denarius. s. retributio. Eadeꝫ oībus ꝑfectio/
nis mēsura. Nā recta quedā ꝯsilia p̄cedūt re/
cta desideria ⁊ recta opa. Q̄ d. n. sine consilio
volumus vel agimus ad culturā vinee nō per
tinet: q̄ꝫ du. n. sumus in via ⁊ in stadio curri/
mus ⁊ in vinea laboramus. Plus ꝯsilio d̄ ꝑ
fectione attingimus: q̄ꝫ affectu possumus ipri
mere: ⁊ in ope explere. Quis. n. est qd̄ se de/
bere vel decere cognoscit: ꝑfecte amplectit̄ vo
lūtatis ⁊ explet ope? Multa. n. cognoscimus
q̄ faciēda sunt: ⁊ nō ea statim volumus. Mul
ta etiā volumus que non facimus ⁊ facere pos
sumus. Tunc in patria q̄cq̄ꝫ vnusq̄sq̄ꝫ debere
vel docere cognoscit: totū vult: totū implebit:
nō erit plus in ꝯsilio q̄ꝫ in desiderio: nec in de
siderio q̄ꝫ in operis exercitio Eadeꝫ ergo for/
ma ꝑfectionis erit in ratiōe: que in voluntate:
⁊ hec est iucunditas perfecta dei: quia ex nulla
parte inuenitur inequalitas: ⁊ implebitur illd̄
Apoc. 21. Longitudo altitudo eius. s. ciuitatis
ꝑ quam aīa signatur equalia sunt. s. cogitatio:
voluntas: ⁊ opus.

Quartum principale.

CIrca 4m p̄ncipale: vbi ꝓponit̄ nobis
ꝑus ꝯductoꝝ murmuratio cuꝫ dicit.
Uenictes aūt p̄mi. vbi sūt. 2. ꝯ͠es.
¶ Prima ꝯclo est: ꝙ sancti intra se d̄ magni
tudine diuine clementie quodāmodo murmu
rant: hoc est admirantur: videntes ꝙ d̄s tam
copiose ⁊ supra merita electos suos remune/
rat: ⁊ citius ⁊ copiosius q̄nq̄ꝫ tarde venientes
q̄ꝫ longo sibi tꝑe ſuientes: dum. s. illi sanctos
superant in caritatis magnitudine ⁊ feruore.
Item ista murmuratio pōt signare diuine pa/
tientie admiratione: dum sancti vident puer/
sos in mundo isto florere ⁊ in cunctis ꝓspera/
ri: ⁊ ecōuerso bonos ⁊ innocentes deprimi in
omnibus ⁊ tribulari. vnde Abacuch p̄. Qua
re nō respicis sup inique agētes ⁊ taces ꝯculcā
te impio iustiorē se? Unde dicit. Venictes āt
primi. i. p̄mo vocati. Arbitrati sunt ꝙ plus es
sent accepturi: sꝫ frustra vt dictū est: q2 accepe/
runt ⁊ ipsi singłos denarios iuxta conuentio/
nem: ⁊ ideo murmurabant.
¶ Scd̄a ꝯclo est: ꝙ causa hui⁹ murmuratio/
nis fuit: q2 ineq̄liter merētibus ꝑstitit eandeꝫ
remunerationeꝫ. d. Hij nouissimi vna hora
fe. ⁊c. s. in p̄mio. Qui portauim⁹ pondus diei
⁊ estus. Largitio. n. seu dispēsatio in presenti
⁊ gl'ie i futuro nō potest a nobis dijudicari: cur
. s. vni plus: alteri minus largiat̄: sꝫ eius ordia
tioni: qui pōderator est spirituum: ⁊ cui omne
corpꝫ: ⁊ voluntas loq̄tur: est penitus relinquē/
dum: ꝓpter h̄: q2 primam gratiam nullus me
reri potest de ꝯdigno. Gloriā vero possum⁹
mereri ex ordinatiōe diuina: non tñ mensurat̄
ſm actum exteriorē qui soli deo quo ad ei⁹ va/
loreꝫ notus est: vnde pondus pōt signare le/
gis mandatuꝫ: estus temptationū calores por/
tamus. i. succumbimus.

Quintum principale.

CIrca quintū principale: vbi ꝓponit̄
nobis murmuratiōis iusta reꝑhēsio
cū d̄r. At ille rn̄dēs. vbi st. 4. ꝯ͠es.
¶ Prima ꝯclo est: ꝙ d̄s murmuratione iniu
staꝫ reꝑmit ꝑ suaꝫ equitatē: ⁊ ex eo ꝙ nō infert
iniuriaꝫ. Unde d̄s nō agit iustius cuꝫ vno q̄ꝫ
cum alio ſm Richar. in 4° suo. Sꝫ vna dei
actio non pōt esse iustior alia: nisi aut ꝑ ꝯpara/
tionem ad voluntatē eius a qua egreditur: aut
ꝑ ꝯparationē ad effectū ad quem terminatur.
¶ Primo° deus non agit iustius cuꝫ vno q̄ꝫ
cum alio: q2 vna ⁊ eadē est eius volūtas a qua
egreditur oīs eius actio circa creaturaꝫ. Nec
ſom°. Naꝫ q̄ꝫuis cuꝫ alio agat maiorem effe
ctum iustitie q̄ꝫ cū alio: tamē nō seq̄tur ꝙ actio
eius circa vnū sit iustior q̄ꝫ circa aliū. Justitia
eniꝫ in q̄daꝫ equalitate ꝯsistit: siue ſm quātita/
tem: siue ſm ꝓportionē. Equalitas autē vtra
q̄ꝫ tanta ē in paruis q̄ꝫta in magnis. Propor
tio enim quatuor ad duo eq̄lis est ꝓportio. vi/
ginti ad decē: vtraq̄ꝫ. n. est dupla: Deus. n. in
agēdo: cū quolibet ſuat eq̄litateꝫ ꝓportionis ī
diuisibili. Ad hoc aūt nos nō astringimur ꝓ/
pter difficultateꝫ in nobis mediū attingendi:
vt dicit ph̄us. 2. Eth. Et ideo q̄ꝫuis iusti⁹ pos
sumus agere cū vno q̄ꝫ cuꝫ alio: plus ad pun/
ctale mediuꝫ appropinquando: non sic potest

dici de deo. vnde dicit. Amice nõ facio tibi iniuriam: ex eo ꝙ facit iustitiam. Nonne ex denario ꝛc. Et ſm Jhero. Ex ꝯformitate imaginis: ꝛ reformatione. Dicit autem vitij: qꝛ vna equalis fuit singulis murmurãdi occasio.

❡ Secunda ꝯclõ est: ꝙ lꝫ per peccatum simꝰ filij ire: tamen dicimur amici eius ꝓpter caritatem: quam hꝫ ad nos: lꝫ eum offenderimus multiplr̃ vt inimici. vnde vocat eum amicum per fidei susceptionem: ꝛ per actionem vel caritatis vnionem. Tolle qd̃ tuum est. q. d. si tu seruares denarium decalogi: ego tibi redderem denarium mercedis eterne. Tolle ergo qd̃ tuum est. i. penaꝫ eternaꝫ: quam meruisti propter p̃ceptoꝝ ꝯtemptum. Et vade. s. in ignẽ eternum: vel si murmur de bono sumitur. vnde q murmurauit: nõ tamen in murmure ꝑtinax fuit. Tolle qd̃ tuuꝫ est. i. vitam eternam quam promisi. Et vade in gaudium domini tui. Nec tibi displiceat: si absqꝫ damno tuo alius tecum p̃mietur. Si vero murmuratio sumitur pro admirari: tunc sic. Tolte ꝛc. i. desine admirari: qꝛ bonitas mea est inhausibilis ꝛ infinita.

❡ Tertia ꝯclõ est: ꝙ omnia que nobis ex diuino arbitrio conferunt̃ ꝯtra talia nõ est murmurandum. Cuius ratio est: qꝛ voluntas dei est causa oĩum que sunt. Si. n. haberet dei voluntas cãm: erit aliquid: quod antecedat volũtatem dei: qd̃ nefas est credere. Qui igit̃ querit. quare fecit deus h̃ vel hoc? Respondetur Quia ipse voluit. Qui autem q̃rit. quare voluit? maius aliquid querit: ꝗꝫ sit dei voluntas Nihil autem aliqd maius inueniri põt. Compescat ergo se humana temeritas: e tillud qd̃ non est: nõ q̃rat: ne illud qd̃ est non inueniat. Hec Augu. vnde sequitur. Volo autem ꝛc. Huic. i. in pnĩa feruenti. Sicut ꝛc. s. innocẽtia torpenti. Et ne illicita credatur ista voluntas: subdit. An non licet ꝛc. Quia. n. voluit: ideo licitum est. Nihil enim potest velle: nisi licitum ꝛ bonum.

❡ Quarta ꝯclõ est: ꝙ inuidus ꝗꝫtum in se est nititur impedire libertatem diuine bonitatis. Nam oculis tuis deberet placere pulchritudinem bonitatis mee: sicut oculis sanis nãlr̃ grata est lux. Eccli. xj. Dulce lumen ꝛc. Sꝫ oculi tui sani non sunt. Et sicut dicit Augu. Palato nõ sano pena est panis: oculis infirmis odiosa lux. Tantum. n. monstꝝ est inuidia: ꝙ oẽs sensus peruertit. Non põt bonum audire de illo: cui inuidet. vnde. p̊. Re. 18. Cum audisset Saul de strẽnuitate Dauid: doluit ꝛ ꝑuertit visum. vnde seq̃t̃ ibi. Jaꝫ nõ rectis oclĩs aspiciebat saul dauid. Silr̃ linguã vñ de fratribus Joseph dicit̃ geñ. 37. Qd̃ nõ poterant ei qcq̃ꝫ pacifice loq. Sequit̃. An oculus tuus neq̃ꝫ est. Oculus. s. rõnis: q̃ ꝑuerse iudicas: ꝛ meã bonitatem arguendũ putas. Quia ego bonus sum: ex nã. s. bonitatis mee dona gratie ꝛ glorie coĩcans. Chryso. De dato eius nemo iuste murmurat: q amplꝰ dat ꝗꝫ hõ desiderat.

Sextũ p̃ncipale.

Sextum p̃ncipale est de dictoꝝ ad ꝓpositum applicatiõe: cum dicit̃. Sic erunt ꝛc. vbi sunt due ꝯclusiones.

❡ Prima ꝯclõ est: ꝙ saluator. d. Sic erũt nouissimi p̃mi ꝛc. Ostendens ꝙ vndecima hora venientes. s. illi qui in vltima senectute conuertuntur: fierent auidiores: ne se existimarẽt minus habituros. vñ dicit. Sic. n. nouissimi dũmodo plus ferueant amore: erunt primi. i. in p̃mij retributõe. ❡ Ratio est. Multi. n. p̃us feruentes: postea torpent. Et eꝯ. Multi p̃us frigidi: postea inardescũt. Faciamus igit̃ ſm ꝯsilium Senece. qd̃ in timere fieri ꝯsueuit: vt qui tardius exiuerãt: moram velocitate cõpensent: vt patuit in Magdalena: q̃ tarde incepit ꝛ multos alios caritatis feruore antecessit. vel sic. Nouissimi in ꝓpria reputatione. Erunt p̃mi. i. digniores in diuina acceptatiõe. Et iõ dicit Chryso. Erunt p̃mi ꝛc. Eos occulte insinuat: qui a principio virtute claruerũt: ꝛ postea virtutem ꝯtẽpserunt: ꝛ rursus eos q a malitia reducti sunt: ꝛ multos supercellebãt.

❡ Scd̃a ꝯ est: ꝙ arcta est via que ducit ad penitentiam. ꝛ pauci gradiunt̃ per illã. Ideo viuamus: vt pauci a seculariũ nos tumultu separando. vñ infert Ansel. di. Quapropt qcũqꝫ nõ dum viuit vt pauci: aut vitã suã corrigẽdo se colligat inter paucos: aut cuꝫ mlr̃titudine timeat reprobationẽ. vñ dicit. Multi sunt vo. ad fidẽ ꝛ meritũ: pauci vero ele: ad caritateꝫ ꝛ btitudinis p̃miuꝫ. vnde Gre. d. Ad fidẽ. n. plures veniunt. ꝛ ad celeste regnum pauci ꝑducuntur. Pleriqꝫ deuꝫ vocibus sequunt̃: ꝛ moribus fugiunt. ❡ Ex h̃ igit̃ duo pensare debemus. ❡ Primũ est vt de se nemo p̃sumat qꝛ ꝛ si iam ad fideꝫ vocatus est: vtꝝ ad regnũ sit eligendus: nescit. ❡ Scd̃m vt vnusquisqꝫ proximum suum: quem iacere in vitijs ꝯspicit: despicẽ nõ audeat: qꝛ diuine mĩe diuitias ignorat.

¶ Dominica in .lxª. Sermo .37. de euāgº.

CUm turba
plurima cōuenirent ⁊ de ci
uitatibꝰ ꝓperarent ⁊c. Luc.
8. Secūdū ꝙ dicit phs. 2º
phi. Omnia agentia agūt
ꝓpter finem. Sꝫ qꝛ bea-
titudo ē finis humane salutis. Salnatoꝛ volēs
nos beatificare: coagit ad salutē tanꝙ in finē
et ideo in finem non ꝑ nos: sed ab alio oꝛdina
mur. Tum qꝛ tota natura coopaᵗ ad dm: sicut
instrumentum ad agens principale: tū qꝛ par
ticulares cause mouenᵗ a causa vniuersali. Si-
cut rectoꝛ ciuitatis qui intendit bonuꝫ commu
ne: mouet suo imperio omnia ꝑticularia officia
ciuitatis. Et ideo necesse est vt huiusmodi na-
tura ꝟtute principalis agentis quasi instrumē
tum ꝓpter finem beatitudinis virtualr̄ cause
vniuersali coopetur que est voluntas diuina:
que in bonum vniuersale se extendit. vt innuiᵗ
i euāgelio sub methapoꝛa semis. vnde Theo.
Non cessat autē dei filius in nostris animabꝰ
seminare nō solum cū docet: sed etiam cū creat
in nostris animabus semina sua cuꝫ diciᵗ. Cū
turba multa ⁊c. vbi tria notanᵗ aduertenda

Primū principale.

CIrca primū principale: vbi ꝓponitur
nobis satoris liberalitas cum diciᵗ.
Cū turba plima. vbi sūt sex ꝯclones.
¶ Prima conclusio est euidere qs dicaᵗ satoꝛ
et diciᵗ ꝫm quēdam ꝙ satoꝛ coiter diciᵗ ille: qui
intendens fructuuꝫ ꝯsecutionē: originē gene
ris illoꝝ fructuuꝫ habilitat ⁊ disponit: siue se-
minādo siue plantādo tempoꝛe opportuno: vt
sic crescendo ꝫm genus suū ꝓferat sibi fructū.
¶ Secūda conclusio est ꝙ multi sunt semina-
toꝛes spiritualium: que heu quasi omnia ꝑie-
runt. vnde conqueritur Ber. dicens. O ge-
nus adam ꝙꝫ multi seminauerunt in te: ⁊ tamē
ꝑciosuꝫ semē ꝙꝫ male perit. Seminauit in ter
ra nostra pr̄ de coꝛde suo filiuꝫ: filius veritatē:
spiritus sanctus caritatem. Angeli prudentiaꝫ
Apostoli substantiaꝫ. Martyres foꝛtitudineꝫ
Confessoꝛes iustitiam. Uirgines castitatē. et
quilibet iustus meritoriam actionem.
¶ Tertia conclusio est ꝙ licet diuersi diuersi-
mode diuersa seminauerunt: tamē ꝓprie ⁊ ꝑn
cipaliter hunc satoꝛeꝫ intelligimus saluatoꝛem
qꝺ ostēdit Eusebius. d. Exiuerunt autem a
patria celesti: ⁊ ad homines descenderunt non
tñ vt sererēt. Neqꝫ .n. erāt satoꝛes: sed admi
nistratoꝛes spūs in mysteriuꝫ missi. Moyses
ēt ⁊ ꝓphe post eum nō seiauuerunt hoibꝰ my
steria regni celoꝝ: sed retrahēdo insipiētes ab
erroꝛe negtie: ⁊ ydoloꝝ cl̄tu. Solus aūt oīuꝫ
satoꝛ ꝟbum dei exiuit euāgelizaturus noua se
mina. s. mysteria regni celoꝝ. Et iō dicit etiā
Beda. Satoꝛem istum nullū melius ꝙꝫ filiuꝫ
dei itelligere possumus: q de sinu patris: qua
creature nō erat accessus: egrediēs ad hᵒ venit
in mundū: vt testimonium ꝑhiberet ꝟitati.
¶ Quarta ꝯ est: ꝙ iste satoꝛ celicus ad recipi
endum efficaciter h semen diuinum: coꝛ humile
⁊ discretū habilitat ⁊ disponit: īfirmitates mo-
rales admonēdo: ⁊ spūalem ꝑfectū ꝓmonēdo
Nam ꝫm Ambꝛ. fragilitas humana firmuꝫ
neqt in tanto secl̄i lubꝛico tenere vestimentum
⁊ aduersus erroꝛē remedia: cui bonus medi-
cus demōstrauit. Spem venie iudex miseri-
coꝛs nō negauit. Qꝺ notaᵗ cum diciᵗ. Cū tur
ba plima. s. in mūdi sollicitudinibus dispsa cō
ueniret. s. i vno ꝓposito deo adherēdi. Et de
ciuitatibus: nō de villulis rurēsibus: innuēs
ꝙ nō solum simplices: sꝫ ꝑiti ⁊ magnates xp̄ꝫ
qñꝫ sequebanᵗ. vnde diciᵗ. Propabat ad ihꝫ
vt ꝫꝫ exigentiā cuiusꝫ oibus sua beneficia cōi
caret: donādo: alendo: sanādo. vnde ꝫm Am
bꝛo. Dñs ꝯtulit mltis varia gnā sanitatū: nec
tp̄e: nē loco cepit a studio sanādi turbā cohibē
¶ Quinta ꝯº est: ꝙ lꝫ ꝑabola sit reꝝ dissimili
um sub aliq̄ silitudine facta ꝯꝑatio: ⁊ qbusdaꝫ
eēnt obscure ꝑꝑ eoꝝ malitiaꝫ: tñ dñs vsus est
freq̄nter ꝑabolis ꝑꝑ sex motiua. ¶ Primuꝫ
qꝛ simplicibus dabāt clarioꝛē intellectum: ⁊ si
non ꝑma auditōe: saltem iterata replicatōe seu
ēt expositōe. vbi discipuli intellectū hꝰ ꝑabole
petierunt sibi a xp̄o exponi. ¶ Scdo vt indi-
gnis secreta fidei nō pāderenᵗ. vñ Mat. 7.
Nolite sctūꝫ dare canibus. ¶ Tertio vt vesti
gium diñe sapie in creaturis singl̄is discamꝰ
ingrere: ꝫm illꝺ Ro. ꝑº. Inuisibilia dei ꝑ ea
q̄ facta sunt ⁊c. ¶ Quarto vt ex paucis ꝟbis
ples intellectus inuenirenᵗ. ¶ Quinto vt at
tentioꝛes faceret auditoꝛes. Cōsueuerunt. n.
hoies in obscuris: q̄i in qbusdaꝫ raris se plus
exercere: ⁊ manifesta ꝯtēnere. ¶ Sexto vt a
simplicibꝰ facilius eiꝰ doctrina retinereᵗ. Ex
cognitis quippe manuduciᵗ intellectus ad co
gnitionem alioꝛum. Et hoc est qꝺ dixit. Per
similitudinem. i. in parabola.

¶ Sexta ꝯclo est: ꝙ q2 penitẽs etiã sator ope
rum pn̄ie: vt fructum metervite eterne. Ideo
tria exire dz. ¶ Primum est claustꝝ male cõ
suetudinis: a q̊ domin9 vocat. Johis. 13. La
zare veni foras: vbi ille q̄triduanus fetidus ꝛ
ligatus: ad vnam vocem ꝓdijt foras. Pecca
tor autẽ totiens vocatus: adhuc ꝓdire recusat
¶ Scd̄m est ꝯcupiscentia carnis. Nam cum
duplex sit concupiscentia. s. oculorum ꝛ car/
nis: vtraqꝫ est per gratiam restringẽda: quia
vtraqꝫ est labes aie: que cito maculat: ꝛ vix ab
stergi pōt: ꝛ ignis qui vix extingui pōt: ꝛ ideo
deus est adorandus deuota orōne: vt rore sue
gratie hanc in nobis restringat. vnde sapi. 8.
Scio ꝙ alr̄ nō possum eē ꝯtinens: nisi ds̄ det
¶ Tertium est vanitas vite seclaris: ex q̄ etiã
mundus eiecit nos. Mat. 2°. Surgite ꝛ ite:
q2 non hẽtis hic regem. vnde Ihero. Contẽ
nendus est mundus: ẽt si prosp̄is rebus aiuz
demulcet. Scd̄m principale.

Circa scd̄m principale: vbi ꝓponitur
nobis seminis realitas: cuz dicitur.
Seminare semen suū. vbi sunt qua
tuor conclusiones.
¶ Prima ꝯclo est videre quid sit semen. Et
dicit Hugo: ꝙ semen est cuiuslibet rei exordi
um. Proprie tamen semen dicit̄: qd̄ in agro
sp̄gitur ad gignendum fructum. vnde dicit̄ se
men a sero ris. rui. rere. satū: quod idez est qd̄
seminare. Si autem de arbore dicã insero in/
serui: facit etiã ꝑticipium insitus: nō insertus.
Brecismus tamen ponit versus. Est aiatoꝝ
semẽ cãpoqꝫ satoꝝ. Semẽti ꝓprie sementinū
quod in archa. Claudit̄ atqꝫ suo spargetur tẽ
pore in agro ꝛc.
¶ Scd̄a ꝯclo est: ꝙ saluator q̄druplex semen
seminauit: vt ꝭz genus vniuscuiusqꝫ ꝓferret
fructum. ¶ Primum fuit semẽ increatuz. s.
seip̄m seminatum in terra fecunde virginita/
tis. ¶ Scd̄m fuit semen innatum. s. in terra
humane fragilitatis. s. posse: velle: ꝛ nosse: q̄
ꝯcurrunt ad omne bene agere. ¶ Tertiū fuit
semen inspiratuz: qd̄ est multiplex. s. virtutes
dona: btitudines: ꝛ fructuum delectationes.
¶ Quartum semen fuit semen reuelatuz: pu
ta doctrina euãgelica: que docet qd credenduz
sit: quid agendum: quidue appetendum.
¶ Tertia ꝯclo est: ꝙ quilz hō cum etiaz sator
dicatur: dz quatuor seia seminare. s. cogitatio
nes mūdas: affectiōes sanctas: locutiones vti
es: ꝛ meritorias actiōes. vn̄ ad Gala. 6. dr̄.
Benefacientes nō deficiamus: tp̄e aūt suo me
temus nō deficientes. vnde ꝛ Osee dicitur.
Mane semina semen tuum: ꝛ vespe nō cesset
manus tua. q. d. incipe benefacere in iuuentu
te: ꝛ p̄seuera vsqꝫ in senectam ꝛ senium.
¶ Quarta ꝯ° est: ꝙ deus oia beneficia sua q̄
in nobis creauit: solo verbo fecit: ꝭm illd̄ psal.
Ipse dixit ꝛ facta sunt ꝛc. Ideo ꝯueniēter se-
mini cōparat̄ ꝓpter multa. ¶ Primo pp̄ vir
tutem ꝑncipiandi: q2 sicut semen est ꝑn̄m in
nãlibus: sic verbuz dei in moralib9. Ro. 10.
Fides. n. ex auditu ꝛc. ¶ Scd̄o pp̄ similitu-
dinem sp̄gendi. Nam sicut semen manu acci
pitur: ꝛ sic sp̄gitur: sic verbum p̊ manu. i. op̄e
accipi dz: ꝛ tunc ore spargit̄: ꝭm illd̄ actuuz p̊.
Cepit ih̄s facere ꝛ docere. ¶ Tertio pp̄ vtili/
tatem fructificãdi. Actu. 12. Verbum aūt dn̄i
crescebat ꝛ mlt̄iplicabat̄. ¶ Quarto ꝓpter ne
cessitatem reficiendi. Non in solo pane viuit
hō ꝛc. ¶ Quinto ꝓpter similitudinem p̄icli-
tandi. Nam sicut semen alicubi perit: alicubi
non: sic verbum dei: vt patet in euangelio.
¶ Sexto ꝓpter similitudinem coīcandi. Nã
sicut semen vbiqꝫ in agro indifferenter sp̄git̄:
sic verbum dei bonis ꝛ malis proponitur.
¶ Septimo propter h̄: q2 sicut semen nō fru
ctificat: nisi in terra bene culta ꝛ supposita sup̄i
oruz influentia: vt detur aura tem̄pata: sic nec
verbum dei fructificat nisi terra cordis conue
nienter fuerit disposita ꝛ supposita sancti sp̄ūs
influentia: tanq̄ꝫ summe necessaria: pluuia de
uotionis irrigata. Et hoc est quare dicit̄ semi/
nator: q frequenter solet seminare semen suuz
. s. verbi exterioris ꝭm humanitatem: ꝛ interi
oris ꝭm diuinitatem. Aug. Cathedram hꝫ in
celis: qui corda hoium docet in terris.

Tertium ꝑncipale.

Circa tertium ꝑncipale: vbi ꝓponi/
tur nob̄ hoc semen recipientiuz qua
litas: cum dicit̄. Aliud cecidit secus
viam: aliud in petraz. aliud in spinas. ꝛ aliud
in terram bonam. vbi sunt sex ꝯclusiones.
¶ Prima ꝯclo est: ꝙ per agꝝ istuz signatur
humana nã siue mens humana. Nam sicut
ager p̄ fimuz pinguis efficit̄: ꝛ debita cultura
habilitat̄ ad fructificanduz. sic mens humana
pinguedine gratie: doctrine ꝛ v̄tutuz saginat̄
Et iō noiat̄ speciosa deserti. De q̊ psal. Pin
guescent speciosa deserti. vnde mēs humana
bene culta: a vitijs dicit̄ deserta. Et speciosa
dicit̄: q2 est donis ꝛ virtutibus adornata.

¶ Secunda conclusio est ista, q ager iste est
diligēter excolendus, vt dicitur prouerbio.
24. Diligenter exerce argumentū. Et hoc fit
tripliciter. ¶ Primo euelendo vrticas vitio/
rum. ¶ Secundo amouendo spinas mun/
danoꝝ solicitudinum. ¶ Tertio faciendo cu/
stodiam quinqꝫ sensuum: qꝛ dicit̄ prouer. 24.
Per agꝝ pigri trāsiui: ꝛ per vineam stulti.
Et ecce totum repleuerūt vrtice: ꝛ opperuerunt
faciem eius spine: ꝛ maceria lapidum destru/
cta erat. ¶ Ratio primi est: qꝛ sicut turpis pi/
ctura deturpat domum: sic vitia deturpāt ani
mam. Nam aia pctis vitiata: non pōt tpalibꝰ
resistere. Et ideo occurrunt fantasmata turpi/
um reꝝ: qbus anima intrinsecus maculatur.
Gen. 8. Sensus ꝛ cogitatio humani cordis
pna sunt ad malum. ¶ Ratio scdi est. Nam
sollicitudo mundanoꝝ: multuꝫ impedit dispo
sitionem ad gratiam: qꝛ ad dispōnem requirit̄
status interioris: diligens exaiatio ad admo/
uendum obstaculum. Et ideo opꝫ vt aia disp
sa per sensibilia: ꝛ extra se posita: recoligat̄ in
seipsa ad inuestigandū de obstaculo. Per ni/
hil autem tm̄ dispgitur: sicut per sollicitudinē
exterioꝝ. vnde Matth. 6. Nihil solliciti sitis
anime vestre qd manducetis. vbi non phibet̄
necessitas reꝝ: sed sollicitudo de tpalibus: que
multum reuocat a sollicitudine eternorum.
¶ Ratio est: qꝛ omnis tēptatio oritur ab inor
dinatis pceptibilibus sensuum. Quanto eniꝫ
frequentius percipis ea: que mundi sunt: tan/
to affectus tuus ad ea ꝯcupiscēda magis inar
descit. Et ideo diligenter sensuum custodia est
adhibenda. Prouer. 4. Omni custodia ser/
ua cor tuum: qm̄ ex ipso vita procedit.
¶ Tertia ꝯclo ē: q si sic ager debita cultura p̄
paratus fuerit: tunc pculdubio sator semē gra
tiarum ꝛ ꝟtutum in eum seminabit. Naꝫ gra
tia gratum faciens in ordine ad acceptationeꝫ
diuinam est q̄dam integritas: ꝛ quidam decor
oium virtutum. Sicut. n. pulchritudo faciei
nō est vna qualitas: sed integritas exurgens
ex multis. s. colore: figura: magnitudine: ꝛ p/
portione. Ita gratia q̄ est anime decor: est in/
tegritas exurgēs ex oibus virtutibꝰ: qꝛ nullꝰ
est deo acceptus ꝛ gratiosus: nisi sit pmptus
ad singula bonoꝝ operum virtuosoꝝ. Talem
aūt pmptitudinem hꝫ hō p oēs virtutes qbus
exit in actus virtuosos: quas. s. virtutes gra/
tia causat in aia per modum seminis pullulan
tis in meritorias actiones.

¶ Quarta ꝯclo est: q qꝛ cum sit aliqd semen
quod seminatur in intellectu. s. verbum dei:
ꝛ aliud semen qd seminat̄ in affectu. Et h̄ est
bonum ppositum: puta opa pnialia: ꝛ est se/
men qd seminatur in actu: vt sunt opera mie.
Quodlibet istoꝝ patitur tria impedimenta.
¶ Primo. n. semen intellectus impeditur in
assiduitate: in qua verbuꝫ vilipenditur. vnde
Augu. Predicatio si raro est: non sufficit. si
assidua: vilescit. Et ideo vie cōparat̄. d. Aliud
cecidit secus viam: ppter transeuntium ꝯcul/
cationem. vnde dicitur. Et cōculcatum est. s.
dum ꝯtemnitur. Et demones tollunt illud: q
per volucres intelliguntur: quādo. s. impedi/
unt: ne fructum faciat. ¶ Scdo impedit̄ pre/
sumptuosa ꝯfidentia liberi arbitrij: que ppter
firmitatem petre ꝯparatur. Sed est absqꝫ gra
tia: sicut petra absqꝫ humore: ꝛ ideo natū aruit
Verbum g̊ qd seminat̄ supra mentē de se cōfi
dentem: cadere supra petrā dicit̄. Nā petra pa
tenter recipit: ꝛ sub terra abscondit: ꝛ signat il
los: q corde parato ꝛ facili verbum pcipiunt.
Sꝫ inqꝫtuꝫ petra arida est nihil hn̄s humoris
ipm non nutrit. Et signat eos fm q non hn̄t
humorē gratie: sed magis de pprijs viribus:
q̄ꝫ de gratie virtute ꝯfidunt. Et sicut nō nutri
tur nec crescit: sic ēt ꝟbum dei non pficit. vn̄
dicit̄. Et natū aruit: qꝛ non hēbat humorē. Et
sequit̄. Ad tp̄s credunt: ꝛ in tpe temptatōis re
cedunt. i. cito a pposito mutant̄. Et hij radices
non hn̄t: qꝛ cito a proposito euellunt̄. Planta
q̄ꝫto pfundius imittit radices: tanto altius sur
get. sic q̄ꝫto qs maioreꝫ firmitatē hꝫ in bono p
posito: tanto amplius in bono ope calescit. vn̄
eph. 3. In caritate radicati. ¶ Tertio impedi
tur in abundāti sollicitudine. q̄ spinis ꝯpatur:
qꝛ sollicitudo sicut spine lacerat ꝛ pungit. vn/
de dicit̄ q in spinis cecidit. Diuitie aūt ꝛ volu
ptates spine nō sunt fm se: eo q nō lacerāt: sꝫ
sunt occasio ꝛ origo sollicitudinū: que mentem
cruciant. Et ideo spine dicunt̄ pp ꝯsequenteꝫ
effectuꝫ. De diuitijs pꝫ fm Grego. qꝛ hn̄t la
borem in acqrendo: timorem in possidēdo: do
lorem in amittendo. Similr voluptates cum
labore acqrunt morsum ꝯscie: flagellant in pe/
nitente aspitate pnie: ꝛ nō penitenti infligitur
eternus cruciciatus. ¶ Scdo semen affectus
triplr impedit̄. ¶ Primo p carnalē delectati
onem: qꝛ secus viaꝫ seminat̄. Carnales signā
tur p viam: q sequentes diabolum: ab eo ꝯcul
cantur. Secus viam sunt q istis sociant̄: ꝛ p

malam societatē bonum ꝓpositum impeditur
Prima cor. 15. Corrūpunt bonos mores col
loquia praua. ¶ Secundū est mentis indura/
tio. vnde dicit᷑. quod supra petram. i. per men
tis indurate obstinationem. Cor dux aliquan
do quantūcunqꝫ obstinatū penitere proponit.
Sed mentis duritia ad effectū ꝑducere nō ꝑ/
mittit. ¶ Tertiū est peccati excusatio. vnde di
citur: ꝙ seminat᷑ inter spinas: qđ fit quando ꝓ
positū ipedit᷑ ꝑ peccati defensionē: seu excusa
tionē: qꝛ hec suffocant bonū ꝓpositū. vnde ta
les signant᷑ ꝑ heritiū. ¶ Tertio semē i actu ēt
tripl'r ipedit᷑. ¶ Primo ꝑmentis elationē. vn
de bonū opꝰ qđ nō fit cū humilitate est semē qđ
cecidit secus viā. Illđ. n. nō abscōdit᷑: sed aues
id est vane cogitationes tollūt illud. Quāto aūt
opus est melius ⁊ laudabilius: tanto cautius
est abscondēdū: qꝛ magis insidiat᷑ diabolꝰ: ad
perdendū ꝯpassionē cordis. ¶ Secundū est
duritia cordis: et ē semē: qđ cecidit supra petrā
Quidam eni ita aridi sunt: ꝙ licet de suo erro/
gant elemosinā: vel per cōsuetudinē vel ꝑ alio
rum exemplū: vel ne icurrāt pudorē: vel pau
perū accusationē: sed nullā habent pietatis af
fectionē: Magis aūt accepta ē deo ipa affectio
q̄ꝫ opus. Prima Ioh. 2. Qui habuerit sub/
stantiam huius mūdi. ⁊c. nō dicit clauserit mi
sericordiā suā sed viscera. ¶ Tertiū est mur/
muratio. qñ aūt fit cū murmure: ⁊ nō cū hylari
tate: tunc semē bone actionis cadit inter spinas
Ipse enī strepitus murmuris: quasi quedam
spine ⁊ aculei sunt mentis. Esa. 34. Orietur i
domibꝰ eius. i. in ꝯsciētijs spine ⁊ vrtice. Iđ
strepitus spinaꝝ in igne habent sonum ad in/
star murmuris. Psal. Exarserūt sicut ignis i
spinis ⁊c. Sic cupidi qui dū ardent in igne cu/
piditatis nō nisi cū murmure dant: et q̄ꝫtū ad
strepitum murmuris exardescunt sicut ignis i
spinis. vnde dicit᷑. Et semel exorte spine suffo
cauerunt illud. Qꝛ ⁊ si tales aliqđ bonum opꝰ
faciunt murmuratiōe meritū extingūt.
¶ Quīta ꝯclō ē videre q̄re seminauit in petra
⁊ i spinis: et secus viā. Seminator iste per quē
xp̄s intelligit᷑: qui primo seminauit: ꝑ angelos
reuelationes: ꝑ moysen precepta: ꝑ ꝓphas ꝓ
missiones: et tādē ꝑ se ipsū exijt seminās euā
gelicas iformatiōes. dicit᷑ ſm Criso. Si semi/
nator creatꝰ ⁊ terrenus sic seminaret: vtiqꝫ in
cusaretur: qꝛ nō pōt facere de petra nō petram
xp̄s vero nō est incusandus si seminat supra pe
tram. Ipse enī pluuit super iustos ⁊ iniustos

Immo si ꝑcusserit petram fluent aque: si teti/
gerit montes fumigabūt. Quod aūt tres par
tes seminis pereunt: et quarta vix saluatur: hoc
nō est ex defectu seminantis: sed ex indispositi
one suscipientis. Et si maior pars seminis dn̄i
et magistri perijt in adiutoribus qui tūc erant
non debet indignari minister ⁊ discipulus si
magna pars pereat sui seminis. Ipse. n. p̄di
cator nō proprie est seminator: sed cophinus se
minantis. Noli attendere ad vilitatem cophi/
ni: sed ad potestatem seminis: et caritatem se/
minatoris: Ex isto sequuntur duo correlaria.
¶ Primū correlariū est. Qđ ista suffocatio
non causatur ex impotentia boni seminis: qa
ſm Dyo. Bonū est potentius in agendo q̄ꝫ
malum: sed ex malitia voluntatis: que cum sit
libera semen extinguit: qꝛ voluntarie spinis se
imiscet. ¶ Secundū correlarium est ꝙ deus
tam nobile donum vult perire: qꝛ hoc congru
it cursui reꝝ. Nā deus sic res q̄s cōdidit ad
ministrat: vt eas tñ ſm ꝓprios motus agere
sinat. Et ideo q̄ꝫuis thesaurus gratie valde sit
nobilis habet᷑ tñ in vasis fictilibus: et ideo de
facili amictit᷑ qñ ꝓcellis temptationū ꝯcutitur.
¶ Sexta ꝯº est: ꝙ lꝫ hec tria scia in pluribꝰ ꝑi
clitentur: hꝫ tñ quodlꝫ suam terram bonā: in
qua ꝯfert fructū. Nā semen qđ seminat᷑ in in
tellectu: hꝫ bonā terrā in qua fructificat. s. cor
humile ⁊ deuotum: in qđ si semen verbi ceci/
derit: oritur: ꝓficit: ⁊ fructum facit: iuxta illud
Iaco. p̄. In māsuetudine suscipite insitū ver/
bum: qđ pōt saluare aīas nostras. Et ortū fe
cit fructū cētuplū. i. ꝑfectionem v̄tutum in p̄
gradu puritatē cordis. Et hijs debet᷑ fructus
cētesimus. Sed semen qđ seminat᷑ in affectu
qđ est bonum ꝓpositum. Hoc etiā hꝫ terrā bo
nam. s. spūm sanctum. Et h̄ cogitatōes: locu/
tiones ⁊ affectōes refert ad aīe vtilitatem: non
ad carnis delectationē: nō ad mundi cupidita
tem: nō ad humane laudis fauorem. Gal. 6.
Qui seminat in spiritu de spiritu: ⁊ metet vitā
eternā. Quales aūt segetes inde ꝓueniāt: ha
bet᷑ gal. 6. Fructꝰ aūt spiritꝰ ē caritas: gaudiū
pax: lōganimitas: benignitas: bonitas: māsu
etudo: fides: modestia: ꝯtinētia: castitas. Et
bene dicit᷑. Fructum afferunt in patientia: qꝛ q
patienter sustinent labores p̄sentis vite: in spe
remunerationis eterne: nō vincunt᷑ fastidio: qꝛ
tꝑalem in eternum ꝯmittunt mercedē. Sꝫ se
men qđ seminat᷑ in actu: puta opera mīe hꝫ ad
referēdū fructū terrā bonā. s. cor obediēs ad

exequēdū meritorias actōes. vñ dr̃. Tale cor terra bona: inq̄tū iplet opa iustitie: q̄ est declinare a malo: ⁊ nihil omittere de agendis. Dicit terra melior. s. q̄ implet mādata: ⁊ nihil agit de nō agendis. s. de ꝓhibitis. Psal. Diuerte a malo: ⁊ fac bonū. Dicit terra optima cui non tm̃ sufficit implere mādata: sed etiā superaddit ꝯsilia. Sequit. Et fructū afferunt in patientia: scientes ꝑfecto ꝙ q patiens non est maloꝝ tpalium: sustinebit damna eternorum vnde Gre. Terra bona fructū p patiētiā reddit: q2 nulla sunt bona. q̄ iam agimus: si non equanimiter ꝓximoꝝ mala toleramus.

¶ Dñica in. l^a. Sermo. 38. de epistola.

SI linguis hominum loquar ⁊ angeloꝝ ⁊c. i^o. cor. 13. Recte apostolus dicit caritatē eē vinculum pfectōis: q2 nō solū oēs virtutes vnit ⁊ dirigit in finem debitū: sed etiā immerito facit eas pfectas: q2 sine caritate sunt ipfecte i merendo: vt dicit Aug⁹. Attēde q̄ta est caritas: q̄ si desit: frustra habent cetera. Si aūt assit alicui: habentur oia. Et ideo apl's ꝯsiderās excellentiā caritatis: eam nitit ꝯmēdare: q̄ ad duo. s. quo ad vtilitatē ⁊ diuturnitatē. Et ideo in hac epistola sunt due ꝯsiderationes.

Prima ꝯsideratio.

PRima ꝯsideratio est de ei⁹ vtilitate: circa quam sunt quatuor ꝯcl'ones.

¶ Prima ꝯcl'o est de diuersa ei⁹ descriptione. In. 3°. sententiaꝝ dicit: ꝙ caritas est dilectio: qua diligit deus ꝓpter se: ⁊ ꝓxim⁹ ꝓpter deum: vel in deo. In deo dicitur pp illos: qui iusti sunt: q manent in deo pp gratiā. Propter deum dicit: q̄tū ad illos: q nondū iusti sunt: q2 ad hoc amandi sunt: vt fiant iusti ⁊ ideo per gratiā maneat. ¶ Scd'o Aug. dic̃ ꝙ caritas est virtus: qua videri deum pfruiq3 eo desideramus. Hec. n. descriptio est ꝫm digniorem actum caritatis. ¶ Tertio in lib. de spiritu ⁊ aia dicit: ꝙ caritas est ꝯcordia mentium: ⁊ societas electoꝝ: vita beata aiaꝝ ⁊ angelorum: q2 nec anime: nec angeli: nisi ꝑ caritate viuunt. ¶ Itē quarto dicit: ꝙ caritas est virtus: qua vnaqueq3 res ꝑ tanto habet: ꝑ q̄to habenda est. vnde caritas pōdus equum est: sicut statera dolosa est cupiditas.

¶ Secunda conclusio est: ꝙ caritas q̄nq3 habet effectus. Nam ꝑmo depellit oēm torporē meritorie actionis. Nescit. n. ociari. vñ Gre. Amor dei nunq̄3 est ociosus. Operat. n. magna si est. Si aūt opari renuit: amor non est. ¶ Scd'o gignit in nobis abundantia virtutū Et ideo dicit mater virtutū. vnde Bernar. Bona mater caritas: que siue foueat ifirmos siue exerceat pfectos: siue arguat ingetos: aduersis diuersa exhibens: sicut filios suos diligit vniuersos. Cum te arguit: pura est. cū blāditur: simplex est. Solet pie seruire: sine dolo mulcere. Patienter nouit irasci: humilitatem indignari. Licet lesa: l3 offensa: si ꝯuersus fueris ad illam: obuiabit tibi quasi mater honorificata. Hec ille. ¶ Tertio q2 acceptas ⁊ gratas facit deo oēs alias virtutes. vnde Aug⁹. Que. n. alia virtutum inter fructus debuit tenere primatū: nisi caritas: sine qua cetere virtutes nō reputabuntur esse virtutes: ⁊ ex qua nascuntur vniuersa bona. ¶ Quarto quia in spūalibus aiam viuificat: quia sine ea oia sunt mortua. Prima Johis. 3°. Qui non diligit: manet in morte: vbi glo. Sicut corp⁹ sine aia mortuum est: sic aia sine caritate. Caritas eim est calor vitalis: qua extincta: nihil spūalis vite relinqt. vñ ait Prosp. Caritas est vita ꝟtutū ⁊ mors vitioꝝ. Sic. n. fluit cera a facie ignis: sic peūt vitia a facie caritat. ¶ 5° oēs virtutū opatōes pficit. Col. 5. Sup oia āt caritatē habētes: q̄ est vinculū pfectōis. vñ Ambr. Caritas oia ligat: ne abeāt. Ligat. n. mēbra eccl'ie ad inuicē. ⁊ iō in hac ligatōe est pfectio eccl'ie ¶ Tertia ꝯcl'o est: ꝙ l3 caritas causet in nobis plures affectus: est tm̃ fructuosa in actionibus nostris: q2 locutōes: cogitationes: ⁊ opatiōes nostras efficit fructuosas. Hō. n. admodū bone arboris tria h3 in se vtilia. s. flores cogitationum: frondes ꝟboꝝ: ⁊ fruct⁹ opeꝝ. O pationes bone ꝓhibēt odorē deuotionis in corde. Gen. 27. Ecce odor filij mei ⁊c. Bona ꝟba vmbrā ꝓtectōis ꝓimo. 2^a. mach. 15. Judas armauit ꝫmonib⁹ opportunis. Bona opa: securitatē nobis sipis in pñti ⁊ in futuro. vñ ⁊ in fine mūdi pcepturus est dñs illð ꝓuerbi. vlti. Date illi de fructu manuū suaꝝ ⁊c. Et ꝑ ostēdit: ꝙ sermo fructuosus nō est sine caritate. d. Si linguis hoium loquar ⁊c. Lingue hoium sunt p̄dicatores: q sciunt instruere de fuga vitiorum: de penarum timore: ⁊ de hijs: q̄ spectant ad vitam actiuā. Scd'a Thimothei. 4.

Argue: negligentes timorez de peccatis incu
tiendo: obsecra obedientes bonis opibus in-
struendo: increpa obstinatos a vitijs retrahē
do. Linguis anglo℞: q sciunt instruere de grē
humilitate: de desiderio glie: ⁊ de hijs: q̄ spe-
ctant ad vitā ɔtēplatiuam. Sꝫ hij sine carita-
te nullum fructuꝫ ɔsequunt. vñ dicit. Factus
suꝫ velut es sonās. i. cāpana: q̄ sono suo signat
alijs qđ ipa nō sentit. Aut cimbalum tinnens.
Qđ delectat alios: cum ipm sine delectatione
sit. ¶ Scđo h idem ostendit de motibus in-
terioribus: cum. d. Si hūero ꝓphetiā: que est
cognitio futuroꝝ: qđ magnū est. Et nouerim
mysteria oīa. i. occlta veteris ⁊ noui testamen
ti: qđ maius est. Et oēm sciam diuinam. s. ⁊
humanā: qđ maximū est. Naꝫ omnia ptinent
ad vim cognitiuā. Et hūero oēm fidē: ⁊ de oi
bus articlis adeo pfecte: vt ⁊ montes trāsferaꝫ
ptinet ad vim affectiuā: q2 oīs articulus inquā
tum est de nā sua: aut mouet ad timorē: vt cre
dere penam eternā: aut ad amorem: vt crede-
re vitam eternā. Hec oia si sine caritate fiant:
infructuosa sunt. ¶ Tertio h idem ostēdit de
opibus. ¶ Et p̊ de ope relato ad primum. s.
de ope mīe: cuꝫ dicit. Si distribuero in cibos
paupe℞ oēs facultates meas: vbi ponit omēs
circunstantias elemosine. Debet. n. distribui
elemosina: nō vni tm̄: sed pluribus. ¶ Itē dꝫ
dari paupibus: nō diuitibus. ¶ Iteꝫ dꝫ dari
in cibos. i. ad necessaria: non ad superflua.
¶ Item addit quartū: qđ est ɔsiliuꝫ. i. omnia
sua dare. Totū. n. nisi caritate informet: nihil
ꝓdest. ¶ Scđo de ope relato ad sc. s. de ope
pnie: cum dicit. Et si tradidero corpus meum
ita vt ardeā: nō ait si ieiunauero ⁊c. Nec pro-
dest nob: ꝙ opibus pnie: aut vigilijs: aut orō
nibus affligimur: si caritatē interi⁹ nō hēmus
¶ Quarta ɔclō est: ꝙ apl's vndecim fructus
enumerant caritatis. ¶ Primus est patientia:
q̄ est radix ⁊ custos oium virtutū. Uirtus. n.
vana est: quā non patientia firmat. Nam per
patientiam ad vberiorem grām disponimur.
Nam terra q̄zto plus vertit ⁊ scinditur: tanto
amplius fructificat. Sic hō q̄zto plus ɔtume
lijs afficitur ⁊ patientius portat: tanto maiori
gratia fecundatur. vnde dicit. Patiens est.
¶ Scđs est benignitas: q2 nō reddit malū ꝓ
malo: immo bonum ꝓ malo. Mat. 5. Bene
facite hijs: q oderunt vos. vñ maxime cōside
randa est benignitas dei nostri in eo: ꝙ taꝫ be
nigne vocat ⁊ recipit pctōres. Ecce māsueta
benignitas saluatoris alliciens nos post se cur
renduꝫ. vñ Ber. Omnino pp māsuetudinē
que de te p̄dicatur dñe ihu currimus post te:
audientes ꝙ paupes nō spernis pctōres: non
horres publicanos: vt pꝫ in latrone: in meretri
ce: in publicano: in adultera: in Petro negāte
vñ. d. Benigna est. i. larga egenis. ¶ Terti⁹
ē dilectio boni alteri⁹: q2 eā nō ɔtristat felicitas
aliena: sed bonū alterius amat vt suum. vnde
Aug⁹. Tolle inuidiā: ⁊ tuuꝫ bonum est quod
hēo. vnde di. Non emulat. i. nō inuidet vel
tristat sup alienā felicitatem. ¶ Quartus est
directio opis ad finem debitū. vñ non agit p-
peram. i. puerse: q2 malo fine actionē non de-
format: immo trahit eam ad suum finem. i. ad
suum bonū. Hic est oculus dexter: q semp ꝓ
spicit dilectum: q2 vbi amor: ibi oculus. Ali⁹
enim oculus est cognitio. ¶ Quintus est hu
miliatio in opibus bonis. vnde nō inflatur p
supbiam: sed potius humiliat. Per hanc eni
virtutē hō disponitur ad dinam gratiaꝫ: ⁊ fit
fertilis ⁊ fructuosus. Facit. n. cor ꝓfunduꝫ ad
suscipiendum dinum donū. Deus. n. in cor
de humili requiescit. Aug⁹. O q̄ꝫ excelsus es:
⁊ humiles corde sunt domus tue. Exempluꝫ
de btā virgine: que ꝓpter profundissimā hu-
militatē ɔcepit in se verbi dei sublimitatem.
¶ Sextus est amor subiectiōis. vnde nō est
ambitiosa: q2 preesse nō appetit: sꝫ subesse exē
plo dñi. Johis. 6. Qui cuꝫ cognouisset ꝙ tur
ba elegisset eum in regem: fugit in mōtem.
¶ Septimus est studiuꝫ cōis vtilitatis. Nō
querit que sua sunt: sꝫ que ihu xp̄i ⁊ ꝓximi: q2
vt ait Aug⁹. coia proprijs: nō ꝓpria coib⁹ an
teponit. Contra qđ de quibusdam dicitur phi-
lippen. 2. Omnes que sua sunt querunt.
¶ Octauus est māsuetudo. vñ non irritatur
imo vituperationē vtit in refectionē. plagas in
medicinā. vnde dicit. Non irritat. i. non pro
uocatur ad iram vel ad vindictā ꝓ iniuria sibi
facta. ¶ Nonus est innocētia. vnde nō cogi
tat malum. vnde innocētia est q̄i de nā adamā
tina: q2 sicut nā adamātina attrahit sibi ferruꝫ
sic ipa attrahit deum ad sui dilectionē. vñ illi
q ɔseruant baptismalē innocentiā: vel amissā
recupant per verā pniam: dispositi sunt ad he
reditatem eternā. Puritas. n. innocētie red-
dit aīam pulchrā apđ deum. Innocētia facit
vt hoīs ɔuersatio siue actio eius sit bene ꝓpor
tionata s̄m spūalem rōnis claritatē. Et h cum
ordinat hoieꝫ vt nulli noceat: ⁊ oibus prosit.

Unde dicit. Nõ cogitat malum. s. facere alte-
ri: nec facit etiã si ꝓuocet. ℂ Decimus ē do
loꝛ de lapsu ꝓximi: vnde nõ gaudet sup inigta
tem: qꝛ potius dolet si videt aliquem peccare.
Secũda coꝛ. xj. Quis scãdalizatur ⁊ ego non
vroꝛ. ℂ Undecimus est gaudiũ de ꝑfectu
alterius. vnde ꝯgaudet aũt ꝟitati. s. i opibus iu
stitie. Pꝛia Johis. Maioꝛeʒ hoꝝ non habeo
grãʒ: q̃ʒ vt audiã filios meos i veritate ambu-
lare. ℂ 12⁹. est sufferentia aduersarioꝝ. vnde
Oia suffert. Sufferẽtia. n. talis facit nos be-
neficia dei recoꝛdari. Nisi. n. tribulati essent
hoies deuʒ obliuiscerent: bonis tꝑalibus ꝯten
ti. vñ Grego. Electis suis iter aspeꝝ facit: ne
dum dlectant in via: obliuiscant eoꝝ que sunt
in patria. vnde. Oia suffert: in actu ꝑ ꝟitate:
ℂ 13. est ꝑfectio credendoꝝ. vñ. Oia credit:
Uera. n. fides est de hijs q̃ credit eccl̃a: q̃ sua-
det veritas. Hec. n. fides stabilis est ⁊ ꝑfecta
q̃ per dilectiõeʒ opatur. vñ dicit. Oia credit.
scilicet q̃ veritas suadet: nõ dicit oibus credit:
sed soli veritati. ℂ 14. est expectatio ꝓmissoꝝ
vñ. Oia suffert: q̃ chꝛistus ꝓmisit. Roma. 5.
Spes aũt nõ ꝯfundit. Per hãc. n. itendimus
in bonuʒ arduũ vl̃ sũmuʒ bonũ actu desiderã
do. q est actus ꝓpꝛius spei. Naʒ actus ꝓpꝛius
spei est expectare summuʒ bonuʒ. Sʒ expecta
re est dsiderare alicui bonuʒ realr̃ respectu rei
absentis. Nõ inq̃ʒtuʒ possibile est hoi ex meri
tis nr̃is: sed ex diua bonitate. vñ spes respicit
deuʒ inq̃ʒaum nobis ex eo ꝓuenit cõicatio sue
bonitatis: vñ spes a magistro sniaꝝ sic describi
tur. Spes est certa expectatio future beatitudi
nis ꝓueniens ex meritis ⁊ ex dei grã. vñ dic̃.
Oia sperat: q̃ veritas ꝓmittit. ℂ 15. est lõgani
mitas ꝑseuerãtie. vnde. Oia sustinet. Qui
eniʒ vult habere hereditateʒ eternã opʒ ꝙ ꝑse-
ueret in bono. Sed ꝟtus ꝑseuerãtie ꝓpꝛie fa
cit firmiter ꝑsistere hoieʒ i bono ꝯtra difficulta
teʒ ꝓuenienteʒ ex diuturnitate oppositi actus.
Sunt. n. q̃daʒ ꝟtutes quaꝝ actus ꝑ totam de
bent durare: sicut fidei: spei: ⁊ caritatis: q̃ respi
ciunt vltimum finem totius vite humane. Et
ideo respectu haꝝ virtutuʒ: nõ ꝯsumatur actus
ꝑseuerãtie vsq̃ʒ i fineʒ eoꝝ. Sed hõ ꝑseuerare
dʒ: qꝛ ꝭʒ saluatoꝛẽ: nõ q icipit: sed q ꝑseuerauе
rit vsq̃ʒ i finẽ ⁊c. vnde dicit. Oia sustinet: qꝛ
ꝓpter nulla desistit ab ichoato bono.

Scd̃a ꝯsideratio.

Circa secundam cõsiderationem que
de eius diuturnitate cũ dicit. Caritas
nunquam excedit. sunt sex conclusiones.
ℂ Prima conclusio est Qd̃ caritas manet in
pꝛima: cuius ratio est. Quia caritas dic̃ quen-
daʒ habitũ q iclinat in deũ ꝑꝑ se: sʒ ille habitus
nõ inclinat in deum vt bonũ pñs ꝑꝑ se: siue sit
bonũ pñs: siue absens. Igit̃ talis habitus ma
net in patria. Iteʒ qꝛ nõ habet aliquã repugnã
tiaʒ ad istuʒ statuʒ: Iteʒ remanet: vt voluntas
foꝛtius agat: ad actũ dilectionis. Remãet etiã
eadem numero licet ꝑfectioꝛ. qꝛ caritas vt sic se
cunduʒ suaʒ substantiaʒ nõ habet iꝑfectionem
Obijcit̃ a q̃busdaʒ: ꝙ si hoc esset veꝝ sequeret̃
ꝙ qꝛ caritas sic manẽs i patria beatificat. Qd̃
etiam caritas manens in via beatificaret. Hic
dicit̃ ꝙ beatitudõ nõ ꝯsistit in habitu sʒ in actu
Sed diuersi sunt actus caritatis in via ⁊ in pa
tria licet sint eiusdem rationis. Quare aũt iste
actus beatificat: et nõ ille. Dicit doctoꝛ ꝙ ħ est
q̃a actus nõ soluʒ variat̃ a variatione habitus
vel potentie: sed variat̃ etiaʒ a variatione obie
cti. Sed in patria est obiectum in via non: Et
iõ sequit̃ ꝙ minimus ꝯꝑhensoꝛ est ꝑfectioꝛ q̃ʒ
sũmus viatoꝛ: qꝛ hʒ habituʒ caritatis ꝑfectioꝛẽ.
ℂ Scd̃a ꝯcl̃o est: ꝙ caritas vie põt amitti du
ꝑliciter. ℂ Primo ꝑ subtractionẽ diuine vo-
luntatis effectiue subtrahẽdo influentiã suam:
qua ꝯseruabat̃ caritas in isto. Ratio est. Quia
ille solus põt caritateʒ subtrahere: q potest iflu
ere: sʒ ħ facit volũtas diua: ergo ⁊c. ℂ Scd̃o
euacuatur ꝑ odiũ demeritoꝛie soluʒ. Nã ꝑ illd̃
euacuat̃ ꝑ qd̃ coꝛrũpit̃ dispositio in aĩa ad ipsaʒ
hoc aũt ꝑ pctm̃ moꝛtale fit. vnde dicit. Caritas
nunq̃ʒ excidit. i. nec in ħ scl̃o: qꝛ q̃ʒtumcũq̃ʒ sit
ex parte: tñ ꝑcise nõ determinat ad actuʒ talem
. s. iꝑfectuʒ. Igit̃ põt manere: lʒ quãtuʒ ad mo
duʒ euacuat̃ vt dictũ est: nec in futuro finietur
sed potius augmentabit̃: ⁊ si opa eius cessent.
Si. n. credẽdo ⁊ sperando diligimus; quan-
to magis cum videbitur non excedet.
ℂ Tertia ꝯcl̃o est: ꝙ alia. s. fides ⁊ spes euacu
antur in patria: qꝛ frustra maneret ille habitus
in patria; q non haberet inchoationẽ ad suum
actuʒ ⁊ cuius incliatio eẽt sibi iꝑossibilis. Sed
sic est de fide ⁊ spe: igit̃ ⁊c. Maioꝛ pʒ. Qꝛ ibi
nihil ē frustra. Probatio minoꝛis: Quia ha-
bitus fidei iclinat nos in ip̃ʒ deuʒ: vt in veruʒ
nõ apparẽs: qꝛ fides ē substãtia reꝝ non appa
rentiũ: ⁊ spes inclinat nos in deuʒ vt i bonuʒ
absens: sʒ tunc omne veꝝ erit apparens: ⁊ oẽ
bonum erit pꝛesens. vnde dicit. Siue ꝓphe-
tie. s. futuroꝝ euacuabunt̃ in futuro q̃ʒdo oia

erunt p̄sentia: ita vt dici possit cum psal. Jam
non est pphcta: Siue lingue cessabūt i futuro
quando oēs scient eadem. Siue sciētia destru
etur: quantum ad actum que est rationari: vel
quantum ad discursum: vel quantuȝ ad scien/
tiam acquisitam: vel etiaȝ scientie donum que
est cauere pericula.

¶ Quarta ɔclo ē: q̄ cognitio de diuinis i via
est multuȝ obscura. Et ideo quantū in se est: i/
potēs ē in lumē diuinuȝ eleuari. vnde 2. Me
thaphi. dicitur: q̄ intellectus noster se habȝ ad
māifestissima nāe: sic̄ oculus nocticoracis ad lu
men solis. Et ideo nō cognoscimus in mūdo
nisi paꝝ de deo. s. p operationeȝ potentie: sapi
entie: ꝛ bonitatis eius. vñ Aug. Ex magnitu
dine creaturaꝝ: intelligitur ɔditor oipotens.
Ex ordine ꝛ dispositiōe sapiens: ex guberna/
tione bonus. Sed creature non possunt nos
inducere plene in cognitionem dei: cum nulla
creatura possit pfecte p̄sentare eius potentiam
sapientiā ꝛ bonitateȝ. vnde sicut pueri ad pfe/
ctum alicuius opis ordinati: opȝ p̄mo eos ma
nuduci silitudinibus ꝛ exemplis. ꝛ cuȝ ad p/
fectam sciaȝ peruenerint: talibus silitudinibꝰ
non vtuntur. Sic ēt q̄ statim diuina scire non
possumus: opȝ paulatim ad illud descendere:
ad qd̄ cū venerimus: tunc pfecte sine ꝛ exēplis
Jmmo facie ad faciē cognoscemus. vñ dicit̃.
Nunc cognosco ex parte: idest imperfecte co/
gnoscimus deuȝ pp perfectionē intellectus: ꝛ
tenebrositatis p̄ntis status. Et ex parte. i. iper
fecte prophetamus. i. futura p̄dicimus.

¶ Quinta ɔclo est: q̄ cognitio de deo in pa/
tria est multuȝ clara ꝛ manifesta. Naȝ sicut ho
mo cognoscit aliuȝ: non solum per opera sua:
vel ex auditu: sed etiam ex visu. Sic cognosce
mus deum q̄ videbimus eum sicuti ē. vnde si
nunq̄ȝ intellectus creatus essentiā dei videret
seq̄retur q̄ nunq̄ȝ homo beatus esset. Tūc. n.
vnūquodq̄ȝ pfectuȝ est qn̄ ad fineȝ intentū per
tingit. Cuȝ igitur hō intendat ptingere ad deū
videnduȝ: nunq̄ȝ erit pfectus siue quietus do
nec deū videat. Iteȝ q̄zdiu aliqd desideratur ꝛ
nō habetur nō est homo quietatus nec beatus
donec habeat desideratuȝ. Cuȝ ḡ nāle deside/
rium insit homini habēdi beatitudinem ꝛ co/
gnoscendi causaȝ cū videat effectū: si nō pertin
geret ad cognitionē dei: non compleretur eiꝰ
desiderium: ꝛ sic nullo modo erit beatus. Re
stat ergo q̄ cognoscetur deus. Unde dicitur.
Cum venerit qd̄ perfectum est ꝛc. i. futura be/
atitudo que est status oiuȝ bonoꝝ aggregatio
ne pfectus: ſm Boetiū. Euacuabitur. i. de/
struetur impfectio vestra: non id qd̄ veꝝ est.
Destructio impfectionis est qn̄ id qd̄ imperfe
ctum est implebitur in veꝝ: vt pȝ de scientia:
pphetia ꝛ fide ꝛ spe. vñ Augu. in libro de do
ctrina xp̄iana dicit: q̄ fidei succedit spes: p quā
videbimus. Et spei succedit ipsa beatitudo ad
quā preuenturi sumus. Caritas vero augebit̃
potius ne ei aliqd succedat: destruetur tñ inq̄ȝ/
tum est impfecta: sed nec ipsa nec eius actꝰ de/
struetur. Omne ḡ qd̄ est ex parte destruetur:
vel ex tototo vt fides ꝛ spes: vel ex parte vt sci
entia cuius est actus ꝛ modus destruetur. Et
caritas etiā modus quideȝ tolletur: sȝ nec ipsa
nec eius actus.

¶ Sexta ɔ̄clo ē: q̄ si clare i patria volumus
diuina speculari: tunc in via euacuanda sunt:
que sunt infirmitatis. Nam tunc. i. post infir/
mitatuȝ euacuationē in patria clare videbimus
q̄ lumem gl'ie cōfortabit nostꝝ intellectum: ꝛ
oculus noster erit glorificatꝰ lumie glorie: per
qd̄ videbimus ꝛ cognoscemus dñm. Luc. 21.
Tūc videbunt filiū hois. i. cū hoc q̄ videbunt
diuinitateȝ: videbunt ꝛ christi humanitatem.

¶ Nota q̄ sicut ad diuisionem corporalem:
sic ad spiritualē quatuor reqrūtur. ¶ Primū
est claritas diffusa. Uidemus. n. nāliter q̄ ni/
hil videtur sine lumine. Omnia enim que vi/
dentur in lumine videntur. Jta etiaȝ ad hoc q̄
cor humanum pertingat ad cognitionem dei:
requiritur lumen gratie vel fidei. Fides enim
facit nos cognoscere deū: q̄ facit nos assentire
illis: que per rationem ꝛ naturam scire nō pos
sumus. Jdeo credimus de deo: ea que a sctis
ꝛ a sapientibus referuntur: sed iudei ꝛ pagani
q̄ non habent perfectam fidem de deo: nihil d̄
deo cognoscunt. vnde sicut oriente sole incho/
antur dies naturaliter: ita oriēte luce gratie ꝛ
fidei in aia incipit cognitio diuina. vnde psal.
Jllumine vultum suū sup nos. i. imprimit in
animam similitudinem sue gratie. ¶ Scdm
requiritur q̄ ad ipsum visibile potentia visiua
dirigatur. Quantūcunq̄ȝ enim aer esset bene
dispositus: si oculus auerteretur: res non vi/
deretur. Jta ad hoc q̄ cor humanum deuȝ co
gnoscat: requiritur ad euȝ cordis directio: ꝛ fa
ciei conuersio. vnde peccator ab eo auersus: p
penitentiam ad eum reuertatur. ꝛ tunc pertin/
get ad eius cognitionem. Osee. 6. Reuerta/
mur ad deum quoniam ipse saluabit nos: ꝛ co

petitus: qui est rationi cōformis. Item ex cor-
poris dispositione. Aliq sunt dispositi ꝛ meliꝰ
ꝛ peius: ad quasdā virtutes, put. s. quedaz vi-
res sensitiue: actus quarūdam partiū corporis
ex quaꝝ dispositiōe adiuuantur vel impediunt
huiusmodi vires in suis actibus: ꝛ p ꝯñs vi-
res rōnales: qbus huiusmodi vires sensitiue
deseruiunt. Et sꝫ h vnus hō hꝫ nālez aptitudi-
nez ad sciaz: alius ad fortitudinez: alius ad tē-
perantiaz. Et isto modo tā virtutes itellectua-
les q̃ꝫ morales: isunt nobis sꝫ aptitudinē ꝛ in
choationē. Nō aūt insunt nobis a nā sm ꝯsu-
mationē: qꝛ nā determiat ad vnū. Cōsumatio
aūt huiusmodi virtutū: nō est sꝫ vnuz moduz
actionis sed diuersimode: sꝫ diuersas nās in q
bus virtutes opantur: ꝛ sm diuersas circun-
stantias. Talibus. n. militibus vitia ipugnan
tur: ꝯtra nos militātia semper, Quia Job. 5.
Militia est vita hois sup terrā. vnde ad talez
ipugnationē hortamur. Prima Pe. 2º. Ob
secro vos tanq̃ꝫ aduenas ꝛ pegrinos abstiere
a carnalibꝰ ꝯsiderijs: q̄ militāt aduersus aiaz.
¶ Quintū documentū est: ꝙ iste paraliticus
sigt pctōrem. Nā sicut videmus in corpore na
turali: ꝙ spūs vitalis vegetat membra corpo-
ris sui inuicē cōiuncta: ex quo spiritu habetur
motus ꝛ sensus. Sꝫ cū paralisi: que est morbꝰ
dissolutiōis mēbroꝝ: meatus spūs includitur
ꝯpago soluit: qꝛ a spū nō vegetatur: q̄si esset p̄
cisuz: ꝛ amittit: motū ꝛ sensuz: ꝛ sic fit membꝝ
inutile. Sic fit i aia cuius est via spūs sanctus:
siue spūali gratia: ꝛ ipsa ē quoddaz totum respe
ctu suaꝝ viriūꝛq̄si quoddā mēbꝝ mysticuz. s.
ecclie. Cū aūt qs mortalr peccat p corruptionē
peccati dissoluit ꝯpago viriuz: qꝛ qđ ꝯcupiscen
tia amat: ratio nō approbat: ꝛeꝯº. Et ita omne
regnū in se diuisuz desolabit. Matt. 12. Et sic
amittit aia motū ꝛ sensuz. Motuz q̃ꝫtuz ad bo
nas opationes. Sēsuz quantū ad ppria vulne
ra: vel etiā aliena que nō sentit. Quia talis nō
ambulat pficiendo p bona opa nec attendit mi
seriaz fratris sui, de qua tanq̃ꝫ de pprijs mulie
ribus deberet dolere. Unde cum simus vnci
corporis mystici: Ille se paraliticū pbat: q coꝝ
q sunt membra sua non sentit: sꝫ illud cor. 2º.
In idipsum sollicita sunt mēbra. Etiā si qd pa
titur vnuz membꝝ patiūtur oia. Uos aūt cor-
pus xp̄i estis: ꝛ mēbra de mēbris. Nec ēt sen-
tit miseriā ppriaz. Nā humilitas est sensus p
prij defectus: ecōuerso supbia est insensibilitas
peccati si nō humiliat se. Si. n. vere sciret mi-
ser peccator suos defectus nunq̃ꝫ supbiret. vn̄
Michee. 6. Humiliatio tua in medio tui. Ex
quo ēt seqtur de motu: qꝛ q non hꝫ sensuz ifir-
mitatis aliene nō mouet ad opa pietatis. vnde
dicitur. Prima Johis. 2º. Qui viderit fratrē
suum necessitatem habere ꝛ clauserit sua ab eo
quomodo caritas est in illo?
¶ Sextū documentū est: ꝙ iste paraliticus ia
cet in domo: ꝛ hoc pp quatuor. ¶ Primo pp
ꝯtristationē: qꝛ delectatio q̄ tēptationi est anne
xa vertitur in tristitiam ꝯsiderato pctō. Pro-
uerb. 10. Risus dolori miscebit. ¶ Scđꝫ est
ꝯsternatio. Quia sicut homo qui est victus est
animo ꝯsternatus: vt nō audeat reuelare: ita
supatus a temptatione ꝛ adeo fractus: vt non
audeat resistere. ¶ Tertium est debilitatio: qꝛ
homo ꝯsternatus debilitatur. Qđ non possit
stare: qꝛ plage semp renouate debilitant: ꝛ pu-
trescūt. Psal. Putruerunt ꝛ corrupte sunt ci
catrices mee ꝛc. ¶ Quartū est desperatio: qꝛ
ex quo scit: est debilitatus despat se bonum pos
se pficere. Et tunc ꝯuertit se ad mala perpetrā-
da libere. Cuz aia ociosa nō possit esse. Sicut
filij israel postq̃ꝫ tēptatione victi sunt: semp ca-
dendo p desertum pcesserunt. Exo. 16. Et ex
hijs quatuor modis pstratus peccator proprie
dicitur in loco iacere.
¶ Septimū documentū est: ꝙ iste paraliticus
sic iacens in loco duplr torquet. Ante casum p
tēptationez quadruplr. Scđm ꝙ aie exn̄s q̄si
castꝝ forte: circūuallatum est q̄druplici muro.
¶ Primo muro sensuū exterioꝝ: qbus aptis
intrat mors ad aiaz: sicut p fenestraz. Ihere. 9.
¶ Scđo muro imaginationū iterioꝝ p q̄ sen-
sibilia intrant ad aiam: vt docet Augu. xj. de
ciuitate dei. ¶ Tertio muro intelligibiliuz ra-
tionū. Quibus mediantibus ad affectū ascen-
ditur. ¶ Quarto muro affectionū volitiuarū
quibus regnum aie vtiliter clauditur: vt docet
Ansel. de ꝯceptiōe virginali. Et sm ista pro-
gressus primus est ad sensus exteriores: p ap-
prehensionē bonoꝝ sensibiliū. Secundus ad
sensus interiores p imaginatiōes delectabiliū
Tertius ad intellectiōes rōnales p obūbratio-
nez bonoꝝ spūalis. Quartus ad volitiōes effe
ctuales p inclinationē ꝯsensuum. Istuz pces-
sum describit beatus Jacobus di. Jacob. p.
Cōcupiscentia cū ꝯceperit. s. p apprehensionē
sensuum: parit pctm̄. s. dlectationē in appetitu

ſenſitiuo: qui eſt fomes peccati. Peccatum au
tem cū ꝯſumatuz fuerit. ſ. in ꝑuerſiōe rōnis: ge
nerat mortez in volūtate. q2 in iſta ſolum ē pec
catuz mortale. Quēadmodū caſtꝝ nō eſt debi/
litatū: donec interior mur⁹ eſt capt⁹. ¶ Secū
do torquet̄ poſt caſuz q̈drupl'r. ¶ Primo pe/
na doloris: q2 nāliter voluntas odit malū: ⁊ ad
odiuz ſeq̄tur triſtitia que eſt dolor mentis ſm
Aug. ¶ Scḋo torquetur pena timoris: q2 cul
pe debetur pena: ⁊ ideo peccās ſemꝑ dum pec
cat eſt in timore pene ſibi debite. ¶ Tertio tor
quet̄ pena ruboris: q2 nāliter natura humana
erubeſcit: cuius eſt ſignū: q2 peccans vult late
re nāliter: ⁊ occultare ſuuz peccatū. ¶ Quar/
to patitur penā liuoris. Quidaz. n. liuor relin
quitur ex actu peccati in ꝯſciētia: vt ex eius re/
cordatiōe ſemꝑ affligatur: ꝑꝑ odiū mali ꝑ̄ntis.
Sed oritur dubitatio: q2 cōiter hoies nō pec/
cant niſi ex delectatione quā hꝫ pctōr: ſic ꝙ nō
videtur ſibi eſſe pena. Dicit̄ ꝙ lꝫ in actu pecca
ti ſit ꝯplacentia ⁊ raptim trāſiens delectatio: tn̄
admixta eſt cuz triſtitia aīe ante peccatū: ⁊ poſt
eſt aſſidua pena ſm premiſſa. ¶ Scḋa dubi/
tatio: quare iſtam penā cōiter hoies nō ſentiūt
q̄buis eaz argumētentur. Dicitur aūt ꝙ i egri
tudinibus frenetici nō ſentiūt penā pre magni
tudine egritudis nālis: ita i ꝑpoſito eſt de egri
tudine morali in hominibus beſtialibus: non
ſentiunt affectiones intellectiuas.

¶ Octauū documentū eſt: ꝙ ſicut ſpūs rōna/
lis intelligēs hāc infirmitatē a dn̄o poſſe cura
ri: acceſſit ad eū allegans eius potentiā insinu
ans infirmi indigentiaz: eius clemētiaz inuo/
cauit: ⁊ exauditus eſt. Acceſſit ad eum q2 no/
uit eius miſericordiaz quā deſiderauit. Allega/
uit potentiam: q2 ſciuit eius iuſtitiaz: quā for/
midauit. Ratio. n. huius eē poteſt: q2 d's in oi
tꝑe ſuo eſt ſūme miſericors ⁊ iuſtus: q2 miſericorſ
Ideo liberaliſſime ꝯdeſcēdit humane miſerie
per infuſionē ſue gratie. Quia vero iuſtus: iō
donū ꝑfectū nō dat: niſi deſideranti. Non dat
grāz: niſi regratiāti. Nō ipēdit miāz niſi ipſā
recognoſcēti. Iſte ḡ nouit eius miāz: q2 acceſ/
ſit ad eū: nouit iuſtitiā q2 formidauit eū admit/
tere i domū propter idolorꝝ ꝑ̄ntiaz ſꝫ Rabba.
di. Dn̄e nō ſū dign⁹ ⁊c. Inſinuauit indigētiā
q2 puer iacebat. ⁊ ideo meruit exaudiri.

Tertia ꝯſideratio.

Sequitur tertia ꝯſideratio: q̄ eſt d' re-
medij aptitudine ſalubriter nos curā
tis cū dicitur. Dixit ieſus cēturioni.
Ego veniā ⁊c. Ubi occurrūt. 4. documenta.
¶ Primū eſt: ꝙ d's ꝑ ſcripturā ⁊ dināz iſpira
tionē hortat̄ quēlibet pctōꝝ: vt pn̄iam agat de
peccatis. vnde pª Thim. 3. Ois ſcriptura di/
uinit⁹ inſpirata. ſ. ꝑ ſpūz ſctm̄: vtilis ē ad docē
duz neſciētes: ad arguendū ⁊ ꝯuertēdū de ma
lo negligētes: ad corripiendum in malo perſi/
ſtentes: ⁊ ad erudiendum. ſ. penitentes. Et h̄
eſt qḋ dixit. Dixit ieſus centurioni.

¶ Scḋm documentū eſt: ꝙ d's in oi tꝑe para
tus eſt nos eruere a malis. Rō eſt: q2 agens
volēs alicui finē ordiato in finē: non ſolū vult
illa q̄ ordināt i finē: ſꝫ ēt parat⁹ eſt deſtruē oia
decordinātia a fine. Sed d's ē tale agēs: ꝙ vult
hoi vltimū finē. ſ. btitudinez: igit̄ nō ſolū ꝯfert
grāz ⁊ ꝟtutes q̄ ordināt in btitudinē: verꝝ etiā
parat⁹ eſt d's deſtruere in hoie oē malū: auer-
tens ſe a tali fine. Et q2 hec ſpūalis palisis erat
ipediens eū. Iō recurrēduz ē oibus in tribula
tione poſitis per confidentiam plenariā ad au
xilium diuinū. vnde dicitur eccl'i. 4. Curauit
gentem ſuam ⁊ liberauit a perditione.

¶ Tertiū documētum ē vita ſpūalis maxime
reſtaurat̄ ꝑ fidē. vn̄. d. Uade ⁊ ſicut credidiſti
⁊c. Rō eſt. Nā ꝑ fidez hitat d's in cordib⁹ nr̄is
Que vita ē: vt ipſe ait. Et ſicut vnūquodqꝫ vi
tiū eſt mors ſpūalis: ſic vnaqueqꝫ ꝟtus vita ē.
Fides ē vita itellect⁹. Rom. 2. Iuſt⁹ ex fide vi
nit. Q d' āt ꝑ fidez iſte meruit ſanitatē. Rō eſt
Quia ois act⁹ human⁹ volūtati ſubiect⁹ in de
um regulat⁹ eſt meritori⁹. Sꝫ credere ē actus
itellectus aſſentiētis ꝟitati dine ⁊ iperio volū/
tatis a deo mote ꝑ grāz i ordie ad deū. vn̄ act⁹
fidei pōt eē meritori⁹. Q d' pꝫ ad hebr. xj. Sā/
cti per fidem vicerunt regna ⁊c.

¶ Quartū docuᵐ ē: ꝙ nō intelligit̄ verbū ſal
uatoris. Nō inueni tantā fidē in iſrl'. Ubi vi/
det̄ ꝙ fidē hui⁹ xp̄s velit ꝑ̄ferre fidei apl'oruz
Et iō ad h̄ dicūt aliq ꝙ intelligit̄ myſtice. Nō
eniz fides cēturiōis ꝑ̄fert̄ fidei iſraelis: ſꝫ poti⁹
fides gētiuz: q per centurionē deſignat̄: quorꝝ
ēt ꝯuerſionē ꝑ̄dicit dicēs. Multi ab oriēte ⁊c.
Nō in ꝑfectiōe credēdi: ſꝫ i credētiuz numero
ſitate. Plures. n. crediderūt d' gētib⁹ q̄ꝫ de iu
deis. Et iō dr̄. Q d' fides dr̄ magna multipl'r.
Pº q̊ ad cognitionē credētis. 2º q̊ ad d'uoti/
onē feruidā i fide. 3º quo ad ꝯfeſſionē laudis
xp̄i: vt i cēturiōe. vn̄ Criſ. d. Fides ē ſctiſſime
religiōis fundamētū: ꝑ quā religam⁹ vni deo
aias nr̄as: ad cultū diuinū vinculo ſuiēdi q̊ vi
culo nos aſtringere dignatur. Qui viuit ⁊c.

¶ Feria sexta post diem cineꝝ. Sermo. 42.

AUdistis quia dictuꝫ est antiqs. Diliges amicū tuū ⁊c. Matth. 5. Cum in hoc tpe reconciliatiōis qlibet dꝫ se exercere in actibus virtuosis. s. in ieiunio: orōne: ⁊ elemosina. Nullus autē actus ṽtutis sine caritate de se est meritorius sꝫ Augusti. 15. de tri. di. Q̄d omnia dona sine caritate ad deū nō ꝑducunt. Et caritas etiā si sola esset: nos ad deum ꝑduceret sine alijs: imo est domus oīa alia perficiens: qꝛ sine caritate possunt esse: sed non ꝓdesse. Quare ꝓponiť nob caritas: ⁊ q̄ꝫ necessaria sit ad salutem. Sed qꝛ vltima ꝑfectio caritatis ꝯsistit in inimicoꝝ dilectione: iuxta illđ Chꝛy. Nulla ꝑfecta dilectionis operatio vltra dilectionem inimicoꝝ pōt ꝓcedere. Ita euangelista nos hortatur ad eā di. Audistis ⁊c. vbi occurrūt due ꝯsideratōes

Prima ꝯsideratio.

CIrca ṗmam ꝯsiderationem: que est de caritate qualiter exhibenda est in affectu: pono sex conclusiones.

¶ Prima ꝯclō est: ꝙ ista ē opinio iudeoꝝ: ꝙ inimicos saltem alterius legis hō non tenetur diligere: sicut narrat Aristo. in de secretis. Dum. n. paganus ⁊ iudeus ꝯfabularenť: dīc paganus. Que est lex tua? Respōdit iudeus. Credo ꝙ in celo est vnus deus: quem adoro ⁊ expecto ab eo bonum aīe mee: ⁊ illis q ꝯuersantur mecum in lege mea: ⁊ in fide: ⁊ credulitas mea est. Q̄d q discrepat in fide mecuꝫ: licitum est mihi tollere sanguinem suum: pecuniam: vxorem: parentes: ⁊ genitos: ⁊ oīa: ⁊ maledictio est mihi: si seruo ei fidē: si iuuo ipꝫ si facio cum ipso mīam: vel parco ei. Sed hec opinio est cōtra legem rationis. Respōdit paganus. Mea hec est. In primis ꝙ volo mihi bonum: filijs: ⁊ seruis meis: ⁊ nolo alicui tradere malum: neqꝫ sequentibus legem meam neqꝫ discrepantibus mecum in eadem. Credo eqtatem ⁊ mīam seruandā cuilibet viuēti. Nulla iniuria placet mihi: ⁊ videtur mihi si aliquod malum accidit alicui viuentiuꝫ: ꝙ mihi illud malum ꝯtingat: ⁊ mihi: ⁊ cuilꝫ affecto sanitatem: per ꝓsperitatem ⁊ felicitateꝫ accidere oībus vniuersalr̄ hoībus. vnde istud qđ dicit Et odio hēbis inimicum: non fuit in lege scriptum: sed est scribaꝝ traditio. Arguebāt eniꝫ ex ꝯtrario sensu. Ex quo p̄ceptum erat diligere amicum. Q̄d quasi ex hoc sequereť: ꝙ deberent odire inimicum: sine qualibet distinctione. Hoc hr̄e etiam poterant ex illo Exo. 22. Inimicus ero inimicis tuis.

¶ Scđa ꝯclō est: ꝙ de necessitate salutis est diligere inimicum. Ego aūt dico vobis diligite inimicos vestros. vbi nota ꝙ inimicus accipitur duplr̄. Vno mō negatiue: quasi nō amicus. Et ſm hoc negat solam habitudinē amicitie: ⁊ nihil plus. Alio mō positiue: ⁊ sic nō solum negat habitudineꝫ: sed etiā ponit odium. ¶ Item scđo mō dupliciter sumiť. Vno modo ꝓprie ⁊ ꝑ se. s. ꝓ odio. Alio mō improprie ⁊ ꝑ accn̄s. s. ꝓ nā subtracta istis. ¶ Item diligere accipitur duplr̄. Vno mō positiue. Et sic dicit actum elicitum dilectōis. Alio mō negatiue: vt ꝓ nō odire. Tunc dico: ꝙ accipiendo inimicum ꝓprie. s. pro illo: q hꝫ habitū inimicitie. Et accipiendo ipm diligere positiue pro actu elicito. Sic ex p̄cepto hō non teneť diligere inimicum: sed magis odire. ¶ Ratio est: qꝛ amicitia est virtus. Igiť eius oppositꝫ est vitium. Sed intellectus vt sic dicit odium. Sed accipiendo inimicuꝫ negatiue siue ꝓ nō amico: ⁊ accipiendo diligere ꝓ non odire: tūc hō tenetur eum diligere: hoc est non odire. Et hoc in bonis spiritualibus. s. in virtutibꝰ: in gratia: ⁊ in glr̄ia. Probo: qꝛ si hoc non faceret: homo non esset in caritate: qꝛ qui est in caritate: non solum vult diligere: sed etiam vult secum diligere deum.

¶ Tertia ꝯclō est: ꝙ affectiue teneť hō diligere inimicum etiā alterius legis. ¶ Ratio est: qꝛ caritas est hītus: quo đs diligiť: ⁊ quo volo aliū diligere deuꝫ. Et iō affectu caritatis teneť hō velle oēm hoīem diligere deum: ⁊ ad ipm attingere affectu ꝯpassionis. Teneť ēt ipꝫ diligere saltē in gnāli: qn̄ cognoscit hoīeꝫ eē in statu damnatōis. ¶ Ratio est: qꝛ sicut teneť velle oēs hoīes deum diligē ⁊ ad ipm attingere. Sic etiam tenetur nolle aliquem deum odire; nec ad deum finaliter attingere. vnde velle inimicum damnari peccatū est ex genere. Et quādo fit cū deliberatione melius firma: tunc esset pctūꝫ mortale. Sꝫ videť ꝙ aliquis possit odire vitā inimici: tūc qꝛ iudex possꝫ licite sentētiare ad mortē de inimico peccante: tū qꝛ actor potest licite eū iudicare etiaꝫ ad mortē: tū qꝛ bonū cōmune p̄ferť bono ṗuato. Diciť ꝙ quis po-

est inimicũ velle mori sub duplici ꝯditione .s.
si sciret eum obstinatũ in malitia : et ꝙ peccatũ
deberet addere peccato: nõ tamen absoluere: ſʒ
ẽt iudex nõ dʒ velle mortẽ istius: sed velle de/
bet: ꝙ nõ esset reus: sed de persecutore eccl'e se
cus est: qꝛ eccl'a sub persecutione ꝓfecit.
¶ Quarta ꝯcl'o est: ꝙ quis affectiue tenet̃ in ge
nerali inimicũ diligere nõ excludẽdo eũ ab oro
nibus: sed in spirituali non tenet̃ nisi in casu ne
cessitatis: in quo .s. illi non posset per aliuʒ sub
ueniri. Unde saluator. Si esurierit inimicus
tuus ciba illũ. vnde doctor vnus. d. Si inimi
cus positus fuerit in necessitate vite: ꝙ nõ solũ
debet eũ velle viuere: sed etiã iuuare vt possit
viuere. Quantũcunqʒ etiam malus fuerit: qꝛ
semp̱ presumendum est de meliori: qꝛ bonarũ
mentium oia semp̱ in melius interp̃tari. Sũt
enim tria motiua dilectõis inimicoꝝ. ¶ Pri
mum est nãc ꝯformitas. Esay. 28. Carnẽ tu/
am ne despereris. ¶ Scd'm est vtilitas. Cri
so. Si benefeceris inimico : tibi ꝯplius be
ne fecisti. ¶ Tertiuʒ est diuina imitatio. Jhe
ronymus. Noli negare qđ deus nulli negat.
Jn generali tenetur qs oẽs diligere semp̱. vñ
Aug⁹. Omnibus .n. pari dilectõe vita eterna
optanda est: ⁊ si nõ oibus põt exhiberi dilecti/
onis effectus: qui fratribus sunt exhibendi: qꝛ
sunt inuicem mẽbra: que habent eundẽ patreʒ
vnde oẽs simul in affectu sunt diligendi: ſʒ nõ
in effectu: qꝛ hec paritas nõ ad effectum refert̃
sed ad bonum: qđ eis optatur : nisi in articulo
necessitatis: prout dictum est in euãgelio. Be
nefacite hijs qui oderunt vos.
¶ Quinta ꝯcl'o est: ꝙ per hanc dilectionẽ cer
tificamur de eterna mercede. vnde dicit. Ut si
tis filij patris vestri ⁊c. i. vt possitis obtinere
regnum celoꝝ in hereditatẽ: qꝛ ad gal'. 4. dicit̃
Qđ si filius ⁊ heres p̱ deuʒ : qꝛ certificatus in
futuro erit sup̱ regnum celoꝝ. Per deuʒ .i. p̱
operationeʒ dei. ¶ Ratio huius est: qꝛ homi
ni meritorie op̱anti debetur merces eterna.
Omne aũt opus virtutis fit meritorium p̱ ca/
ritatem: qꝛ ꝯgruum est : cum actus beatificus
sit actus sup̱naturalis : ꝙ ad illum dʒ hõ acce/
ptari p̱ caritatem: qui etiã habitus sup̱nãlis est
vnde meritũ cum sit aliqđ opus bonum lauda
bile: fit tñ deo acceptum p̱ caritateʒ. Jta ꝙ d's
ꝓ illo vult offerre aliqđ p̃mium. Nam p̱ actũ
amoris in voluntate statim potentie executiue
mouent̃ ad volitum. Qđ pʒ: qꝛ quicqd patitur
homo ex amore: h' facile est: ⁊ quasi essentiale.
Quicqd aũt contra amorem est: est quasi vio/
lentum. vnde Aug. Amor meus pondus: in
eo feror: quocunqʒ feror. q. d. Amor cõparat̃
põderi pp̱ tria. ¶ Primo qꝛ sicut motus gra
uis non est ⁊ violentus : sed spontaneus.
¶ Scd'o sicut graue q̃ʒto plus appropinquat
ad centrum: tanto velocius mouet̃. ¶ Tertio
sicut graue difficillime sursum manet: ita mo/
tus amoris est p̃mo spontaneus summe: ⁊ nõ
violentus. Scd'o ita motus amoris fortior est
circa finem. Tertio ita aie amanti difficillimũ
est nõ vniri amato. Hec aũt merces hʒ sibi se
curitatem annexã: qꝛ merces efficit̃ heres. vñ
Augu. de ci. dei. Anima btissima esse non po
test: nisi fuerit de sua btitudine certissima. vn/
de sibi talis certitudo nõ est : nisi ex dei volũta
te: qꝛ voluntas dei semp̱ coagit voluntati ⁊ in
tellectui ad actum beatificum. Et ideo videtur
dare securitatem. vñ dicit̃. Justoꝝ aie in ma/
nu dei sunt. Et in manu tenentia diuine volun/
tatis .s. respectu obiecti btifici : qđ actu dilectio
nis acquirit̃ ꝓ mercede. vnde sicut pater cele/
stis in passione oriri fecit solem gratie ⁊ imbrẽ
misericordie: pluuit super bonos ⁊ malos: si/
cut per gratiaʒ remissionis affectu ⁊ effectu ini
micos diligimus.
¶ Sexta ꝯcl'o est vtrum magis meritoriũ sit
diligere inimicos: q̃ʒ amicos. Dicenduʒ ꝙ si
accipitur diligere inimicum: ꝓut cadit sub cõ/
silio: s'm ꝙ est opus superogationis: et si acci/
pitur diligere amicum: s'm ꝙ cadit sub p̃cepto
Sic diligere inimicum est magis meritoriuʒ.
Probo: qꝛ magis meritorium est implere cõ
silia q̃ʒ p̃cepta: vel si accipiat̃ diligere q̃ʒtuʒ ad
circunstantias ipsius actus. Sic etiã diligere
inimicum est magis meritoriũ: qꝛ virtus ẽ cir
ca ardua ⁊ difficilia. Sed diligere inimicũ est
magis arduum: q̃ʒ diligere amicum: ⁊ est etiã
difficilius. Ergo ⁊c. Sed accipiẽdo diligere
q̃ʒtum ad s'bam actus. Sic diligere amicũ est
magis meritorium. Et hoc est ex obiecto. Et
ratio est duplex. ¶ Primum qꝛ hoc est in di/
lectione amici. Jgit̃ ⁊c. ¶ Scd'o pʒ: qꝛ in dili
gendis ex caritate : qđ p̃ordinatur alij est ma/
gis diligenduʒ. Sed amicus p̃ponitur inimi
co: qꝛ ponitur in vltimo loco in ordine diligi/
bilium. vnde sequit̃ ex hijs documẽtum: ꝙ qꝛ
nihil est meritoriuʒ nisi per caritatis habitum:
ideo debet summe se qs disponere de cõgruo
quantum potest ad dilectionẽ dei ⁊ proximi ꝓ
pter deuʒ: in quo etiã includitur dilectio inimi

ci: q2 non solum est proximus: qui facit miseri
cordiam alteri: sed etiaȝ qui recipit miam dei.
Talis est inimicus. vnde dicit in euangelio.
Si ergo diligitis eos qui ⁊c. quasi dicat. Dili
gere inq̃ʒtum cadit sub p̃cepto: est magis me/
ritorium: vt supra dictum est expōne. Nonne
⁊ publicani ⁊c. q. d. Diligere amicum est faci
le: quasi cōmune oībus ⁊ nāle: ⁊ nihil coopera
bitur ad perfectionem meriti: quia addidit.
Quid amplius facitis q̃ʒ publicani: qui .s. i di
lectiōe amicoꝝ nō merēt. Cōcludit igit. Esto
te perfecti in dilectione inimicoꝝ. Sicut pater
noster celestis est ꝑfectus qui. s. posuit animaȝ
suam pro nobis: et orauit pro ꝑsequentibus se
dicens. Pater ignosce illis ⁊c.

Scda ꝯsideratio.

SEcūda consideratio est qualiter ꝓdu
cenda est in effectu: ibi. Attēdite. Et
quia circunstantie sunt multe: ad hoc
vt aliquid iuste fiat. Jdeo reducit omnes ad
vnum modum: scilicet ad debitam intentionē
dicens. Attendite: id est cauti estote. Ne insti
tiam vestram faciatis coram hominibus. s. vt
placeatis p̄nti seculo: siue vt videamini ab eis.
vñ ad Gala. primo. Si adhuc hominibꝰ pla/
cerē: xp̄i seruus non essem: nec ab eo essem re/
munerandus. ideo addiẗ hic. Alioqn merce/
dem nō habebitis apud patrem vestrū q in ce/
lis est: cuius amore non fecistis. Jlle. n. debet
mercedē dare: cuius mandato mouet̃ oꝑarius
vel amore. s. intentionē in deū referendo: tāq̃ʒ
in finem debitum. vnde dicit. Attendite. i. in
tentionē in debitū finē dirigite. Tunc. n. intē
tio in debitū finem dirigit̃: fm Ber. quādo in
oī actione querimꝰ honorē dei: vtilitatē ꝓxi/
mi ⁊ conscientiam bonaȝ. vnde circa istam cō/
siderationē occurrunt tres conclusiones.

¶ Prima conclusio est videre quid sit inten/
tio. vnde sciendū est ꝙ intentio idē ē q̃ i aliud
tendere: et ideo accipienda est distinctio. s. ꝙ in
aliud tendere: est vl' sicut in obiectum: vel sicut
in finē. ¶ Primo mō nō accipimus hic tende
re q2 omnis potentia tendit in suum obiectum
sed nō omnis potentia habet intentionē. Jgit̃
oportet ꝙ illud aliud sit ipse finis in quem ten
dit̃. ¶ Sequit̃ secūda distinctio. s. ꝙ tendere
in finem fit dupliciter. s. vel in fineȝ p̃cise: non
referendo aliquid in ip̄m: sicut volo sanitatem
vel referendo aliqd in ip̄m: vt volo potionem
ꝑꝑ h: ꝙ volo sanitatem. ¶ Primoº accipitur
ꝓprie intentio: q2 nō dicimur ꝓprie intenden
tes: cum finem imediate petimus: sed cum ali
quid facimus: vt possimus assequi fineȝ ordinā
do in ip̄m. vñ lʒ tres sint appetitus tendentes
in fineȝ. s. nālis: sensitiuus ⁊ intellectus: tamē
solus intellectus dicit̃ intendere. i. aliqd agen
do in fineȝ referre: q2 etiā intellectus libere or
dinat oia in ip̄ʒ. Naturalis vero ⁊ sensitiuus
fm Damas. magis ducit̃ q̃ʒ inducat. Et ideo
intentio pōt sic describi: ꝙ intentio est in fineȝ
tentio: ordinando aliqd in ip̄m per potentiā li
bere oꝑantem. Hec aūt intentio est libeꝝ arbi
trium: ad quam ꝯcurrit intellectus: vt indicās
⁊ volūtas vt eligēs libere. vñ fʒ Damas. per
libeꝝ arbitrium hō solum agit: non agit̃: sicut
per alias potentias sensuales.

¶ Scda ꝯclo est videre que bona intentio sit.
vbi nota ꝙ cum ad bonitatē actus plura ꝯcur
runt. s. libeꝝ arbitrium: agens fm dictamen
rōnis dictantis integritatem oium circūstanti
arum. ¶ Jtem obiectuȝ fm bonitatē inuentā
in eo. Jtem debitus finis. Jteȝ hitus moralis
. s. caritas. Jtem integritas oium circūstantia
rum. Jteȝ ipsa diua voluntas ⁊ intētio cuiuslʒ
legalis obligatiōis recte ꝯdite a supiore. Bo/
nitates actuum tñ p̃ncipal'r sunt a fine: inq̃ʒtuȝ
referunt̃ ad debitum finem: q2 fm Boetium
Cuius finis bonus est: ip̄m quoqȝ bonuȝ est
vnde actus debite ordinās ea q̄ sunt ad finem
ad ip̄m finem est bonus: vt sic: actus indebite
ordinās est malus: vt sic. Sʒ bona intētio or
dinat debite ordinando ea: q̄ sunt ad finem in
ip̄m: sicut de elemosina intendens deo place/
re. Mala aūt intentio ordinat male: q2 in finē
indebitum: vt de elemosina intendens vanaȝ
gl'iam. Et ex h sequit̃ ꝙ nullus actus pōt esse
bonus ⁊ malus ꝑ bonā ⁊ malam intentioneȝ
vnde si ego incipio dare elemosinā ⁊ intendē
vanam gl'iam. Sʒ accipiendo actum largitio
nis ꝯpungere ⁊ intendere in solam gl'iam dei
Actus quem inchoarē esset malus: ꝯsumante
tñ esset bonus. vnde Aug. Voluntas ex fine
suo cognoscit̃: an recta aut praua sit. Finis aūt
bone voluntatis est beatitudo. Finis autem
male voluntatis est delectatio: vel aliqd aliud
in quo voluntas non dʒ quiescere. vnde Ber.
Bona erit intentio si in omni actione nostra
aut honorem dei: aut vtilitatē ꝓximi p̃tenda/
mus. Dicit igitur in textu. Cum facis elemo
sinam: noli tuba canere ante te. i. innotescē ho
minibus: vt gl'ieris: sicut ypocrite faciūt. Ypo
crita est p̄sentator persone alterius: in synago

gis: vt videant᷑ a sapientibus: ⁊ in vicis vt vi
deantur a turbis. Chry. Non est ingrata deo
elemosina: q̃ videt᷑: sed que ideo fit: vt videat᷑
etiã si non videat᷑: qꝛ tales ꝑncipal̓r querũt ho
norem vacuum: ideo amittunt vex. Amẽ di
co vobis receperunt mercedẽ suã: ꝓ dono .s. ele
mosine. Sꝫ pena expectat᷑ ꝓ mala intentõe.

Tertia ꝯcl̓o est: ꝙ bonitas intentõis maxi
me ostendit᷑ in ꝯsideratione circũstantiaꝝ cir
ca obiectum: qꝛ in isto statu q̲ est dare elemosi
nam paupi verecundo: circunstantie sunt exq
rende penes obiecta: cui datur. Q̃d pꝫ: qꝛ opꝫ
te attendere q̃n dabis: vꝫ non in pauco: ne ille
cõfundat᷑: tamen penes finem: puta ꝑꝑ amorẽ
dei semꝑ esset bonũ dare. Sil̓r quomõ dabis
qꝛ occulte ne verecundet᷑: sed nõ ꝑꝑ finem: qꝛ
publice dare ꝓpter dñm non est malum. Si
militer q̃ꝫtum dabis: qꝛ iste paup verecundus
forte hꝫ familiã: quã tenet in exteriorib⁹: ⁊ nõ
deceret sibi dari modicum vt alteri. vnde dic̃
euangelium. Te aũt faciente elemosinã ⁊c. i.
intentio vane laudis se non imisceat. Illd̃ .n.
nescitur: qd̃ est in abscõdito. Ideo dicit. Ut sit
elemosina tua in abscõdito: ꝭm rationis inten
tionem: nõ opationis vt dictum est. Et pater
tuus q̲ videt in abscõdito: ille .s. q̲ scrutat᷑ corda
⁊ renes: reddet tibi h̃ ꝑ gratiã: ⁊ in futuro per
gloriam. Amen. Epl̃a Esaye. 58.

Sabbato post diem cinerum. Ser
mo quadragesimus tertius.

Cum sero es
set factuꝫ: erat nauis in me
dio maris. Mat. 6. ꝭm ꝙ
Isido. dicit. Remissa con
uersio in ꝓstinos errores
reducit: ac viuendi torpo
rem resoluit. Et ideo multum ad moꝝ refor
mationeꝫ valent exempla bonoꝝ. Faciunt .n.
varias sectari virtutes. Sꝫ qꝛ de ociositate mľ
ta mala ꝓueniunt. Nam ꝭm Ber. Ociũ ma
larum cogitationum est sentina. Item ꝭm
Ber. est mater nugarũ ⁊ nouerca virtutum.
De quo etiam exigetur ratio in die iudicij ꝭm
Bernarduꝫ. Ideo saluator in euangelio exẽ
plo discipulorum spiritualiter laborantiuꝫ: ad
spiritualem nititur animare laborem: dicens.
Cum sero esset factum: erat nauis ⁊c. vbi oc
currunt nobis sex considerationes.

Prima ꝯsideratio.

Circa primam considerationeꝫ: que ẽ
de ꝟtuali exercitio: sunt tres ꝯͨes.
Prima conclusio est: ꝙ cum be
atitudo sit premium: oportet nos multum insi
stere operationibus meritorijs: vt ad merce
dem quam speramus: perueniamus: quia ad
hanc mercedem soli operarij virtuosi vocant᷑.
Mat. 20. Uoca operarios ⁊c.

Secunda conclusio est: ꝙ discipuli labora
bant ad complementum anime: vt virtutibus
adornarentur. vnde dicit. Uidit discipulos la
borãtes interrogãdo. Et hoc tripl̓r. Pri
mo abundanter. Homo .n. spũalis dꝫ se exer
cere in omni virtute. vñ q̲ parum seminat: pa
rum ⁊ metet. ⁊ q̲ multum: multũ. vñ Ihero⁹.
Ut multuꝫ metam⁹ in omni ꝟtute: nos exer
cere debemus. Scd̃o ꝯtinue. ⁊ h̃ dupl̓r.
Primo Greg. ponit rõnes: qꝛ hostis noster
semꝑ pñs est: ⁊ ꝓsto ad tẽptandum. Scd̃o qꝛ
amor diuinus semper pñs est hoi iusto. Talis
amor nunq̃ꝫ est ociosus. Opatur .n. magna si
est. Si autem operari renuit: amor non est.
Tertio ꝑseuerãter. In h̃ .n. differt labor vo
luptatis a labore virtuali: qꝛ ꝑmus non hꝫ ter
minum: sꝫ scd̃s hꝫ. Eccľi. 5. Modicum labo
raui: ⁊ inueni magnam regem. vnde vidit di
scipulos laborare in remigando.

Tertia ꝯcl̓o est: ꝙ hunc laborẽ gratuꝫ faci
unt q̃tuor. Primuꝫ est ꝓprie vilitatis esti
matio: ⁊ nõ de se ꝓsumere: qꝛ q̃ꝫtũcunq̃ꝫ bon⁹
sit hõ ꝓ statu vie: non tamẽ sic est ꝯfirmatus:
q̲n possibile sit ip̃m cadere. vnde lꝫ iaꝫ ad fidẽ
vocatus sit: an ad regnum eligendus sit nescit
vnde Greg. Ad fidem plures veniunt: ⁊ ad
celeste regnum non perducunt᷑. Et hoc est qd̃
dicit. Cum sero factuꝫ ⁊c. Sero est finis diei
⁊ defectus. Hunc diẽ nullus dꝫ velle in se de
ficere. Sꝫ duplex est defect⁹: in re ⁊ extimatõe
Dies .n. quodãmodo deficit: cum tibi tua vir
tus vilescit. Sero igit᷑ humilitatis: ꝯtẽptus sui
est. vnde vniuersis ꝯpletis mandatoꝝ: non ꝑ
mittamus nos mercenarios vel seruos noia
ri: sꝫ inutiles ꝯfiteri. Scd̃ꝫ est i ꝑiculis pru
dentie exhibitio. Nam ꝯstituti in medio hui⁹
maris: sumus in ꝑiculis multis ꝓpter eius de
ceptiones. Primo decipit: vt falsus lauda
tor mercium suaruꝫ qui nugacitate sua nos fa
cit credere de turpibus ꝙ sunt pulchra: ⁊ de in
honestis ꝙ sunt honesta. vnde prouerbiorum
23. Simulator ore decipit amicum suum.

¶ Scḋo vt sophista. Sophisticat.n.merces suas colore adulterino: qꝛ facit hoc vt apparcãt delectabilia. ¶ Tertio vt incantator qui facit hominibus apparere quod non est. ¶ Quarto vt falsus amicus. Ecclesi. sexto. Est amicus socius mense ꝛ cetera. Et ideo adhibenda est virtus prudentie. Ipsa enim habet actus rationis ordinare: qui sunt quatuor: scilicet inuestigare: iudicare: memorari: ꝛ interpretari.

¶ Primo ordinat inuestigationez dum eum ꝓhibet ab inquisitione inutiliũ: ꝛ dum causam factoꝝ facit inquirere: ꝛ dum eam ex alijs alia conijcere facit: vt ex p̄sentibus futura. vñ Seneca. Si prudens esse cupis i futurum ꝓspectum intẽde. ¶ Scḋo ordinat iudicia ne iudicet de incertis: nec de alienis quoꝝ sui non interest. Itẽ eam mala leuitate vel tarditate credendi custodit. vnde Seneca. Oibus enim ꝛ nulli credere vitiũ ẽ. ¶ Tertio memorantez dirigit dum salubria. s. beneficia dei ꝛ ꝓximi facit reminisci: ꝛ noxia obliuisci: vt iniurie ꝓximi. ¶ Quarto dirigit intẽperantiã: duz s̄mo nem moderat̄. Seneca. Sermo tuus non sit inanis. Aut suadeat: aut moneat: aut ꝯsoletur Et hoc est qḋ dicit. In medio maris. i. mũdi deceptionibꝰ insistenti. ¶ Tertiuz est diuine gratie inuocatio: qꝛ sine eius auxilio nullus in bono perseuerat: qꝛ h̄ excedit vires liberi arbitrij: qꝛ libeꝝ arbitriuz est coꝝ qui cadũt sub electione. Tale autẽ est particulare ꝛ nõ ↄpabile. Perseuerare aũt in bono dicit solũ ꝯtinuationem ꝑ totum tp̃s. Igitur opꝫ adesse auxilium diuinuz. vñ Criso. suꝑ Matth. Nisi auxiliuz gratie accepcrimus: nihil ex nobis valemꝰ: bene aũt volentibus gratia nõ denegatur. vnde Petite ꝛ accipietis. Debet aũt voluntas p̄cedere: ꝛ sic seq̄t gratia. Quia nec gratia sine voluntate aliquid operatur: nec voluntas sine gr̃a potest aliq̄d. Et iesus solus in terra. q. d. iesus idest gratia saluãs. Solus. i. nõ indigens alio adiutorio: stat paratus ad subueniendum. In terra. i. nostre infirmitatis. ¶ Quartũ est fortitudinis aggressio: qꝛ s̄m Tulliũ. fortitudo ẽ rationabilis aggressio terribiliũ cũ ꝯstanti coꝝ perpessione. Et ideo ꝯpetit multuz statui nr̃o qꝛ mundus iste locus est laboꝝ ꝛ certaminis. Nam s̄m Ber. In mundo isto quasi in loco certaminis positi sumus: qꝛ in ipso quatuor vẽti temptationum in nos irruunt. ¶ Primo a parte orientali que ẽ alta: ꝛ est superbie. A parte occidentali que depressa est: ventus auaritie. A parte aqlonari: diffidentie. A parte meridionali: ventꝰ lasciuie. ¶ Ne igit̄ in tot ventis periclitemur adhibenduz est fortitudinis quadruplex remediũ ꝯtra tẽptationez. ¶ Primo qñ statim in principio p̄scinditur. vñ eccl'i. 4. Breuem languorẽ prescindit medicus facil'r. vnde Greg. Si tẽptationi festine non resistitur: eadcz q̄ nutrimur mora roboratur. ¶ Secundo qñ ei virtuose resistitur: qꝛ diabolus timet vehementissime vinci. vnde dicunt sancti ꝙ ex q̊ semel fuerit victꝰ viriliter: nunq̄z audet eundem inuadere. Jacobi. 4. Resistite diabolo: ꝛ fugiet. ¶ Tertio ꝯsuetudie ðuincit̄. Tũc eniz firmatur habitus bonus: ꝛ hõ delectabiliter operatur. ¶ Quarto opportunitatis eiꝰ ablata occasione: ꝛ hoc per honestã occupationez. vnde Jhero. Semꝑ aliq̄d boni facito: vt diabolus inuenat te occupatũ. Et h̄ est qḋ dic̄ Et erat eis ventus ꝯtrarius. s. temptationuz.

Secunda ꝯsideratio.

Secunda ꝯsideratio de diuine assistẽtie bñficio ibi. Circa vigiliã noctis. vbi sunt tria documenta.

¶ Primũ documentũ est ꝙ nox dicit statum culpe. Nam sicut in nocte non videmus quid agimus. Sic q male agit odit lucẽ: Johis. 3. In nocte qlibet ignorat vias. vñ Job. 23. Rebelles fuerũt lumini: nescierunt vias eiꝰ. Itẽ sicut ligna putrida ꝛ vermes lucẽt: sic mundana videntur bona in nocte. Itẽ in nocte hoies somniant: sic vita pctoꝝ somniũ est. Psalmi. Dormierunt somnũ suũ. Ex quo elicitur illis in statu culpe existentibus quadruplex ꝑiculuz innuere. ¶ Primo. s. erroris: qꝛ nõ videmus quid agimꝰ. ¶ Scḋo pusillanimitatis: quia vias ignoramus. ¶ Tertio praui amoris que vidẽtur esse bõa: ꝛ nõ sunt existẽter. ¶ Quarto simulationis siue fictionis.

¶ Secundũ documentũ est: ꝙ ꝑꝑ ista quatuor pericula adhibẽde sunt. 4. vigilie. ¶ Prima est fides ꝯtra errorẽ: ꝛ hec vigilia facit beatum. Prouer. 8. Beatus vir q audit me ꝛc. s. sine intermissione in ista fide: qꝛ expellit tenebras erroris: que verissima ostenditur miraculorum confirmatione. ¶ Secunda vigilia est deuote orationis. Nam oratio est remediũ illis qui vitiorum temptamentis exestuant: vt quotiens quolibet tangatur vitio: totiens se ad orationem subdat. Oratio eniz est efficacie magne contra aduersarios. Matth. 26. Vigilate ꝛ orate vt non intretis in temptationem ꝛc.

¶ Tertia vigilia est carnis maceratio contra
prauum amorem: que reddit honestum ꝛ tem-
peratum. Ecclesi. 23. Uigilia honestatis tabe
facit carnes. Pugna enim carnis est periculo
sa: quia habemus eam interius: ꝛ nulla pestis
efficacior est ad nocendum: q̄ȝ inimicus fami
liaris. vnde August. Inter omnia christiano
rum certamina: periculosa sunt certamina casti
tatis: in quibus est continua pugna: sed rara
victoria. Quia impugnat interius ꝛ exteri-
us: siue vigilando siue dormiendo. Unde ad
vincendum eam valet mortificatio carnis.
¶ Quarta vigilia est pura intentio contra si-
mulationem ꝛ ypocrisim de qua dictum est in
sermone precedenti. vnde Psalmi. Deus de
us meus ad te de luce ꝛc. Ad te dicit: non ad
lucra temporalia: vel ad hominuȝ laudē. Hoc
non facit ypocrita qui in occulto noctis maliciā
operatur: sed in die abscondit maliciam: ꝛ mā
suetus videtur specie sanctitatis. Intentio. n.
pura in omni actione sua: aut honoreȝ dei: aut
vtilitatem proximi pretendit: ſm Ber. Unde
idem Bernardus ponit differentiaȝ intentio-
num dicens. Duo in intentiōe requirūtur. s.
res ꝛ causa: idest quid intendas: ꝛ ꝑpter quid
Ex hijs anime decor ꝛ deformitas iudicatur.
Nam si intendas veritati amore veritatis: res
est honesta ꝛ causa. Sed si intendas vaneglo
rie: aut cōmodo temporalis rei: iudicabitur de
formis: verbi gratia. Ut si videres hominem
nullis honestis intentuȝ: sed carnis illecebris
veneri ꝛ luxurie deditum: nōne ex vtraq̄ȝ par
te feditissimum iudicabis? Quia in intentione
res ꝛ causa reproba inuenitur. Igitur intende
re non in deum sed in seculum: secularis ē ani
mi: nec habet partem speciosam: Intendere au
tem in deum: sed non propter deum: ypocrite
est: quia ipsa simulatio omnem decorem exter
minat. Si autem ob vite presentis necessaria
ad deum conuertis intentionem: vitio dicimꝰ
subobscuram: ꝛ minus acceptam. Porro in-
tendere in aliud q̄ȝ in deum: tamē propter de
um non habet deformitatem: sed nec ad perfe
ctionem peruenit decoris. Igitur solum inqui
rere deum propter ipsum: habet vtranq̄ȝ par-
tem: scilicet rem ꝛ causam pulchrā: h Ber.
¶ Tertiuȝ documentū est: ꝙ vigilantibus sic
circa puram intentionem: que scilicet in omni
actione querit honoreȝ dei: ꝛ vtilitatem ꝓximi
ꝛ propriam salutem anime: specialiter deus as-
sistit. Et ratio est. Quia licet liberum arbitriū
non sufficit ꝑseuerare in bono: sine gratia que
ip̄ȝ hȝ aliqualiter stabilire: tamen non tollit to-
taliter mobilitatem ad malum: q2 non trāsfert
hominem pro suo statu ad perfectam libertatē
Et ideo homo indiget adhuc auxilio prouidē
tie diuine exterius gubernantis. Prima Pe
tri. Deus omnis gratie qui vocauit nos i eter
nam gloriam suam modicuȝ passos: ipse perfi
ciet: confirmabit: consolidabitq̄ȝ. Et hoc ē qđ
dicit. Qđ circa quartaȝ vigiliam noctis venit
ad eos. ¶ Unde prima vigilia est perscrutatio
peccatorum. Treno. p̊. Scrutemur vias no-
stras. ¶ Secunda vigilia est peccati detestatio
Ezech. 8. Ingredere ꝛ vide abhominationes
pessimas. ¶ Tertia vigilia est propositū peni
tendi. Psalmi. Dixi cōfitebor ꝛc. ¶ Quarta
vigilia est propositum satisfaciendi: ꝛ tunc ve-
nit saluator ad eos: vt sit paratus eis assistere
semper: q2 cuȝ nos vocauit ad merita ꝛ ad glo
riam: paratus est dare gratiam: non solum ad
hanc gloriam consequendaȝ: sed etiā persona-
liter assistere ab oībus retardationibus preser
uando. Ambulans supra mare: scilicet mundi
eius tempestates mitigando.

Tertia consideratio.

Tertia ꝯsideratio est de humana hesi
tatiōe ibi. At illi vt viderūt eum ꝛc.
Ubi occurrunt tria documenta.
¶ Primū documantuȝ est: ꝙ vir spūalis quā
to maiora recipit a deo: tanto magis illuminat
vt infirma sua recognoscat: que prius non re-
cognoscebat. Sicut in radio solis videnť atho
mi: qui extra videri nō possunt: Hoc ē qđ dic
Ut viderunt eum ambulantem supra mare.
¶ Scđm documentū est: ꝙ timor nālis ē quo
quis naturaliter refugit reȝ nature sue nociuā
Propter hunc timorem petrus negauit Chri
stum Matth. 27. Item omnes discipuli ideo
fugierunt: Christo relicto. Iste autem timor
cum sit a natura non habet meritum. Si auteȝ
sit immoderatus degenerat in humanuȝ timo
rem: ꝛ fit malus. vnde dicitur. Et putabāt fan
tasma esse: quod est apparitio rei non existentis
Propter tenebras enim non nouerunt eum.
Et ideo timuerunt putantes ꝙ esset apparitio
maligni spiritus eis nocere volentis.
¶ Tertium documentum est: ꝙ in talibus ti-
moribus constituti: debent fideliter diuinam
clementiā inuocare orationibus: quia de eius
misericordia nō dubitatur. Ipse. n. plus para
tus est dare q̄ȝ tu petere quia est sūme misericors

ideo liberalissime humane miserie condescendit. Vult tamen rogari quia oratio ostendens desideriuz largienti impetrat desiderata. Et h[oc] est quod dicit. Et clamabant: idest pro diuino adiutorio orationibus deum inuocabant: scientes sine eo non posse subsistere.

Quarta consideratio.

Quarta consideratio est: q̄uo adhibet[ur] [ei]s diuina reformatio dicens. Et statiz locutus est cū eis: ⁊ dixit illis. Cōfidite ⁊c. vbi occurrunt quatuor documenta.

¶ Primū documentuz est: ꝙ contra talez timorez efficacissimum remedium est ipsa fides Nam sicut timor oritur ex consideratione proprie infirmitatis diffidētis de diuino remedio opportuno: Sic fides fiduciam dat de eodez. Nam ipsa est lux: tenebras infidelitatis expellens: vbi fides nō est: tenebre sunt. Exo. 10. Facte sunt tenebre horribiles in vniuersa terra. Hec fides necessaria est: sine qua non est salus. Unde ad hebre. nono. Sine fide impossibile est placere deo. Oportet enim cognoscere deum creatorem: ne simus tanto beneficio ingrati ⁊ de ceteris indigni. ¶ Item dominuz vt sciamus ei seruire ad beneplacitum: ne simus inutiles serui. Cum igitur deus sit altissimus. Et non est possibile reperire scalam sufficientis rationis: qua ad eum pertingamus cum sensus non subiaceat rationi: sola autem fides eum cognoscit. Unde dixit illis. Confidite ⁊ cetera: quasi dicat. Nolite timere dubitantes de dei omnipotentia: scilicet non posse humanam naturam assumere. Quia ego sum: scilicet omnipotens. Item nolite timere dubitantes de eius bonitate. s. ipsum non posse lapsos in peccata per penitentiam facere redire ad deum: quia ego sum bonitas. Itez nolite timere de eius iustitia dubitantes: scilicet ipsum non vindicaturum peccata eternaliter: quia ego sum: scilicet iustus. Fides vero predicat dei omnipotentiam: iustitiam: bonitatez ⁊ sapientiam.

¶ Scdz documentum est: ꝙ hec fides ē summe auctoritatis: quia a deo reuelata nihil continens falsitatis. Quia s[ecundu]m Augustinum. Si in credendis officiosum admitteretur mendaciū totum esset suspectum. Ideo summe est ei adherendum. Qd autem reuelaretur a deo fuit necessarium: quia illud fuit necessarium reuelari: quod pertinet ad hominis salutem: ⁊ excedit lumen rationis naturalis. ¶ Primuz patet: quia per credibilia spez habemꝰ de fine vltimo. Roman. 15. Quecunq; scripta sunt ⁊c. ¶ Secundum etiam patet: quia intellectus ꝓ isto statu intelligit cum fantasmate. De credibilibus autem non est fantasma. Igitur excedūt lumen naturalis rationis: ⁊ per cōsequens necessarium fuit talia reuelari. vnde dicitur. Et statim locutus est cuz eis: scilicet fidei sacramēta reuelando. Et hoc per inspirationem: per ꝓphetiam: per prophetas: per scripturam: ⁊ exēpla sanctorū. vñ aplus. Nobis reuelauit ds.

¶ Tertium documentum est: ꝙ hanc fidem reuelare timidis fuit maxime necessarium per exempla sanctorum: qr eoruz gesta sunt nobis quasi lex ⁊ doctrina: quibus mores ad beneuiuenduz inchoantū formantur. vnde scribuntur nobis sanctoꝝ ruine ⁊ reparatiōes vt spez faciant saluti humane: ne quisq; post lapsuz penitendo desperet veniam: dum ꝯspicit sanctoruz reparationez fuisse etiam post ruinaz: vnde Ysido. Si eniz ad bonuz incitamentū diuina quibus admonemur ꝑcepta deessent: ꝓ lege. s. fidei nobis exempla sanctoruz sufficerēt. Nā s[ecundu]m eundem. Exempla sanctoruz quibus edificatur fides: varias faciunt sectari virtutes Orandus igitur est deus: vt virtutes quas ꝑparauit: ad coronaz nobis posite sint ad profectum ⁊ non ad penaz. Et hoc est quod dicit. Qd ascendit ad eos in nauiz. s. eorum intellectui presentando. Eius beneplacitum per sanctorum exempla adepti sunt: vt in apostolis caritas: in martyribus patientia: in confessoribꝰ corporis rigiditas: in virginibus castitas: in patriarchis fides.

¶ Quartuz documentum est: ꝙ fides a confidentibus tollit temptationuz infestatiōes. Tēptatio eniz sophiste assimilatur. Nam sicut sophiste querunt paralogizare simplices: sapientis apparentia ⁊ non existentia. Ita in temptatione vires sensitiue inferiores: nituntur decipere intellectiuas in quibus est apparentia sapientie: sed non sapientie existentia. vnde apostolus. 2°. cor. xi. Timeo ne sicut serpens seduxit euaz astutia sua: ita sensus viri corrūpantur. Hanc temptationem tollit fides. vnde benedicit. Cessauit ventus: tēptatiōes. s. qñ ꝑ fidem eorum deceptiones ostenduntur.

Quinta consideratio.

Quinta ꝯsideratio: quomodo oritur i[n] eis facti admiratio: ⁊ plus magis stupebant ⁊c. Ubi sunt tres ꝯclōes ⁊c.

¶ Prima ꝯclusio est: ꝙ in statu presenti mēs
humana est obscurata: ⁊ ideo q̄ȝtum in se est: i
potens est in lumē diuinuȝ eleuari. vnde. 2°.
Meth. dicitur. Q̄ꝺ intellectus noster habȝ se
ad manifestissima nature: sicut oculus noctico
racis ad lumē solis. Et ideo ꝓpria virtute i ea
nō figitur. vnde dicitur. Erat. n. cor eorūȝ ex-
cecatuȝ. Dono tamen dei in lumine fidei diui
na virtus aspicitur.
¶ Scd̄a ꝯclusio est: ꝙ q: mens humana ē ita
ceca: ideo inualida est ad ꝯtemplanduȝ sup̱na/
turalia: Et ideo in eis stupescit natura. Nam
quotienscūq̄ȝ transcendentiuȝ rerum notitia in
memoria venit: totiens renouatur in mēte mi
raculuȝ. Et hoc ideo quia causa ignoratur. In
terduȝ enim accidit ꝙ videntius aliquem effe/
ctum aliqui mirantur: aliqui non. Astrologus
enim non miratur eclypsiȝ solis: q: nouit cau/
sam. Fides vero humana miratur noticiam
miraculorum dei; transcendentium nostrum
intellectum; q: cāȝ ignorat. vnde dr̄. Et plus
magis stupebāt intra se: tanq̄ȝ cāȝ ignorātes.
¶ Tertia ꝯclusio est: ꝙ christus fecit miracula
propter quatuor motiua. ¶ Primuȝ est vt suā
doctrinaȝ ꝯfirmaret per signa ⁊ miracula. Si
cut enim naturalis doctrina cōfirmatur p̱ que
dam naturalia: sic decuit vt christus suam do/
ctrinam supernaturalem confirmaret p̱ signa
⁊ miracula supernaturalia. ¶ Scd̄m est vt su
am potentiam demonstraret: ⁊ per hoc ad cre/
dulitatem induceret. vnde dicit. Si non fecis/
sem in vobis signa que nemo alius fecit: nec
facere potest: non vtiq̄ȝ crederetis. ¶ Tertiuȝ
est vt sue deitatis presentiam ostēderet: q: vbi
aliquid operatur: ibi est. ¶ Quartum vt affe/
ctum ad se diligendum excitaret. Et ideo etiā
in aīa ⁊ corpore curauit. vnde dicit. Non eniȝ
intellexerant de panibus. De tali miraculo. s.
eius doctrinam ⁊ potentiam ⁊c. Nam Chri/
stus postq̄ȝ quinq̄ȝ milia hominum de quinq̄ȝ
panibus saturauit: vt nihil eis deficeret: vole/
bant ipsum regem facere. Q̄ꝺ cum cognouit
fugit in montem.

Sexta consideratio.

Sexta ꝯsideratio. Q̄uo multiplicatur
miraculoꝝ operatio: ibi. Cū egressi
eēnt ⁊c. vbi occurrūt. 4. documēta.
¶ Primū documentum est: ꝙ aliqui curiose
naturali ratione inuestigantes opera dī: putāt
impossibilia: eius potentiaȝ ignorātes: Tales
eniȝ nolunt credere nisi videāt mirabilia: qui-
bus visis credunt. vnde dicit. Cuȝ egressi es/
sent de naui. i. postq̄ȝ deposuerūt inuestigatio
neȝ nālem: que p̱ naueȝ intelligitur. Cōtinuo
cognouerūt euȝ. s. presenteȝ in op̱atione mira-
culosa. vnde in primitiua ecclesia fiebāt frequē
tius miracula q̄ȝ modo. ¶ Primo qm̄ eccle/
sia tūc erat ad fidem introducenda: sȝ postquā
est introducta: miracula iā nō sunt necessaria.
¶ Itē secundo q: ecclesia erat i fide roborāda
sȝ cū modo sit roborata: miracl̄a nō sunt nec̄ia.
¶ Itē tertio: q: ecclesia ē modo in meritis cu/
mulanda: sed minor miraculoꝝ operatio ma/
ius causat meritūȝ: quia sicut dicit Grego. Fi
des non habet merituȝ ⁊c.
¶ Scd̄ȝ documētuȝ ē: ꝙ sunt q̄daȝ miracl̄a q̄
hn̄t tm̄ vtilitatē: sȝ nullā admiratiōeȝ: q: ex vsu
viluerūt. Quedā hn̄t admirationē: sȝ nō vtili
tatē: sicut miracula antexp̄i. Quedā sunt q̄ ha
bent admirationē: ⁊ tp̱aleȝ vtilitateȝ: sȝ nullam
necessitateȝ: vt miracula maloꝝ xp̄ianoꝝ: que
faciūt ea vt ideo sancti reputētur. Miracula au
teȝ xp̄i hn̄t admirationem: q: fiunt p̄ter ordinē
⁊ cursuȝ nature: ⁊ hn̄t vtilitatē: q: fiunt ꝓpter
ꝯsolationē indigentiuȝ: et hn̄t necessitatē: q: fi
unt qn̄ iminet necessitas ⁊ periculū. vnde dic̄.
Continuo ⁊ce. De miraculis xp̄i nota. ī. ser.
65. consideratiōe tertia. ꝯclusiōe secunda.
¶ Terciū documētuȝ ē: ꝙ ad sp̄ualeȝ curatio/
neȝ v̄tute dīna fiendā q̄tuor req̄rūt̄ que dis/
ponūt ad curādū. ¶ Primū est gr̄e ifusio: q:
nō dimittit̄ pct̄m nisi tollat̄ offensa: Sed h̄ fit p̱
gr̄aȝ q̄ lȝ qn̄q̄ȝ tollat̄: qn̄cūq̄ȝ ab ipsa defecimus
recup̱at̄ tn̄ iteꝝ cū ad ipsaȝ reuertimur. vn̄ dic̄.
Et ascēdit ad eos ⁊ cessauit vētus. Glo. In
quocūq̄ȝ corde adest p̱ gr̄aȝ: mox vniuersa viti
oꝝ mūdi ⁊ malignoꝝ spirituū bella quiescunt.
¶ Scd̄ȝ est motus liberi arbitrij i deum p̱ fi
dē. Quia d̄s mouet oīa s̄ȝ nāȝ sui: hoīeȝ auteȝ
ad iustitiā mouet s̄ȝ ꝯditionem nature sue. Et
q: homo s̄m ꝓpriaȝ nām animi sit liberi arbi/
trij: ideo req̄ritur liberi arbitrij motio. Et hoc
p̱ fideȝ in deū: q: d̄s mouet aīaȝ ꝯuertendo ad
seip̄ȝ: ⁊ h̄ p̱ fidem. vn̄ ad hebr. xj. Accedentē
ad deuȝ oportet credere. Et hoc notat̄ cuȝ dr̄.
Et percurrentes omnem regionem ⁊c. Glo.
interlinearis. Mira fides: nō p̄ntium tm̄ salu
te ꝯtenti: sed mittunt eos per circuituȝ: vt ve/
niant omnes ad medicum. vnde vult dicere.
Quod ipsa ratio fide informata vniuersam cō
sciētie regionē p̱currēs illas: que male sese ha
bebant; dormiendo per delectationem in lecto

consuetudinis cepit potentias serenitate iusti/
tie: quam nouerat per fidem imbuendo circũ
ferre promissionibus gratie adipiscende. vbi
audiebant eum esse misericordie exhibitorem.
¶ Tertium est motus arbitrij in peccatuz: qꝛ
non conuenit aliquem ꝑuenire ad terminum:
ad quez nisi fiat recessus a termino: a quo. Ad
hoc ergo ꝙ homo moueat̃ per desideriũ in de
um per liberũ arbitriũ: vt iustificet̃: necesse est
ipsum detestare peccatum. Fides aũt formata
cum sit lux: tenebras infidelitatis expellẽs: de
testanda peccati demonstrat: vt ipsis spretis:
deo ꝑ caritatez adhereamꝰ. Ipsuz. n. hꝫ aiaz
deturpare. ¶ Item aie continuaz stimulatio/
nem inferre. ¶ Item naturam deprauare: vt
semꝑ mortifera appetat. ¶ Item habet vitaz
spiritualem finire. Esay. 19. Iniquitates ve/
stre diuiserunt inter vos ⁊ deum vestꝝ. Hec
autem oĩa formata ostendit fides vt detestent̃.
vnde hebr. 2. Sancti adepti sunt repromissio
nes per fidem. ¶ Quartũ est remissio culpe.
Ratio est: qꝛ nihil est perfectum: nisi ꝑuenerit
ad terminum. Cum igit̃ terminus iustificatio
nis sit remissio culpe: iõ bene dicitur. Et quot
quot tangebant eum ⁊c. q. d. per fidem incar/
natõis q tetigerit xp̃m: culpe remissionẽ conse
quetur. vñ glo. interlinearis. Fimbriã tangit
q incarnationis mysteria ꝑfecte amat ⁊ credit.
Hoc. n. est de necessitate salutis. ¶ Ratio est
qꝛ illd est de necessitate salutis: ꝑ qd̕ hõ ꝯsequi
tur btitudinem. Hoc aũt facit mysteriũ incar/
nationis ⁊ passionis xp̃i. Dicit̃. n. actuuz. 4.
Non. n. est aliud nomẽ sub celo datum hoibꝰ
in quo oporteat hoĩes saluos fieri. vnde Au/
gustinus. Illa fides sana est: qua credimꝰ nul
lum hominem liberari a contagione mortis:
nisi per vnum mediatorem dei ⁊ hominum ie
sum xp̃m. Et ideo tactus eius vim regenera/
tiuam aquis contulit. Luce quarto. Item le
pram fugat. Luce quinto. Item sanguinis
fluxum restringit. Luce nono. Item aurem
abscisam restituit. Iohis decimo nono. Itez
omnem morbuz expellit: vt hic. ¶ Tangimꝰ
igitur eum fide: vt aqua lachrymarum in no/
bis nos spiritualiter regeneret. Lepra pecca/
torum fugatur: fluxus continue cõsuetudinis
restringatur: auris cordis mundanis intenta
restituatur ꝓmpta ad diuinum verbum percipi
endum: ⁊ omnem inclinationez morbide qua
litatis expellat. Quod nobis concedat ⁊c.

¶ Dñica in. xl. Sermo. 44. de euangelio.

Ductus est ie
sus in desertum a spiritu.
Mat. 4. fm doctrinã bea
ti Ber. Quando mũdus
tin aliq̊ sui gñis fauore vo/
bis arridet: nolite illi cre/
dere: vtiqꝫ non ad hͦ ridet: vt in fine rideatis:
sed vt sub ꝑncipe suo irridẽte cum ip̃o lugẽte
lugeatis. Et ideo est relinquendus ꝑseuerãti
ꝯuersione. Tunc. n. fm Isido. placet deo no
stra ꝯuersatio: qñ bonum qd̕ inchoamus: ꝑse
uerunti fine ꝯplemus. Sꝫ qꝛ fm glo. suꝑ pre
senti euangelio hͦ est ordo recte ꝯuersionis: vt
post acceptã spũs sancti gratiã: arctius ꝯtra ad
uersarios accingamur: ⁊ mente mundum de
serentes: desertum intremus: vt ibi tẽptemur
Nam fm Isido. vtile est seruo dei post ꝯuer
sionem temptari: quatenus a torpore negligẽ
tie sollicitatus: a vitijs ad virtutes animũ per
exercitium prepararet viciorꝝ. Quia fm glo. nõ
ante se erigit hostis: qꝫ homo de mundo exit.
Quod aduertens saluator: ꝯtentum mundi:
ingressum deserti: ⁊ tẽptatoris aggressum no
bis exemplificans: in presenti euangelio nobͥ
quadrupliciter ꝓponit. ¶ Primo quo ad vi/
te austeritatem: ibi. Ductus est ihs in desertũ
¶ Scd̕o quo ad pugne grauitatez: ibi. Et ac
cedens tẽptator. ¶ Tertio quo ad victorie sol
lennitatem: vt patet ex eius responsionibus.
¶ Quarto quo ad glorie eius sublimitatem.

Prima ꝯsideratio.

Circa primam considerationez pono
quinque conclusiones.
¶ Prima ꝯͦ est: ꝙ in oibꝰ trãsmu
tationibus necessaria est prudẽtia. Ipsa. n. hꝫ
actus rõnis ordinare. Habet. n. ratio quadru
plicem actum fm Ber. s. inuestigare: iudica/
re. memorari ⁊ interpretari. ¶ Primo diri/
git rationem inuestigantem: dum ea ex alijs
ꝑtibus alia conijcere facit: vt ex ꝑ̃sentibus fu/
tura expimur: magna ex paruis: remota ex ꝓ
pinquis: ⁊ ex partibus tota. Vnde Seneca.
Si prudens esse cupis in futurum prospectũ
intende. ¶ Scd̕o iudicantẽ dirigit: duꝫ eũ a
leuitate vel nimia tarditate credendi custodit.
vnde Seneca. Omnibus aut nulli credere vi
tium est. vnde ecclesiastici decimotertio. Qui
cito credit: leuis est corde. vnde fm eundem.

Prudentis ꝓprium est examinare consilia: ⁊
non cito per credulitatem ad falsa ꝓlabi. vnde
nõ nisi examinataꝫ sñiaꝫ in consensum creduli
tatis admisit. ¶ Tertio memorantem dirigit
duꝫ salubria facit reminisci: vt beneficia dei vl'
proximi. Et noxia facit obliuisci: vt iniurie ꝓ/
ꝓxime diffundit in notitiam aliorum. Verum est ꝙ bonum alicuius hominis: quod per gloriã est in cognitione multorum. Sed talis cognitio est de vero bono. Sed si de falso bono nihil est ⁊c. ¶ Item quod dat sanctis in p̃miũ est gloria. Romano. 8. Non sunt condigne passiones ⁊c. Loquit apostolus de gloria: que est a deo: sed non de gloria: que est de hoibus

¶ Quarti etiam decipiunt: ponẽtes ꝙ in potestate sit beatitudo. Omnia enim appetũt assimilari deo: sed hoc per potestatem. Igit ⁊c. Ubi est dicẽdum ꝙ diuina potestas est sua bonitas, vnde vti sua potestate non põt quis: nisi bene. Sed potestas hominis põt male vti. Igitur ⁊ cetera.

¶ Tertia ꝯclõ est: ꝙ nullus scendalizari dꝫ in malorum ꝓsperitatibus: sed respiciat eoꝝ nouissima. ⁊ inueniet eorum temporalem ⁊ caducam ꝓsperitatem cito transiturã. Et ideo dicit Isido. Quidam simplicium nescientes dei iudicium: in maloꝝ ꝓfectibus scandalizantur dicentes. Quare via impioꝝ ꝓsperatur: bene est oibus: qui inique agunt? Tales non mirẽtur aspicientes eoꝝ felicitatem caducam: sꝫ magis nouissima eorum intendant: q̃nta illis post hec eterna supplicia preparent: dicente ꝓpha. Ducunt in bonis dies suos: ⁊ subito ad inferna descendunt. Et signat vobis in isto diuite epulone: qui erat diues. s. diuitias amando. Et ideo reprobat. Hic induebat purpura ⁊ bysso: non solum q̃ delicate sunt vestes: sed vt ꝑ hoc aliquid significet. Purpura tingit de sanguine: ⁊ q̃ ea de quibus viuere debent pauperes in vsus suos conuertunt: purpuraꝫ indui dicunt. vnde ecclesiastici. 34. Panis egentium: vita pauperum. ¶ Item byssus bene iungitur purpure. Byssus candida est: ⁊ significat conscientie candorem: quam ad palliandum iniquitatem suam assumunt: ⁊ vt iusta videant oia: que faciunt: imponũt crimen eis: quos defendant: ⁊ epulant quottidie splendide. vnde licꝫ semper culpa sit comedentis ⁊ bibentis: ⁊ nõ cibi ⁊ vini: tamen sunt quedam vitia: que tanguntur hic ex parte rei: quedã ex parte ꝑsone. Ex parte rei: vt epularum voluptuositas: ferculorum diuersitas: crapulaꝝ gulositas: occasio alterius mali. ¶ Iteꝫ ex parte persone: vt ardor: appetitus: ⁊ delectatio palati prurientis Reprehenditur etiam luxus in vestitu: ꝓpter sui ꝑciositatem: que respicit precium/ ꝓpter multitudinem: que respicit numerum propter curiositatem: que respicit studium: propter indecentiam: que respicit persone statum: ꝓpter fallaciam: que respicit alienuꝫ visum: ꝓpter ostẽtationem: que respicit ornatum vanum. vnde Grego. Nemo putet in luxu vestium deesse peccatuꝫ. Hec duo damnat Johes Baptista cuius vestimenta erant de pilis camelorum: ⁊ cibus locuste: ⁊ mel siluestre. Mat. 3.

¶ Quarta ꝯclõ est: ꝙ voluntaria pauꝑtas est deo multum grata: eo ꝙ ordinat perfectionem caritatis: q̃ status xp̃iane religionis est quoddam exercitium: per quod peruenit ad ꝑfectionem caritatis: ad quod quoddã necessarium ẽ ꝙ aliquis affectum suum abstrahat a rebꝰ mũdanis. Quod fit per paupertatem: q̃ Augu. dicit ad deum. Minus te amat qui tecum aliquid amat: quod non ꝓpter te amat. Idem dicit ꝙ augmentum diuitiarum est iminutio caritatis. Ex hoc eniꝫ ꝙ aliquis res mundanas possidet: alicitur animus ad earum amorem. Et ideo ad perfectionem caritatis p̃mum fundamentum est voluntaria paupertas: vt aliq̃s absq̃ proprio viuat. Mat. 19. Si vis perfectus esse ⁊ cetera.

¶ Quinta ꝯclõ est: ꝙ ꝑfectio nõ ꝯsistit totalr in pauꝑtate: sꝫ ẽ in seq̃lla xp̃i: ſm illd̃ Jhero. super Mattheum. Quia non sufficit oia relinquere: addit petrus, Et secuti sumus te. Hoc aũt fit per mendicitatem: q̃ mendicare est viuere ad imitationem xp̃i: iuxta illd̃ psal. Ego autẽ mendicus sum ⁊c. Glo. Hoc dixit xp̃s de se ex forma serui. ¶ Nota etiã ꝙ pauꝑtas est instrumentum perfectionis: quo mediãte tollunt tria impedimenta caritatis. ¶ Primum est sollicitudo in abundantia diuitiaruꝫ per quam animus hominis multum impedit ⁊ distrahit: ne totalr feratur in obsequiuꝫ dei: de qua Mat. 13. Sollicitudo diuitiaꝝ suffocat verbum. ¶ Secundum est diuitiaꝝ amor qui ex diuitijs possessis auget. vnde Jheroꝰ. super Mat. Diuitie possesse difficile ꝯtemnũtur. ¶ Tertium est inanis gloria: que ex diuitijs nascit: ſm illud psal. Qui ꝯfidunt in virtute sua: ⁊ in multitudine ⁊c.

¶ Sexta ꝯclõ est: ꝙ dñs deus omnes homines si voluisset: diuites fecisset. Sꝫ voluit nõ sine causa esse pauperes. ¶ Primo vt q sustinent miseriam paupertatis: ad maiorem gloriam probarent. Nam ipsa pauꝑtas est signuꝫ dilectionis diuine. ¶ Secundo vt sint diuitibus materia exercẽde pietatis. Ubi. n. nõ est

miseria: ibi non habet locum misericordia. vn
de prouerbiorum. 19. Feneratꝛ proximo suo:
⁊ qui preualet manu mandata seruat. ¶ Ter/
tio vt haberent homines aliquid: in quo pro/
prie deo assimilarenꝛ. Et hec est misericordia.
vnde estote misericordes. Mat. 2. ¶ Quar/
to vt esset aliquid: quod dominus obijcere pos
sit reprobis in iudicio. Vnde Matthei. 25.
Esuriui ⁊c. Et hoc est ꝙ dicit. Erat qdaꝫ men
dicus. vnde licet hac miseria grauatꝰ fuit: nõ
tamen non reprobatus: sed predestinatus. Et
ideo nomine lazarus. Lazarus interpretaꝛ ad
iutus: vel auxiliatꝰ a domino: scilicet per gra/
tiam predestinationis. Iste dicitꝛ mendicus:
non pauper. Sunt enim pauperes: qui non
sunt mendici: qui qꝛ ĩpulsant: nõ ita pietatẽ ex
citant: qꝛ per clamorem paupis pietas excitaꝛ.
Ostenditꝛ igitur indigentia istius mendici ad
pene diuitis augmentationem. ¶ Primo in
eius egestate: quia mẽdicus. ¶ Secundo in
eius debilitate: quia iacebat ad ianuam iacen
tem. vnde Criso. Iacebat ante ianuaꝫ: vt cru
delitatem diuitis in suo corpore demõstraret.
¶ Tertio in eius infirmitate: qꝛ vlceribꝰ ple/
nus. Solent vlcera infirmorum visa affectuꝫ
pietatis prouocare: a qbus qui auertit oculos:
pietati se negat. ¶ Quarto in famis anxietate
qꝛ cupierat saturari de micis. vnde pauper si
peteret diuitias: non esset exaudiendus.

Scd̓a ꝯsideratio.

Secunda consideratio est videre quo
modo sunt differẽtes in morte: qꝛ si
cut differentes fuerunt in vita merẽ
do: sic in morte premium recipiendo: ibi. Fa
cum est aũt ⁊c. vbi occurrũt sex conclõnes.
¶ Prima est: ꝙ in hac vita solum est licitum
meritorie operari: quia nunc solum est tempus
misericordie: post modum equitatis. Et quia
meritum fit per virtuosas operationes. Igitꝛ
debitores sumus virtutum ac meritoꝝ: ⁊ ope
rum perfectorum. Et qꝛ ad hec cumulãda me
rita tempus vite accepimus: ergo operari de/
bemus iugiter. Vnde Isido. Tantum in hac
vita est licitum opera bona: illic non: quia ibi
non operatio expectaꝛ: sꝫ retributio meritoꝝ.
¶ Secunda cõclusio: ꝙ post istam vnusqsqꝫ
recipiet vicem pro abditis: ideo per opera in/
terrogatur anima: vbi debet esse in loco pena
rum: an glorie. Dicitur enim dispensatori.
Voca operarios: redde illis mercedem.
Math. 20. ⁊ optime. Reddit enim vnicuiqꝫ
ad minimum: vel de iustitia: vel de nequitia.
vnde in euangelio dicitur. Factum est au/
tem vt moreretur mendicus: factum est autem
scilicet deo vocante: ⁊ a miseria liberante. vn/
de non dicitur mori: sed educi de carcere. Et
sic bene dicitur mẽdicus: non Lazarus: quia
non anima: sed mendicitas est mortua in chri/
sto: sicut illud apocalypsis. 20. Non esurient
neqꝫ sitient ⁊c. ¶ In morte implicantur La/
zarum tria preterisse: scilicet egestas: vilitas:
⁊ penalitas. Mortuus est enim naturaliter: ⁊
sic cessauit egestas. Delatus est venerabiliter
⁊ sic cessauit vilitas. Depositus est fideliter:
⁊ sic cessauit penalitas: quia dicitur ꝙ deporta/
tus est in sinu Abrahe: qui est locus qui ⁊c.
Mortuus est auteꝫ diues. s. multis mortibꝰ.
¶ Primo morte culpe: quia separaꝛ anima a
gratia. ¶ Secundo morte corporali: qꝛ sepa/
ratur anima a corpore. ¶ Tertio morte pene
eterne: qua anima separaꝛ a dei gloria. Et hoc
est triplex veh. Apoca. 8. Sequitꝛ. Et sepultꝰ
est in inferno.
¶ Tertia ꝯclõ est: ꝙ per misericordiam dei ni
hil relaxaꝛ de pena damnatorum. Apocalꝛ. 18.
Quantum glorificauit se in delicijs suis: tan/
tum date illi tormentum ⁊ luctum. Intelligen
dum tamen ꝙ pena damnatoꝝ potest duplici/
ter considerari. ¶ Primo mõ inquantum est
ante taxationem ⁊ inflictionem. Sic misericor
dia dei relaxat: qꝛ peccator cum mereretꝛ penaꝫ
infinitam acerbitate vel intentione: qꝛ offensa
ratione persone est infinita. Et sic deus quasi
infinitam ꝑtem relinquit: qꝛ in omni ope dei ẽ
misericordia ⁊ veritas: vel etiam peccator me
retur penam infinitã duratione: ꝓpter incorri
gibilitatem voluntatis seu culpe. vnde de hac
nihil relaxat. ¶ Scd̓o incꝗtuꝫ est post taxatio
nem ⁊ inflictionem: sic nihil etiam relaxat. Et
hoc est ꝙ dicit. Eleuans aũt oculos suos: scili
cet qui in inferno nõ poterat se leuare: leuauit
oculos ad paupem in tormentis: qui non leua
uerat in delicijs. Cuꝫ esset in tormentis infer/
ni vidit Abrahã sibi in penaꝫ: qꝛ vt Grego.
dicit. Oculos quos culpa claudit: pena aperit
A longe: tuꝫ ꝓpter locorum distantiam: qꝛ di
ues in ꝓfundo: Abraham in limbo: tum pro/
pter impossibilitatem ꝑmioruꝫ: qꝛ longe a pec
catoribus salus: ⁊ Lazaꝝ in sinu suo. Quẽ. s.
in sua prosperitate dedignabaꝛ videre: modo
videt ad cumulum pene. Et ipse clamans di/
xit pre dolore. Pater Abraham: cuius erat fi

lius genere: sed non imitatione. vnde si qs hospitalis in paupes fuisset: filius Abrahe esset. Miserere mei. Ecce stulta petitio. Cupit. n. sibi misereri: qui nec sui: nec Lazari misertus fuit. Jacobi. 3. Judicium sine misericordia fiet ei: qui non fecit misericordiã. Sinus Abrahe est requies sanctorum paupum. Scdz glo. quorum est regnum celorum. Sepultura inferni est penarum ꝓfunditas: que superbos ⁊ misericordes post hanc vitam vorat.

¶ Quarta ꝯclo est: ꝙ per suffragia eccl'ie nulla fit mitigatio pene in damnatis: qꝛ Augu⁹. dicit de ciuitate dei: ꝙ si sciret patrem suum eẽ in inferno: non oraret pro eo: quia sciret ei suffragia ecclesie non ꝓdesse. Et ideo dicendum ꝙ damnati cum sint omnino membra presciisa ab ecclesia: ideo suffragia ecclesie eis non prosunt. Hoc enim pz: cum di. Et mitte Lazaꝝ vt intingat ⁊c. id est impartire mihi modicum de meritis Lazari: vt refrigeret linguã meaz. Ecce conueniens ordinatio pene ad culpam.

¶ Primo qꝛ lingua peccauit: ibidez punitur iuxta illud sapientis. Per que peccauit ⁊c.

¶ Scdo si iaz possidet te totus ignis inferni quare solius lingue estibus desideras subueniri: qꝛ misericordiam nõ precipit fieri. Ideo addit. Quia crucior in hac flãma: hic notaꝛ ꝙ ignis non agit in spiritum virtute nature sue: sed inq̃ztum est instrumentum diuine iustitie: sicut baptismus est instrumentum diuine mie.

¶ Quinta ꝯclo est: ꝙ post iudicium mali tristabiliter ponentur in eternis supplicijs: ⁊ iusti gaudenter in eternis p̃mijs. Dicent enim iusti damnatis illud psal. Ecce homo qui non posuit deum adiutorẽ ⁊c. Et ideo Gregori⁹ dicit: ꝙ aliqui sunt: qui nõ iudicanꝛ ⁊ pereunt: vt infideles: quia iam iudicati sunt. Alij non iudicantur ⁊ regnant: vt sancti. Alij iudicantur ⁊ pereunt: vt peccatores fideles. Quibus dicitur. Esuriui ⁊ nõ dedistis ⁊c. Alij iudicantur ⁊ regnant: vt fideles mediocriter. Quibus diceꝛ. Venite benedicti patris mei. Et hoc est qd̃ sequitur. Dixit illi Abraham. Fili. Filium autem vocat ipsum: vt dolor eius augeatur de perdita hereditate. Recordare qꝛ recepisti bona in vita tua: id est ad voluntatez tuam. Et Lazarus similiter mala: scilicet transitoria: quia ſm glosam licet Lazarus aliquid mali habuit: hoc tamen ignis ꝑpetuitatis purgauit. Nunc vero hic consolatur: eterna consolatione ꝓ modica tribulatione. Tu vero cruciaris: id est eterno cruciatu pro tẽporali delectatione. Et in hijs oibus inter nos ⁊ vos magnum chaos firmatum est. Chaos ſz glo. est magna distãtia meritoꝝ. vñ dr̃ inter diuitez ⁊ pauperem magnuz chaos esse: quia post mortem nequeunt merita mutare: patet textus.

¶ Sexta ꝯclo est: ꝙ damnati non possunt reuerti ad bonuz: qꝛ damnati sunt obstinati in malo: sicut beati sunt confirmati in bono. Sz beati ꝓpter confirmationem non pñt in malũ. Igitur ⁊c. Intelligendum tamen: ꝙ cum quadruplex sit bonum: scilicet nature: moris: gratie: ⁊ glorie. De bono nãe non est questio: qꝛ damnatio non aufert bonuz nature: vt in ip̃is perseueret malum pene ſm Gregoᵐ. Si vero de bono moris intelligiꝛ questio: dicenduz ꝙ velle ex deliberatione potest aliquis dupl'r: vel per se ꝓpter ip̃m bonum: ad quod est ꝑ se ⁊ eius amorem: ⁊ odiuz mali: vel per accidẽs: scilicet ꝓpter fugam pene ꝓprie vel aliorum. Isto scdo modo dico ꝙ possunt in actuz bonũ moris: vt velle nunq̃z actum: qui peccatuz fuit vel est cõmisisse: ne eternaliter puniren̄. Que tamen voluntas non est bona voluntate moꝝ qꝛ nec recognoscit illum actum esse malũ: nec displicet ꝓpter se: qꝛ malus. sed solum rõne pene ꝓprie vel aliene. Sic iste diues moneri suos voluit: vt se a peccatis cohiberent. Non ꝙ per se hoc voluerit ꝓpter odiuz peccati ⁊ amorem illoꝝ: sed qꝛ estimauit se posse corpori suo restitui: ⁊ mitti ad ip̃os: ⁊ sic a penis subtrahi. vnde ista monitiõe nullo modo simpl'r ꝓpter bonum istoruz illos admoneri voluit: sed propter bonum ꝓprium: dicente Abraham. Habent Moysen ⁊ ꝓphetas. Respondit. Non pater Abraham: sed si aliquis ex mortuis ⁊c. quasi diceret. Per me sic fiat: quia magis idoneus sum ad hoc: ⁊ mihi magis credendũ est. Si vero fiat questio de bono gratie ⁊ glorie: siue quo ad actum: siue quo ad habituz simpliciter sic tenendum est: ꝙ non possunt reuerti vnq̃z ad bonum gratie: aut ad actum gratie ⁊ glorie: siue quo ad actum: siue quo ad habituz nec ad habendum bonum actum ꝓcedentez a gratia aut gloria. Et hoc est qd̃ dicit. Rogo ergo te pater. Non est credendũ ꝙ rogauerat ex caritate: quam ante mortez non habuit: nec post acquisiuit: sed timore pene. Sciebat enim ꝙ ex consortio fratrum augereꝛ sibi pena: vt mittas eum scilicet Lazaruz in domo patris mei. Ecce crudelitas. Quia cum non posset impe-

trare q ad eũ veniret in infernũ rogat saltem q ad fratres suos mittatur in mundũ. Habeo eniz quinqz fratres. Hoc ideo forte dixit: qr bz quinqz sensus delicijs dediti erant ipsi: sicut ⁊ ipse cum viuebat: ex quo patet conformitas eorum ad ipsum: vt testetur illis: in eam miseriã Ne ⁊ ipsi veniant in hunc locum tormentorũ A quo nos preseruet.

¶ Feria sexta secunde dominice quadragesime. Sermo quinquagesimus sextus.

HOmo quidã plantauit vineã. Mat. 21°. Scdm q dicit beatus Bernar. Nihil ita displicet deo in filijs gratie: sicut ingratitudo. Ingratitudo eniz viaz obstruit grẽ: ⁊ vbi fuerit illa: iam grã accessum non inuenit: locũ non habet. Nonne iure perditum reputet: qd ingrato donatuz est aut dedisse peniteat: quod perisse videtur: opz ergo gratiosum esse hoiez ⁊ deuotum: qui per cepta gratie numero manere sibi vult ⁊ multiplicari. Unde tria mala de ingratitudine ꝓueniũt. ¶ Primo bona a deo accepta auferri facit. Augu. Quod deus dederat gratis: detulit ingratis. ¶ Scdo danda impedit. Gregori. Non est dignus dandis: qui non agit grates de datis. ¶ Tertio quia non solum priuat bonis: sed penam addit. Unde Ezechias. Punitus est de ingratitudine triumphi. Ysa. 38. Sed quia deus sm Gregorium nunquã cessat bene facere. Ideo dignum est semper gratias agere. Hoc autem nobis in euãgelio exẽplificat. vbi occurrũt nobis q̃tuor ꝯsideratões.

Prima consideratio.

PRima consideratio est de incessabili beniuolentia dei circa nos in beneficiorũ largitione. Quod notat vinee plantatio. vbi occurrunt quatuor cõclusiones. ¶ Prima conclusio: q deus est omnium rerum creator: patet Roman. xj. Ex ipso: ⁊ per ipsuz: ⁊ in ipso sunt omnia preter peccata: quorum creator non est deus. Unde Augustinus dicit. Cũ audimus omnia esse de deo: omnes itaqz naturas intelligere debemus: ⁊ omnia q̃ naturaliter sunt: neqz ex ipso sunt peccata: que naturam non seruant: sed vitiant. Unde necesse est dicere: Qd omne quocunqz modo est: a deo est. Si enim aliquid inuenitur in aliquo ꝑ participationem: necesse est q causetur in ipso ab eo cui essentialiter conuenit: sicut ferrum fit ignitum ab igne. Sed quia deus est ipsum eẽ subsistens: ⁊ esse subsistens non potest esse nisi vnum. Relinquitur igitur q omnia alia a deo non sunt suum esse: sed participant: necesse est igitur omnia que diuersificantur: sm diuersam participationem essendi. Causatur ab uno primo ente: quod perfectissimum est. Unde Aristoteles. 2°. methaphi. dicit. Qd illud quod est maxime ens: ⁊ maxime veruz est causa omnis entis: ⁊ omnis veri: ⁊ hoc ẽ quod dicit. Homo quidam paterfamilias: scilicet deꝰ ⁊ dominus totius creature. Dicitur enim pater noster multipliciter. ¶ Primo creatione. Psalmi. Nunquid non est ipse pater tuus: q fecit inquam te sm corpus. Creauit sm aiam. possedit sm vtrunqz. ¶ Secundo redemptione. Ysa. Tu domine pater noster ⁊ redemptor noster a seculo nomen tuum. ¶ Tertio fidei instructione. Joannes. Dedit eis potestatem filios dei fieri. ¶ Quarto adoptiõe. Romanorum octauo. Accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus. Abba pater. ¶ Quinto glorie collatione. Ad gala. 4. Itaque. Jaz non est seruus: sed filius ⁊c.

¶ Secunda conclusio est: q in mente diuina sunt forme exemplares. Per quas omnia que sunt naturaliter: siue per creationem determinatas formas consequuntur: quod patet. vnde oportet dicere: q i diuina sapientia ratiões sint oiuz reꝝ que dicũtur idee. i. forme exẽplares i mente diña existẽtes: q̃ q̃dẽ multiplicat ad res Non tamen sunt realiter aliud a diuina essentia: ꝓut eius similitudo diuersimode aduersio pticipari põt. Posset etiam in rebus creatis q̃dam alioꝝ exemplaria dici: sm q quedam sũt ad similitudinẽ aliorum: vel sm eandem spẽz vel sm anologiam alicuius imitationis. vnde saluator volens ꝑfectionẽ vite meritorie pducere in anima: siĩitudinem exẽplaris in vinea adhibuit: vt ex hoc ꝑfectio vite in aĩa: determinatam formã ꝯsequeret: qua mediante redire possit ad ipsum: a quo ꝓcessit per creationem. vnde dicit. Qui plantauit vineam. i. aiam rationabilem. Jhe. 2. Ego autem plantaui te vineam electam. vnde glo. ⁊ habetur super illud Ysa. 5. Uinea domꝰ sabaoth domꝰ israel ⁊c. Cuncta que dicuntur de vinea ad statum aie referuntur: que a deo plantata nõ attulit vuas

sed labruscas. Dicitur aūt aīa vinea ¶ Pri
mo ꝓpter inutilitatem sarmenti abscisi a vite:
simil'r aīa abscisa a spūali edificio: nihil valet.
¶ Scdo q2 sicut vinea ꝑ tormenta .i. abscisio/
nem ⁊ terre actionem fructificat: sic anima per
sustinentiam operum penalium. ¶ Tertio: q2
sola vinea dat vinum: sic aīa deuota soli deo ac
cepta. ¶ Quarto: q2 sicut vinea degenerat ⁊
luxuriat faciens vinum debile: qñ vinea sita ē
in pingui terra: sic anima in delicijs. ¶ Quin
to q2 sicut vinea radicata in petra ⁊ loco eminē
ti ⁊ in aspectu solis fecunda est ⁊ forte generat
vinum: sic aīa existens in dura vita seu penitē
tia. Ihere. 3. Adhuc plantabis vineam i mō/
tibus samarie. Ista vinea diuinis ꝯsolationi/
bus appodiatur ⁊ ligatur celestibꝰ desiderijs.
¶ Tertia ꝯclō est. ꝙ tria sunt que ꝑtinēt ad cō
seruationem huius vinee: q2 non sufficit alicu
ius ꝑfectio si nō ꝯseruetur in esse. ¶ Primuz
est sepes circūstans: que defendet ab incursibꝰ
quotidianis feraꝝ: que est debita custodia sen/
suum ⁊ cordis. Ne .s. sensus ab extra aliquod
delectabile transitorium ꝑcipiant: quo possent
alici: ⁊ a summo delectabili separari. Et ideo ꝑ̄
cauendum est. ¶ Primo ergo dꝫ statiꝫ in ꝑ̄n
cipio ꝑ̄scindi: quia infirmitas in ꝑ̄ncipio facili
us remediatur: ita spiritualis. Ihero. Impos/
sibile est in sensum hominis non irruere cogi/
tationes. Ille laudatur: qui statim vt ceperit co
gitare: allidit cogitatus suos ad petram Chri/
stum. ¶ Secundo vt temptatio figuratur: si/
cut homo sapiens fugit: vbi superare non po/
test: sic Joannes baptista fugit in desertū. Ec
clesia. 29. Quasi a facie colubri fuge peccatuz.
¶ Tertio ꝙ debet penalitatibꝰ expelli sicut vi
demus in naturalibus: Qꝺ nulla forma expel
litur nisi a sua contraria. Et ideo: quia omnis
temptatio est allectiua: ideo per penam fugari
dꝫ: quia in moralibus pene sunt sic̄ medicine.
Unde colocen. 3. Mortificate membra vestra
Unde dicit. Et sepem circūdedit ei: id est dili/
gentem custodiam. Ecclesia. 36. Ubi non est
sepes diripitur possessio. Iteꝫ prouerbio. 14.
Omni custodia custodi cor tuum: quia ex ipso
vita procedit. ¶ Secundum est torcular bone
conscientie. vnde sicut in torculari vinum ex/
primitur: sic conscientia quadā remurmuratio
ne informatoria docet facere bonum: ⁊ vitare
malum. vnde conscientia dicit duo: scilicet sciē
tiam ⁊ habitum. Hec conscientia est habitus
naturalis: non solū cognitiuus: sꝫ etiā motiuꝰ

Inclinat. n. habitum ad perfectionem boni:
⁊ fugam mali: vnde ꝯsciētia accusat de preteri
to: remurmurat de presenti ⁊ precauet de futu
ro. Preterita nanqꝫ respicit quando mentem
de hoc quod sibi ꝯscientia est reprehendit sicut
est de malo cōmisso vel bono ammisso. Pre/
sentia eniꝫ respicit ꝯtradicendo eis cuius ꝑ con
scientiam habuimus oppositū. Futura quoqꝫ
respicit vt quando instituit ⁊ stimulat mentem
ad ea facienda: vel vitanda ad que nos iudicat
teneri. Cauenda est tamē ꝯscientia minus lar/
ga: ⁊ minus stricta. ¶ Naꝫ prima generat pre
sūptionē. ¶ Secunda desperationē. ¶ Pri
ma dicit semꝑ malū bonū. ¶ Secunda bonū
malum. Et ideo dicit Bernar. ꝙ bonā con/
scientiam faciunt in nobis duo .s. penitentia ꝑ
quam peccata cōmissa punimus: ⁊ scientia qua
punienda nō ꝯmittimus: ⁊ hoc est ꝙ dicit. Et
fodit in ea torcular: id est contulit ei ꝯscientiā:
que preterita accusaret: ⁊ presentibꝰ remurmu
raret: ⁊ futura mala preuocaret. ¶ Tertium ē
turris patientie. Nam sicut turris est securum
ꝓpugnaculū quo mediāte insultus pugnantiū
reprimunt': sic patiētia ē virtus cōtumeliaꝝ ⁊
oīs aduersitatis īpetus eq̄nimiter portās. vñ
talis dicit. Patientia est honestatis: ⁊ vtilitat'
causa reꝝ arduaꝝ: ⁊ terribilium voluntaria ac
diurna perpessio. Ihero. Non nisi per patien
tiam implet' qꝺ dicit'. Regnum celoꝝ vim pa/
titur: ⁊ violēti rapiūt illud. vnde Mat. 5. Be
ati qui persecutionez patiunt' ⁊c. Et hoc est qꝺ
dicit. Et edificauit turrim in medio eius. vn/
de ip̄a est turris fortitudinis defendens nos a
facie inimici.
Quarta ꝯclō: ꝙ saluator multa bona nobis cō
tulit: vt patet in bonoꝝ plantatione: ⁊ in malo/
ruꝫ amotione: in aduersarioruꝫ defensione: in
motuū instructiōe: ī latiōe legis: ⁊ ritus institu
tione. Tamen hec omnia que contulit nobis
siue naturalia: siue spiritualia: siue gratuita cō/
misit libertati nostre voluntatis: siue liberi ar/
bitrij: vt istis mediantibus operatiōe liberi ar/
bitrij efficeremur beati .s. libera eius electione
vnde liberū arbitriuꝫ est subiectum gratie qua
sibi assistente bonum eligit liberum arbitriuꝫ
indifferenter se habet ad bene eligendum: vel
male. vnde Ber. Bonū opus sine duobus
fieri non potest. Nam deus auctor salutis ē li
berum arbitrium capax est salutis: nec dare il/
la nisi deus: nec capere ista: licet nisi libeꝝ arbi
trium. Et hoc est qꝺ dicit. Et ꝑegre profectus

est non mutando locum: sed operandi liberū
relinquens arbitrium. vbi Beda. Qui vbiqꝫ
est fuit cum viatoribus liberum operandi arbi
triū relinquēs. Ecclesi. 5. Deus ab initio ꝯsti
tuit hoīeꝫ: ⁊ reliqt eū in manu ꝯsilij sui: ⁊ loca/
uit eā agri. vt. s. liber oparet opibus vtuosis.

Secunda consideratio.

SEcunda ꝯsideratio est de igrata mali
uolentia nostri circa deum in benefi
cioꝝ vilipensione: qđ ostendit nunci
orum ⁊ heredum necatio: cum dicit. Cum aūt
tp̄s fruct⁹ appropinq̄sset. vbi occurūt. 4. ꝯ°es.
¶ Prima ꝯclusio ē: ꝙ solius hominis est be-
atitudinē mereri opibus virtuosis: cum beati
tudo sit premium virtutū. Cuius ratio est: qꝛ
vt dicitur quarto metha. Unūquodqꝫ natura/
lium determinatum est ꝓpria sua operatione:
sicut oculus ad videndum. Quia igitur inter
ceteras creaturas: rationalis creatura ē digni
or. Ideo magis debꝫ esse determinata sua pro
pria opatione: que est respectu finis vltimi in
videndo deum ⁊ fruendo: sed qꝛ hunc finem ꝑ
operationes pure naturales attingere non po
test. Ideo oportet superaddere operatiōes vir
tuosas: que partim sunt supernaturales: vt fi/
nem vltimum attingāt. Quia vt ait sapiēs ope
ranti iustitiam mercēs fidelis. Iste autē ope/
rationes dicuntur fructus gratie: đ quibus di
citur. Cum autem tempus fructuum appropin
quasset: idest operationum virtuosorum: quos
apostolus noīat. gal. 6. dicens. Fructus autē
spiritus: caritas: gaudium: pax: patientia: lon/
ganimitas: bonitas: benignitas: mansuetudo
fides: modestia: cōtinentia: ⁊ castitas. ¶ Qđ
aūt hijs fructibus possit beatitudo attingi. Pa
tet primo de caritate: qꝛ caritas ꝭm Aug. est do
num omnia alia dona perficiens: quia sine ca
ritate non ꝓducunt effectū meritoriū. ¶ Se
cundo pꝫ de gaudio: quia gaudium est de bo/
no presenti: spes de futuro: ⁊ memoria preteri
torum propter certam expectationem preueni/
entem ex gratia dei: ⁊ ex meritis precedentib⁹.
¶ Patet etiā tertio de pace: Ipsa enim ē spi/
ritualis locus dei. Unde secunde cor. vltimo.
Pacem habete. ¶ Quarto etiā patet de pa/
tientia: qꝛ ipsa est radix ceterarum virtutū. vn
de dicit glo. super illud. In patientia ⁊c. Pa/
tientia est custos ⁊ radix omnium virtutum.
¶ Quinto patet de longanimitate: que diu ex
pectat promissum vite eterne. Patienter susti
nens aduersa: vt dicit Tullius. ¶ Sexto pa/
tet de bonitate virtutis. s. hoc est quando addi
tur omnis perfectio ex parte operātis: que ē ꝑ
habitū mentis bene constitute. ¶ Septimo
patet de benignitate: que habet effectum bonū
vt delectet bene agere maxime egēis large sub
ueniendo de facultatibus suis. ¶ Octauo pa/
tet de mansuetudine: que ꝭm philosophū. 4.
ethico. est moderantia passionum reprimens
vindicte appetitum. Unde mansuetus dicitur
quasi manu assuetus: scilicet mala ferendo.
¶ Nono patet de fide: sine qua impossibile ē
deo placere: vt dicitur ad hebr. 9. ¶ Decimo
patet de modestia que cauet indecentiam i ver
bo: in risu: in motu corporum: in membrorū
situ: vel in actu. vnde Tullius. Modestia est
qua pudor honestatis puram ⁊ instabilē com
parat auctoritatem. ¶ Undecimo patet de cō
tinentia. vnde Ber. Continentia perfecta est
virtus: quando solo diuini amoris obtentu a
peccatis nos continemus. ¶ Duodecimo pa/
tet de castitate. vnde Bernar. Continentia ca
stitatis diluitur: qcquid ante luxuria ingnauit.
¶ Secunda conclusio est: ꝙ in hijs segniter
laborantibus mittuntur tres nuncij. Quorū
unus informat. Secundus imperat. Ter/
tius incutit timorem. ¶ Primus nuncius est
sacra scriptura. Hec enim docet vitia obiurga
re ⁊ extirpare ⁊ virtutes inserere. vnde secun/
de thimo. 3. Omnis scriptura diuinitus inspi
rata. Utilis est ad docendum: ad arguendum
ad corripiendum: ad erudiendum in iustitia:
vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonū
Ex quo patet ꝙ est summe auctoritatis. Et iō
sibi summe adherendum: quia a deo reuelata:
nihil continens falsitatis. ¶ Secundus nun/
cius qui increpat est infirmitas. Hic nuncius
mittitur quantum ad corpus: quandoqꝫ ad ma
los ⁊ reprobos ad vincendum eorum maliciā:
quia ad hoc ne corrigantur subterfugiunt pre/
dicationes audire. Psalm. Noluit intelligere
vt bene ageret. Sed dominus occasionē mit/
tit ad corpus infligens eis loco predicationis
corporis infirmitatem. Psalmi. Multiplica/
te sunt infirmitates eorum. ¶ Tertius nunci
us est timor dei: qui docet fugere qđ ei aduersa
tur. vnde Augu. Non est turpis fuga: iacula
fugere: scilicet protegēdo se: hic a domino mit
titur: quando menti infunditur inuitās ad car
nis mortificationem: quia ponit fides ante ocu
los penas eternas timor resilit: ⁊ iam non ti/
met pro illis euitandis sustinere penas corpo/

rales. Talis enim timor facit hominem obedi
entem. Vnde Gregorius. Deum timere est
nulla que facienda sunt preterire. ¶ Talis. n.
timor primo incutitur ex consideratione omni
potentie dei: quaȝ nemo refugere potest. ⁊ cui
nemo resistere põt. Ysa. 44. Vltionẽ capiaȝ:
⁊ nõ resistet mihi hõ. ¶ Secundo ex conside
ratiõe penaꝝ futuraꝝ: que grauissima est: de q̃
Augu. Exuperat omnem penam quam aliqs
in hoc mũdo perpessus est. Et hoc est quod di
cit. Misit seruos suos ad ag. ⁊c.

¶ Tertia conclusio est: ꝙ opera carnis semꝑ
contrariantur fructibus spiritus. vnde aposto
lus dicit ad gala. quinto. Caro concupiscit ad
uersus spiritum: ⁊ econuerso. Intelligẽdo igi
tur ꝙ accipiendo opera carnis ⁊ fructus: spiri
tus ꝓm cõmunem rationẽ contrariantur. Spi
ritus sanctus scilicet mouet humanam menteȝ
ad id quod est ꝓm rationem. Appetitus auteȝ
carnis trahit ad sensibilia bona: que sunt infra
hominem. Unde sicut motus sursum ⁊ deor/
sum contrariantur in naturalibus: ita in operi
bus humanis contrariantur opera carnis fru
ctibus spiritus. vnde quantum ad propositum
contra veneficia: aut etiam inimicitias: conten
tiones ⁊ emulationes: animositates: ⁊ discen/
siones opponitur caritas longanimitatis: ad
sustinendum mala hominum: inter quos viui
mus: ⁊ ad curandum benignitas: ⁊ ad igno/
scendum bonitas. Heresibus autem opponi
tur fides: inuidie mansuetudo: ebrietatibus ⁊
cõmessationibus continentia. Et hoc est quod
dicit. Agricole autem apprehensis seruis suis
Alium ceciderunt. Uere sacra scriptura cedi/
tur: cum non solum nolunt eam intelligere: vt
bene agant: sed etiam agnitam: contradictioni
bus vite ⁊ lingue eam nituntur impugnare.
Sequitur. Alium occiderunt. Vere nuncius
dei: qui est infirmitas occiditur: quando obsti
natus ob spem conualescentie ⁊ longioris vi/
te in malo perseuerat. Alium vero lapidaue
runt. Vere timor dei lapidatur: dum quis pre
sumptuose inherens proprie voluntati in malo
perseuerat. Et vere tales digni sunt perire: q̃r
nulla ad eos penetrare queat beniuolentia mo
nitoris. Hec Bernardus.

¶ Quarta conclusio est: quantum ingratitu/
do reprehendenda sit: non solum quia nõ red/
dit bonum pro bono: sed malum pro bono: ſȝ
maxime reprehendenda est: quia summo bene
factori ablatis muneribus pro hereditate nitũ/
tur inferre mortem. Unde licet diuersi sint be
nefactores: tamen sicut excellenti principaliter
debemus deo gratiarum actiones. Ideo maxi
me reprehendẽda est ingratitudo: que acceptis
beneficijs sibi reddit malum etiam mortis.
Istud sic declaratur. Nam ꝓm diuersas cau/
sas ex quibus aliquid reddi debetur: necesse ẽ
diuersificari debiti reddendi rationem: ita ta/
men ꝙ semper in maiori illud quod vnius est
continetur. ¶ In deo autem primo ⁊ princi/
paliter inuenitur causa debiti: eo ꝙ ipse est ꝓn
cipium primum omnium bonorum nostrorũ.
¶ Secundo quia est persona que dignitate ꝓ
cellit: ex qua gratuita beneficia procedunt.
¶ Tertio in aliquo beneficiorũ: a quo aliqua
particularia ⁊ priuata beneficia ꝑcepimus: ꝓ
qbus particulariter ei obligamur. Sicut g̊ q̃r
ds plus donauit: plus tenemur ei ad grãꝝ acti
onẽ. Ita etiã maxime reprehẽdenda est igrati
tudo: que deo ⁊ de eius ꝑceptis beneficijs ni/
titur reddere ⁊c. malum mortis. Et hoc est ꝙ
dicit. Nouissime misit ad eos filiuȝ suũ. Glo.
Missum insuꝑ heredem occidit: quo filiũ dei
ꝯculcat: ⁊ spiritu quo sctificatus est: ꝯtumeliaȝ
facit. vnde ihs a mendacibus: a simulatoribꝰ
⁊ ypocritis occiditur. Ihs bonitas occidit ab
hijs: qui eius beneficijs nõ molliuntur: ſȝ du
riores inueniuntur. Ihs caritas occidit a cupi
dis ⁊ auaris. Ihs mĩa ⁊ benignitas occiditur
ab hijs: q peccata iterare non cessant: nõ atten
dentes ꝙ deus ad pñiam eos expectat. Ihs iu
stitia occiditur ab hijs: q per insolentiã ⁊ con/
tentionem suoꝝ ꝯcordiam ⁊ pacem infringũt.
Sed extra vineam ihm eijciunt: q diabolum
in corde eorum ꝑ pctm̃ dñari permittunt.

Tertia ꝯsideratio.

Tertia ꝯsideratio est de iusta sentẽtia
dei circa nostram ingratitudineȝ in
malorũ punitiõe: qđ ꝓbat vinee abla
tio: ibi. Cuȝ venerit dominus vinee: vbi sunt
quatuor conclusiones.

¶ Prima ꝯclo est: ꝙ in omni iudiciaria cau/
sa non est ꝓcipitanter agendum: sicut in dãna
tionis sententie latione. Sed dȝ fieri ꝓcessus
ꝓm maturi ꝯsilij deliberationem. Ad hoc. n.
requiritur discretio. Nam ꝓm Ber. vbi est ve/
hemens emulatio: ibi maxime discretio neces
saria est: que est ordinatio caritatis. Semꝑ q/
daȝ zelus absq̃ȝ scientia minus vtilis ⁊ efficax
inuenitur: ⁊ ꝑniciosus valde sentitur. Et ideo
saluator hos ingratos nõ statim damnauit: ſȝ

discrete deliberauit: dicēs. Cū venerit dn̄s vi
nee ꝛc. q. d. in talib⁹ nō est p̄cipitāter agēduȝ.
¶ Scda ɔcl'o est: ꝙ vindicatio correctōis non
semꝑ est differenda: cum iniquus frequenter
ex dilatōe debite pene ꝓꝛetur: ſ ȝ illd eccl'i. 8.
Quia nō cito ꝓfertur ɔtra malos snīa: filij ho
minum sine timoꝛe ꝑpetrant mala. Cohibent
aliq a peccato: qui officium virtutis non hn̄t:
per hoc ꝙ timent amittere aliqua: q̄ plus amāt
q̄ȝ illa: que peccādo adipiscuntur. aliqs timoꝛ
nō ɔspesceret pctm̄. Et ideo per subtractioneȝ
oīum que hō maxime diligit. s. vitaȝ: coꝛpoꝛis
sui libertatem: ꝛ bona exterioꝛa: puta diuitias:
patriam ꝛ gl'iam: homo iniquus frequēter cō/
pescitur ab iniquitate. vnde aiunt illi. Malos
male perdet: ꝛ vineam suam locabit alijs agri
colis ꝛc. Et ideo dicit Ber. Quid agimus?
Nōnulli dura ceruice ꝛ attrita frōte: quo ma/
gis eis compatimur: tanto magis ꝛ nostra cō
passione: ꝛ patientia abutuntur. Nonne sicut
cōpatiebamur fratri: ita ipsi iustitie compatien
dum est: quaȝ videm⁹ abijci tam īpꝛudenter?
Scio si qua in nobis est caritas: ɔtēptuȝ hunc
iustitie ferre equanimiter nō possumus. Hic
est zelus iustitie: qua accendimur aduersus de
linquentes erga iustitiam dei: quam contem/
ni videmus.
¶ Tertia ɔcl'o est: ꝙ lȝ quilibet ꝓpter nimie/
tatem excessus sit iudicādus: tamen nullus in
hac vita existens est ɔtēnendus. Et h̄ ꝑꝑ tria
¶ Primū est diuine gratie ꝓmpta assistētia
¶ Scdm est anime capacitatis abundantia.
¶ Tertium est remissionis peccati penitētia.
Quidam. n. dixerunt ꝙ peccatum in spūȝ san
ctum sit simpl'r irremissibile: ꝓpter finaleȝ im
penitentiam. Iste aūt modus non est verus.
Potest. n. pctm̄ esse in spūm sanctum: dato ꝙ
non haberent finaleȝ impn̄iam in se: sed tm̄ in
voluntate vel i intentione. Unde licet aliquis
peccaret cum intentione deliberata ꝙ nunquā
penituerit: pctm̄ in spūȝ sctūȝ ɔmitteret: dato ꝙ
postea de isto pctō peniteret. vnde dico ꝙ fina
lis impn̄ia in peccato nō facit peccatum in spi/
ritum sanctū: q2 sic omne pctm̄ moꝛtale in quo
homo moritur: eēt pctm̄ in spiritum sanctum
Sed pctm̄ in spūm sanctum est: cum mens vo
luntate ꝛ intentōe excludit ex se penitentiam ꝛ
remissionem: ꝛ pctm̄. Et ideo q̄ȝdiu homo vi/
uit in hac vita: pōt ab hac intentōe recedere.
Et ideo simpl'r est remissibile: lȝ ſm qd sit irre
missibile. i. difficile remissibile: tum ꝓpter de/
fectum excusantis: vt infirmitas inclinās: tuȝ
ꝓpter nāe ꝓnitatem inclinantem: tum ꝓpter
remedij repulsioneȝ. Et hoc est ꝙ dicit. Lapi
dem queȝ repꝛobauerunt edificantes ꝛc. quasi
diceret ꝙ nullus in hac vita debet condēnari
q2 deus aliquādo ingratos peccatoꝛes quo ad
iudicium nostrum pꝛedestinauit. vnde lapis
iste dicitur peccatoꝛ p̄destinatus: sed ꝓ tunc re
pꝛobatur obstinatus: sed non ꝑ semper: queȝ
edificantes. s. meritum exercitio virtuose actio
nis: repꝛobauerunt. s. iudicio eoꝝ ɔdemnan/
tes. Hic factus gratia p̄destinata sibi assistēte
In caput anguli. s. ꝑfectionis vite: q2 fulgebit
exemplo: sicut sol in ɔspectu alioꝝ. Anguli. i.
coniunctionis: q2 eius exemplo ꝛ doctrina ad
deum multi ɔuertentur: vt pȝ de Paulo.
¶ Quarta ɔl'o est: ꝙ iustificatio impij est ma
ximum opus. Psal. Miserationes eius suꝑ
omnia oꝑa eius. Et Augu⁹. exponens illud
Johis. 14. Maioꝛa hoꝝ faciet: dicit ꝙ maius
opus est ꝙ ex impio iustus fiat: q̄ȝ creare celū
ꝛ terram. Et ideo dicitur. A domino factum
est istud: ꝛ est mirabile in oculis nostris. s. ꝑꝑ
raritatem ꝛ magnitudinem potentie facientis.

Quarta ɔsideratio.

Quarta ɔsideratio est de ingratoꝛum
nescientia circa doctrinaȝ xp̄i: ꝛ eius
applicatōe: vbi dicit. Ideo dico vo/
bis: auferetur a vobis ꝛc. vbi sunt tres ɔ°es.
¶ Prima ɔcl'o est: ꝙ aliqui possunt deleri de
libꝛo vite: ſm illud psal. Deleatur de libꝛo vi
te ꝛc. Est. n. liber vite ɔscriptio oꝛdinatoꝛum
in vitam eternam. Ad quam oꝛdinantur ali/
qui ex duobus. s. ex p̄destinatione diuina. Et
hec oꝛdinatio nunq̄ȝ deficit: ꝛ ex gratia. Qui
cunq̄ȝ enim gratiam hȝ: ex hoc ipse dignus est
vita eterna. Et hec oꝛdinatio deficit interduȝ
per peccatum moꝛtale. Illi inq̄ȝ qui ex pꝛede/
stinatione oꝛdinati sunt ad vitam eternam: illi
nunq̄ȝ delentur de libꝛo vite: sed isti qui sunt
oꝛdinati ex gratia sola: sunt scripti non simpl'r
sed ſm quid. Et tales possunt deleri de libꝛo
vite. Et hoc est ꝙ dic̄. Ideo dico vobis: aufe
retur a vobis regnuȝ dei ꝛc. Dico ergo ex ve
stra cōfessione ꝛ pꝛophetica reuelatione cōclu
dendo: q2 auferetur a vobis regnum dei: idest
gratia pꝛedestinatiōis delendo noīa vestra de
libꝛo viuentium: ꝛ dabitur genti facienti fru/
ctus eius. i. peccatoꝛi pꝛedestiāto: qui facit fru/
ctus: scilicet habendo coꝛdis contritionem: di
uine legis meditationeȝ: beneficioꝝ dei recoꝛ

dationez ꝓrimoꝝ ꝯpassionez: ⁊ gratiaꝝ actio/
nez. Isti sunt fructus: ꝑ q̄bus daꝶ regnū dei.
¶ Scd̕a ꝯcl̕o est: q̄ causa executiua damnati/
onis est iustitia dei: q̄ꝛ iustum est vt ſm rectuz
iudicium deus vnicuiq̄ʒ respōdeat ꝓ merito.
Sed q̄ꝛ ꝓpter obstinati demeritū: digni sunt
damnatione: iustum est vt talis pena demeri/
ti eis infligaꝶ. Talis. n. iustitia p̄parat penam
ſm exigentiā meritoꝝ. vnde diciꝶ. Sup̄ quez
vero ceciderit. s. lapis ꝯteret eum. vnde glosa
Lapis vero sup̄ illum cadit: quem iudiciū dei
non credentē opprimit. Et ideo totus cōteriꝶ.
Criso. Quia xp̄s lapis est magnus: sup̄ quez
ceciderit. s. ſm iustitiam dei comminuet eum:
scilicet reprobationem.

¶ Tertia ꝯcl̕o ē: q̄ reprobi increpatōez nō su
stinent: sʒ exaspati reddūt maledictōez ꝓ bono
Prouenit. n. talis exaspatio ex mendacio fal
se opinionis sui status: qui mentiꝶ sibi statum
suum esse p̄fectuʒ: ⁊ increpatione non dignū.
De talibus loquitur apostolus Roma. 2. di/
cens. Deus reddit vnicuiq̄ʒ ſm op̄a sua. Se
quitur. Hijs aūt qui ex ꝯtentiōe: ⁊ qui nō acq/
escunt veritati: ⁊ credunt iniquitati. Ira ⁊ indi
gnatio. Glo. Aug. ibidem. Qui ꝯtendunt cū
deo nolentes penitere cū ip̄e multis modis ad
penitentiā vocet: ⁊ nō acquiescunt veritati: il/
lis diciꝶ credunt iniquitati talibus erit in iudi/
cio ira idest pena materialis: ⁊ spiritualis: ⁊ in
dignatio. s. in die iudicij: q̄ꝛ sibi ipsis indigna/
bunꝶ. Et hoc est qđ dicit. Cuʒ audissent. s. pa
rabole expositionem: cognouerunt qđ de ipsis
diceret. s. q̄ essent ingrati increduli: ⁊ damnā
di: querentes eū tenere timuerūt turbas. Que
rit christū in malo tenere: qui desperatione vi/
ctus non cessat a peccato: pro quo passus est: sʒ
timore turbaꝝ reprimitur: qui plus propter ve
recundiam q̄ʒ ꝓpter deum se cohibet a peccatꝭ
Et ideo addit. Quia sicut prophetam eū habe
bant: adherentes eius doctrine: ⁊ habentes di
splicentiam in omni malo ⁊c.

¶ Sabbato post dn̄icaʒ 2am q̄dra. Ser. 57.

H b Omo qui/
dam habuit duos filios.
Luc. 15. Secundum q̄
dicit glosa. Consuetudo
phariseorum erat: ⁊ scri/
barum murmurare de al
terius bono: vt patet de iustificatione magda/
lene: ⁊ de peccatoꝝ remissiōe paralitici. Luce.
50. ⁊ de peccatoꝝ receptione. Luc. 15. Sed
quare hoc? Ratio est sʒ Gregorium. Falsa iu
stitia non hʒ ꝯpassionez: sed indignationē. vn̄
ſm glo. hij dupl̕r errant: q̄ꝛ ⁊ se iustos putant
cum sint sup̄bi: ⁊ alios esse reos: cum iam pe/
niteant. Qđ aūt nullus dʒ indignari p̄p pecca
toruʒ receptionē: ostendit in parabola de filio
ꝓdigo: cuius pn̄ia fuit patri eius gloria: sicut
pʒ nob̄ in p̄senti euang°: vbi occurrūt nob̄ sex
considerationes. Prima ꝯsideratio.

P p Rima est de statu nature: quez pre
cedit vtriusq̄ʒ filij communis ꝓpa/
gatio: ibi. Homo quidam hēbat du
os filios: vbi occurrunt due ꝯclusiones.

¶ Prima est: q̄ statum nature: quem deus
prestitit hoi in sui creatione cum perfectionib⁹
suis gratuitis describit btūs Augu. de ci. dei
14. dicens. Viuebat hō in paradiso: sicut vo/
lebat: q̄ʒdiu h̄ volebat qđ deus iusserat: viue/
bat fruens deo: ex quo bono erat bonus. Vi/
uebat sine vlla egestate: ita semp̄ viuere: habēs
in potestate. Cibus aderat ne esuriret: pot⁹ ne
sitiret: lignū vite ne illū senectus dissolueret.
Nihil corruptionis in corpore vel ex corpore:
nullas molestias vllis eius sensib⁹ ingerebat
nullus extrinsecus morbus: summa in carne
sanitas: ⁊ in anima tota tranquillitas.

¶ Scd̕a ꝯcl̕o est: q̄ ex h̄ stipite. s. oleastro hu
mane nāe due ꝓpagines ascenderūt. s. penitē
tium ⁊ innocentiū: qđ innuit dicēs. Quia ha
buit duos filios ſm glo. s. penitentes ⁊ inno/
centes: qđ pʒ cum filij scit imitari patrē. He
ꝓpagines dicunꝶ filij: q̄ꝛ imitanꝶ patrē xp̄m.
Penitentes. n. sunt filij: q̄ꝛ imitātes xp̄m: car
nem suam crucifigunt cum vitijs ⁊ ꝯcupiscen
tijs. Quib⁹ diciꝶ Mat. 16. Si q̄s vult venire
In cui⁹ rei testimoniū sup̄ xp̄ʒ i trāsfiguratio
ne: q̄ significat pn̄iam aīam transfigurantem.
Audita est vox patris. Hic est fili⁹ ⁊c. Inno
cens ⁊c. Dicunꝶ filij: q̄ p̄destinati sunt ad vitā
eternam: q̄bus prodest passio xp̄i: de q̄bus ad
hebr. 10. Non sumus filij subtractiōis in per
ditionem: sed filij dei in acq̄sitionem anime.
Filius subtractionis fuit Judas: q̄ subtraxit se
numero apl̕oꝝ. Filius acq̄sitionis est omnis:
cuius exemplo vel exhortatione ꝯuertitur quis
ad bonū. vnde p̄me Johis. 5. dr̄. Qui ex deo
natus est: non peccat: q̄ꝛ generatio dei ꝯseruat
euʒ: vt nō peccet. vn̄ diciꝶ q̄ hūit duos filios.

Secunda consideratio.

S Ecunda ꝯsideratio est de lapsu culpe
quē ostendit filij adolescentioris a pa
tre recessio: ⁊ dixit adolescentior ex il
lis. Pater ⁊c. vbi sunt due conclusiones.
¶ Prima ꝯclo est: ꝙ permittit deus aliquan/
do cadere ꝑdestinatū in culpam: vt cognitione
sui reatus se humiliet: ⁊ ꝑfectior resurgat. Deꝰ
enim nouit de malo maximum bonum elicere
q̄ꝛ lapsum luciferi ordinauit ad hominis creati
onem: lapsum hominis ad xp̄i incarnationem
quod sup̄mum fuit miraculum: ꝓpter qđ dicit
Greg. O felix culpa. Non enim est magnuꝫ
in artifice ꝙ de bona materia: faciat bonuꝫ edi
ficium: sed de vili. Sed intelligendum ꝙ pec
catum cū sit malū ordinauit diuina ꝓuidentia
in quadruplex bonum. ¶ Primo ad extollen
dam laudem eoꝝ qui nō peccant: q̄ꝛ si omnem
creaturam deus impeccabilem fecisset: nullus
esset laudabilis ex eo ꝙ nō peccasset: q̄ꝛ nullus
laudatur de hijs q̄ nō sūt i sua potestate. Non
enim laudatur mutus ꝙ tenet scilentiū. ¶ Se
cundo ad eoꝝ augendum honorem: q̄ꝛ homo
honorabilius possidet regnum: q̄ꝛ illud habet
per virtutem acquisitiuam: q̄ꝫ qui habet per so
lam electionē. Si aūt sancti essent impeccabi/
les: sola electione habuissent regnuꝫ ⁊ sic nihil
meruissent: sꝫ iam meruerunt: q̄ꝛ ꝯtra peccatū
⁊ vitia triumphauerunt. Est aūt honestatis si/
gnum: q̄ꝛ non coronabitur nisi qui ligitime cer
tauerit. Secūde Thy. 2. Et pugna nō est nisi
ꝯtra pctm̄. ¶ Tertio ad diuine iustitie manife
statione. Claꝝ eniꝫ est fore iustissimum deum
Justitia autēꝫ nō manifestaret̄ sine peccato. q̄ꝛ
eius iustitia duas partes habet. s. bonoꝝ remu
nerationem: ⁊ punitionem maloꝝ: que secun/
da sine peccato fieri nō pōt. Igit̄ ⁊c. ¶ Quar
to ad ꝑficiendum eoꝝ maiorem decorem. Ui/
demus eniꝫ in sensibilibus q̄ꝫ vtile est interdū
ꝙ aliqua res destruat̄: ita ꝙ melior reparet̄: ita
permittit deus aliquādo cadere sanctos: vt san
ctiores resurgāt. Isto mō Maria magdalena
ruit. vnde Aug. Audeo dicere superbis vtile
esse cadere in aliqđ manifestum peccatum vt si
bi displiceant: qui iam sibi placendo ceciderāt
Salubrius eniꝫ petrus displicuit quādo fleuit
q̄ꝫ sibi placuit qn̄ ꝑsumpsit. Et hoc est qđ dicit
Et dixit adolescētior ex illis. Da mihi portio
nē que me ꝯtingit ⁊ diuisit illis substātiaꝫ. vn/
de Ambr. Uidens ꝙ diuinum patrimonium
datur petentibus. Nec putes culpam patris ꝙ
adolescentiori dedit ip̄e se iudicauit dignum q
poposcit: ⁊ vtinā non recessisset a patre impedi
mentū nescisset etatis. Portio huius substan/
tie est liberꝝ arbitrium. Tulit igit̄ ꝑtem substā/
tie sue dū de viribus suis male presumit vtens
potestate liberi arbitrij q̄ꝛ gratie non innitens
Cōtra quē dicit̄. Sine me nihil potestis facere
¶ Secunda ꝯclo est: ꝙ per lapsum culpe mul
ta mala eueniunt nobis. ¶ Primo a deo per
egrinamur. Nam sicut gratia est distinctiua fi
lioꝝ regni sic peccatum est distinctiuum filioꝝ
perditionis per quod discernunt̄: ⁊ peregrinā
tur a consortio fideliū ⁊ ab amicitia dei. Psal.
Longe a peccatoribꝰ salus. vnde dicit. Et nō
post multos dies pegre perfectus est in regio/
nem longinquā. Glo. Post institutionē hu/
mani gn̄is: vel ꝯsiderationē ꝯditiōs eiꝰ: pla/
cuit aīe ꝑ liberꝝ arbitriū secum quasi quandam
poᵃm suam ferre ⁊ deserere eum: a q̊ ꝯdita est
fidens in viribus suis. Has vires tanto citꝰ
ꝯsumit q̄s: q̄ꝫto datoreꝫ plus deserit. vn̄ addit
In regionem longin. i. vsq̄ꝫ ad obliuionem
dei ƀm glo. interlinearem: non mutando locū
Scđm glo. Quanto q̄s in prauo ope plus de
linquit; tanto a gratia dei plus recedit. Quid
longius: q̄ꝫ a deo recedere? Et ibi cōgregatis
omnibus: id est ꝯsideratis ꝓprijs viribus dis
sipauit substantiā suam: id est bona gratuita ⁊
spūalia ꝓpter tꝑalium amorem. vnde Isido.
Sciant seculi lucra septantes q̄ꝫtum sint vana
vel aduersa que diligunt. Que etiā in hoc secu
lo sine ꝯtrictione non cōquerunt̄: ⁊ ꝓ quibus
in futuro penas dabunt hijs: q in volūtate de
sideriorum secularium ꝑsistunt. ¶ Cum igit̄
triplex sit bonum nature. Unum. s. ip̄m subie
ctum nāle: qđ dictum est nature in adiutoriuꝫ
meriti. ¶ Scđm dona ⁊ virtutes. ¶ Tertiū
est habilitas nāe ad bona gratuita. Primuꝫ
vulnerat̄. Scđm tollit̄. Tertiuꝫ minuit̄.
Et h̄ est qđ dicit. Postq̄ꝫ oīa consumpsisset.
¶ Scđo pauptatē infert: q̄ꝛ hō ꝑ peccatū oīs
boni spūalis ꝑuatione destruit̄. Naꝫ sicut tur/
pe ē denudare figuraꝫ regis eiꝰ ornatibus: sic
turpe est anime ornatibus spiritualibus spoli/
ari: quibus ablatis pauper efficit̄. vnde dicit̄.
Facta est fames valida in regione illa: ⁊ ip̄e ce
pit egere. Post omnium bonorum consum/
ptionem sequitur fames valida: id est penuria
omnis boni spiritualis ⁊ fidei: quia fides est
substantia rerum sperandarum ⁊c. Hebr. xj.
vel ƀm glosam. Fames est indigentia verbi ve

ritatis in obliuione creatoris: vel s͠m glosam interlinearem est carentia bonorum operuz ⁊ virtutum. Et ideo egere cepit: quia s͠m glosaz nihil satis est prodige voluptati: qꝛ voluptas semper famem sui habet. ¶ Item glo. Merito eget: qui thesauros sapiẽtie diuitiarumq̨ altitudinem derelinquit in regione illa: scilicet in statu peccati. Peccatum enim substantiam aufert naturalem: tp̄alem: ⁊ gratuitaz. vnde sciendum ꝙ peccatum verum facit venire in alia peccata. Cuius ratio est: qꝛ peccatuz est causa peccati: qꝛ directissime vnuz peccatū tendit in aliud peccatum. Sicut cum quis cum ꝓposito inebriat se vel replet se calidis: vt concupiscentiā inflāmet. ¶ Scd͛o etiam: qꝛ nō potest vnum peccatum fieri: nisi aliud concomitetur: sicut latro non potest rapere: nisi occidat Dico tamen ꝙ peccatum nō est causa necessaria inducendi pctm̄: sed est causa ꝯcomitās vel disponens voluntatē libere peccare. Et ideo pōt se libere auertere a peccato: ⁊ nō peccare diuina gratia p̄uenictе. Et h̄ est quod dicit. Et abijt. s. ꝓfectu erroris de malo in peius ruendo: s͠m illud Grego. Peccatū quod per penitentiam ⁊c. Quid enim est abire: nisi peccatuz peccato addere? Verbi gratia. Idez spez pōt iterare. Item de vna spē in alteram transire. De primo Ihere. 20. Quam mala facta es nimis iterans vias tuas. ¶ Tertio peccatū diabolo subijcit. Nam sicut anima sancta templū dei: ita anima imunda phanum est diaboli: qꝛ inhabitat ip̄am: non tamen per essentiaz: sicut deus: qui solus essential͛r est in omni re. Nō ita diabolus: sed per malitiam inhabitat aiam imundam. Et h̄ est qd͛ dicit. Et adhesit vni ciuiuz regionis illi⁹: s͠z glo. diabolo. Peregrini regiōis hui⁹ sunt hoīes: q aliqñ peccādo ad hanc regionez veniunt: aliqñ penitendo recedunt. vñ in regione pcti: in ciuitate Bbylōis mlti sunt ciues sub rege diabolo: sicut in regione grẽ in ciuitate ih͛rl͛z mlti sunt ciues sb xp̄o Ad ephe. Iam nō estis hospites ⁊ aduene: s͠z ciues. Et plerūꝙ cōtingit ꝙ peccator multis peccatis subiacet ⁊ irretitur: qd͛ dum cōtingit: tunc plus vni vitiorum q̄z alteri intendit: quia vni ciuium regionis illius adheret. vnde adoratur ab eis: qui ei seruiunt: ⁊ deus eorum est diabolus. Aut s͠m qd͛ ei seruitijs diuersis seruitur. Peccatum etiā circa nociua occupatur Et ideo comparat͛ egritudini molestanti: quia sicut egritudo deprauat naturam: vt semꝑ appetat nociua ⁊ contraria: ita peccatuz deprauat animam: vt semper mortifera appetat. vñ cuz voluptates sint sibi mortifere: ⁊ delicie spirituales salutifere: anima plus obnoxiatur in illis q̄z in istis delectetur. Et hoc est quod dicit. Et misit illum in villam suam: vt pasceret porcos. Villa dicitur occupatio carnalis voluptatis. vnde glosa. In villam mittitur: qui cupiditati mundialis substantie subiugatur. Spiritus igitur immundicie mittit aliquem in villam suam: cum imperat ei tanq̄z seruo post longam consuetudinem: vt occupetur s͠m carnalem voluptatem porci. Silique sunt bona tēporalia. Pascit igitur porcos: qui abundātia temporalium vacando cibis: ⁊ potibus: ⁊ vestibus delicatis: qbus caro lasciuit: nutrit motus immundos. Eph. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Glosa. Crassitudo carnalium ⁊ deliciose epule prouocant ad libidinē peccatū etiam ad errores inclinat. Nam volūtas non fertur in suum obiectum nisi vt a ratione preostensum. Quando igitur intellectus ⁊ ratio errant: voluntas inordinata dilectiōe fertur in obiectum suum declinans a rectitudine arcus. Per peccatum enim mens obnubilatur: ⁊ errat quando creature delectatio subuertit iudicium rationis. Vnde Augu. Ne oberretis in vestigijs eius: ipsis per amorem adherendo propter se: cum talibus sit vtendum: nō fruendum. In hoc enim consistit tota peruersitas hominis. Vnde isti cito ingrediuntur viam erroris. Et hoc est quod dicit. Et cupiebat implere ventrez suum de siliquis ⁊c. Glosa. Diuitias terrenas quas porci vel auari libenter comedunt: quibus ventrem: id est affectum cupit peccator implere carnalibus vitijs Et nemo illi dabat ad saturitatem: quia venter impiorum insaturabilis. Prouerbio. 13.

Tertia consideratio.

Tertia consideratio est de motu pñie qd͛ ꝓbat eius reuersio: ibi. Ipse aūt in se reuersus: vbi sunt due ꝯclōnes ¶ Prima conclusio est: ꝙ origo penitentie ē a deo affectiue: quia ipse est causa efficiens penitentie. A nobis autem dispositiue: quia s͠m Augustinum qui creauit nos sine nobis ⁊c. ¶ Intelligendum tamen ꝙ ad hanc dispositionem quatuor requiruntur. ¶ Primuz est cognitio fidei informis: in qua homo cognoscit diuinam iustitiam ⁊ bonitatez: cui displicet oē malum: ⁊ qꝛ nullū maluz relinqt impunitū.

clusiones comprehenduntur sub isto verbo.
Respiciens Jesus in discipulos suos: scilicet
imprimens eis modum corrigendi subditos.
Dixit simoni petro. Ostendens qualiter pre/
latus corrigere debeat subditos suos. Nam
Petrus cephas grece: qđ latine interpretatur
caput. Sequitur. Corripe eum inter te ⁊ ipsuȝ
soluȝ. Glosa. Ne publice correptus verecun/
diam ꝑdat: qua perdita in peccato remaneat.
¶ Quarta conclusio est: ꝙ in omni correctio
ne debet fieri secreta monitio. Corripe ipsuȝ in
ter te ⁊ ipsum: studens correctioni: parcens pu
dori: ne forte pre verecundia incipiat defende/
re peccatum: ⁊ ex importuna correctione credis
facere meliorem ⁊ facis peiorem: quod preca/
uendum est. Intelligendum tamen ꝙ contra
publicam correctionem peccatorum distinguē/
dum est. Aut enim peccata sunt publica vel oc
culta. Si publica: non est ei tantum remedium
adhibendum: vt melior fiat: sed etiam alijs in
quorum notitiam deuenit: vt non scandalizen
tur. Et ideo talia peccata sunt publice arguen/
da. Prime thimo. 2. Peccanteȝ coram omni
bus argue: vt ceteri timorem habeant. Quod
intelligitur de publicis ſm Augustinum. Si
vero sunt occulta: sic videtur habere locuȝ qđ
dominꝰ dicit. Si peccauerit in te ⁊ cetera. Sȝ
quando te offendit publice coram alijs: iaȝ nō
solum in te peccat: sed etiaȝ alios offendit. De
peccatis autem occultis est distinguenduȝ: aut
est in nocumentuȝ proximorum: puta traditio
ciuitatis: ⁊ sic occulte peccans non solum in te
peccat: sed etiam in alios. Et ideo oportet sta/
tim ad denunciationeȝ procedere: nisi forte ali
quis firmiter estimaret: ꝙ statim per secretam
admonitionem posset huiusmodi malum im/
pedire. Quedam sunt peccata: que sunt solum
in malum peccantis. Unde vt fratri: sic pccā
ti subueniatur: fiat correctio secreta. Et sicut
medicus corporalis sanitateȝ inferre potest q̄ȝ
doqȝ sine alicuius membri abscisione: si tamē
non potest abscindit membruȝ minus necessa
rium: vt vita totius corporis seruetur. Ita ⁊ il
le qui studet emendationi fratris: debet si fieri
potest sic emendare fratrem quantum ad con/
scientiam: vt famam eius conseruet. Que qui
dem est vtilis ei: non solum in temporalibus:
sed etiam in spiritualibus: quia pre timore infa
mie multi retrahuntur. Unde Jherony. Cor
ripiendus est scorsum ne si soluȝ pudoreȝ ami
serit: permaneat in peccato. ¶ Secūdo debet
conseruari fratris peccantis fama: tum qꝛ vno
infamato alij infamantur: tum etiam qꝛ ex pec/
cato minus publicato: alij minus prouocantur
ad peccatum. Unde dicit. Corripe ipsuȝ inter
te ⁊ illum. Uide supra.
¶ Quinta ꝯclusio est: ꝙ post secretaȝ monitio
nem debet fieri testium ꝓductio. Nam de vno
extremo ad aliud extremum conuenienter trā
situr per medium. In correctione auteȝ frater
na dominus voluit: dum peccatum est occultū
vt frater corrigat fratem inter se ⁊ ipsum solum
⁊ sic noluit publicari. Aut si est publicum: te/
stes adduci possint in medio: ponitur eorum
inductio testium: vt primo paucis indicet pec/
catum fratris q̄ prodesse possunt: ⁊ non obesse
vt saltem sic sine multitudinis infamia emen/
daretur. Sciendum tamen ꝙ testes possunt i
duci propter tria. ¶ Primo ad ostendendum
ꝙ hoc sit peccatuȝ: de quo aliquis arguitur: vt
Jheroni. dicit. ¶ Secundo ad conuincenduȝ
de actu: si actus iteretur. vt August. dicit in re
gula. ¶ Tertio ad testificandum: ꝙ frater ad/
monens fecit qđ in se fuit. Et hoc est quod di/
cit. Si autē te non audierit; adhibe adhuc vnū
tecum aut duos. Glo. Studio corrigendi vel
conuincendi sub testibus. Augustinus. Adhi
be eum qui vult ꝓdesse ⁊ nō obesse. Hoc est si
correctionē tuam secretam nō suscipet.
¶ Sexta cōclusio est: ꝙ illi qui ita incorrigibi
les ⁊ inobedientes sunt vt dictum est: ꝙ secre/
tam correctionem: nec publicam suscipiunt: de
berēt eijci a communione fraternitatis ⁊ ana/
thematizare. Quod patet. ¶ Primo auctori
tate presentis euangelij. Si autem ecclesiaȝ nō
audierit. Scđȝ glosaȝ per obiurgationem pre
lati vel congregationis ecclesie se non correxe/
rit. Sit tibi sicut ethnicus ⁊c. idest deuita eum
sicut hereticum. ¶ Secundo probatur exem/
plo apostoli. Prime corin. 5. Qui fornicato/
rem manifestum tradidit sathane. ¶ Tertio ꝓ
batur sic: Sicut videmus in arte medendi: ꝙ
ſm iudicium artis membruȝ putridum ꝓpter
alioruȝ membrorum preseruationeȝ a corpore
est resecandum: sic in spiritualibus si membra
contingit esse putrida per peccatū: ⁊ alia mem/
bra corrumpentia. Unde ſm rectum regiminis
ordinē: talia membra sunt amputanda: vt que
nos potuit pudore saluari: saluetur opprobri/
is: ⁊ vt sequestrationis rubore emendetur: Sit
tibi sicut ethnicus ⁊c.

Scđa ꝯsideratio.

SEcunda ꝯsideratio est de spũali cor-
rectione: inq̃ꝫtum ꝑtinet in foro con
scientie ad ꝯfessores: cuꝫ dicit᷑. Amē
dico vobis q̃cunqꝫ ⁊c. vbi sunt octo ꝯclõnes.
¶ Prima ꝯclõ est: ꝙ deus ꝯtulit ecclesie cla-
ues regni celoꝝ. Mat. 16. Tibi dabo claues
regni celoꝝ. ¶ Unde notandum ꝙ claues ac
cipiuntur ad similitudinem clauium mãliuꝫ. Si
cut enim claues materiales sunt instrumẽta q̃
dam ad aꝑiendum ⁊ claudendũ ostium: sic cla
ues iste dicunt᷑ q̃dam ptãs collata ecclĩe ad aꝑi
endum ⁊ claudendum hoĩbus regnuꝫ celoꝝ.
¶ Clausura regni celoꝝ est triplex. Quedaꝫ
est vlĩs oĩum hoĩum non ꝑpetua: que ꝑ pctm̃
Ade facta est. Cõtra hanc sunt claues date so-
li xp̃o. Alia est clausura vlĩs ⁊ ꝑpetua. s. clau-
sura facta ꝑ vltimam sñiam. Contra hanc non
sunt claues. ¶ Tertia est ꝑticularis: sed nõ ꝑ-
petua: qua quisqꝫ sibi claudit medio tꝑe regnũ ce
lorum per ꝓpriam culpã ⁊ penam illi debitã.
Et contra hanc clausuram est triplex clauis.
¶ Prima est auctoritas: q̃ est in solo deo: que
aꝑit per gratie infusionē. ¶ Scđa est excellē
tie: que est in xp̃o: q̃ aꝑit per meritũ passionis
xp̃i. ¶ Tertia ē misterij: q̃ est in p̃latis ecclĩe.
¶ Scđa ꝯclõ est videre qd sint claues: ⁊ dicit᷑
ꝫ doctores ꝙ claues nihil aliud sunt: nisi que
dam poᵃ supernãlis a deo data ⁊ infusa: nõ in
nata: non acq̃sita. Qđ apparet. Nam sicut ꝑn
cipium actionum nãlium: ē nã et prinᵐ actio
num voluntariaꝝ est voluntas. Ita principiũ
actuum illaꝝ actionum: q̃ sunt supra facultatē
nãe ⁊ voluntatis est poᵃ supernaturalis. Et ta
lis est potestas clauium.
¶ Tertia ꝯclõ est: ꝙ due sunt claues. s. scia ⁊
poᵃ. vnde glo. sup illud Mat. 16. Tibi dabo
claues ⁊c. dicit. Claues dicunt᷑ scia ⁊ poᵃ: qua
dꝫ dignos recipe: ⁊ indignos repellere: q̃r sic
in foro iudiciali duo actus requirunt᷑. s. discer
nere cãm: ⁊ post sñiare: ita est ibi alia auctori-
tas discernẽdi cãm: ⁊ alia sñiandi. Et sicut in
foro penitẽtiali requirit᷑ duplex ptãs. Una. s.
discernendi in cãe examinatione. Et hec dicit᷑
scia. Alia est potestas sñiandi in foro pñiali in
cause determinatione. Et hec dicit᷑ clauis potē
tie. He due claues sunt diuerse in foro pñiali
¶ Quarta ꝯclõ est: ꝙ claues hñt posse in cul-
pam: q̃r Johis. 20. dicit᷑. Quoruꝫ remiseritis
peccata ⁊c. ¶ Item pꝫ rõne: q̃r sacramentum
pñie est remedium cõtra mortale: sicut baptis-
mus contra originale. Igit᷑ sicut virtute bap-
tismi deletur originale: ita virtute pñie deletur
mortale. Sꝫ virtus pñie ꝯsistit penes claues.
Igit᷑ habent posse in culpam. De ista ꝯclõne
sunt q̃nqꝫ opiniones: q̃bus oĩbus dimissis ꝓ
pter breuitatem: dicenduꝫ est ꝙ lꝫ claues non
habeant ad culpã posse absolutũ ꝑ modum in-
strumenti. Habent tñ posse. s. relatuꝫ ꝑ coassi
stentiam virtutis diẽ. Unde lꝫ deus dimittat
peccata ꝑ se ⁊ virtute ꝓpria: ⁊ ꝑ modũ auctori
tatis: tñ clauis dimittit virtute diuina eis assi
stente: ⁊ remittit per modum instrumenti.
¶ Quinta ꝯclõ est: ꝙ claues habẽt posse: ⁊ su
per penam eternaꝫ: ⁊ suꝑ culpã mortalem: q̃r
ista inseparabilit᷑ ꝯcomitantur. s. pena eterna ⁊
culpa mortalis: ⁊ illđ est posse relatũ vel instru
mentale. Habet etiã posse super penã tempo
ralem: q̃r vniuerse vie dñi misericordia ⁊ veri
tas. Ideo in iustificatione impij: que est opus
mie: ita remittit culpã: qđ tñ non p̃iudicat ri-
gori tristitie. vnde post dimissioneꝫ culpe obli
gat ad penam: que pena ob rigorem diuine iusti
tie est improportionabilis viribus nr̃is. Et iõ
diuina misericordia aliq̃d adhuc ꝓuidit nobis
⁊ ꝯstituit in arbitrium sacerdotis: cui dedit po
testatem taxandi penam: ⁊ nobis manifestãdi
Dedit ei etiã ptãtem pene ꝓtem remittere vir-
tute clauium: q̃r ei ꝯcessit thesauꝝ ecclĩe penitē
tibus cõicare: q̃ thesaurus subest clauibꝰ. Igit᷑
claues habent posse.
¶ Sexta conclõ est: ꝙ sacerdos discrete vsus
arbitrio põt ꝓ libito penam imponere. Ra-
tio est. Nam sacerdos in absolutione est sicut
instrumẽtum viuum: ⁊ non mortuuꝫ. Ad de
bitam aũt opationem recti instrumenti tria re-
quiruntur. s. instrumẽti dispositio: mãe ꝑpatio:
⁊ virtus motoris. Nã securis nõ secat nisi acu
ta: ⁊ nisi habeat mãm ligneã: ⁊ nisi ab aliquo
moueat᷑. Silr ad absolutionē sacerdotis debꝫ
p̃mo ꝯcurrere recta clauiuꝫ dispositio. s. ꝙ sa
cerdos habeat habituꝫ scie cum auctoritate dis
cernendi: ⁊ ptãte absoluẽdi. ¶ Scđo dꝫ con
currere ꝑparatio penitentis: ⁊ hˀ est quasi ꝑpa
tio mãe. ¶ Tertio debet cõcurrere virtus dei
motoris: ⁊ hec virtus est interius mouẽs. vñ
sacerdos non põt ꝓ libito suo penam taxare:
sed ꝭm ꝙ inuenit dispositionē in penitente: ⁊
ꝭm ꝙ videt deo placere. Iste sex ꝯclõnes in-
nuuntur: cum dicit᷑. Amen dico vobis. Que
cunqꝫ alligaueritis suꝑ terram ⁊c. quasi dice-
ret. Quecũqꝫ discreta discussione ꝑ clauē scie

alligaueritis: ad penam temporalem sustinen/
dam pro pena eterna: que ſm rigorem iustitie
est debita pena peccati mortalis. Talis alliga/
tio erit ī celo confirmata corā deo. Et quecū̄qꝫ
solueritis sup terraꝫ. s. ꝑ clauiū potestatē: q̄ est
vis supernālis. s. a vinculo culpe: ⁊ ēt a vincu
lo pene: seu que est pars pene debite: per rela/
xationē clauiū potestate: erit solutuꝫ ⁊ ī celis. i.
ratam ⁊ veram solutionem habebit coram deo
¶ Septima ɔclō est: ꝙ male mouētur volen/
tes fratribus ɔfessos teneri ad iterationem cō
fessionis. Et hic pro presenti pono cās: quare
cōfessio sit iteranda: quas ponit Henricus de
gādauo in quolibꝫ suo. ¶ Prima est sumpta
ex pte ɔfitentis: sic pctm̄ iteꝝ confiteri est pfe/
ctionis ⁊ ɔsilij. Ad talia aūt nō pōt aliqs obli/
gari statuto aut precepto. Ergo nemo statuto
aut p̄cepto pōt obligari ad iterum cōfitendum
peccata semel ɔfessa. ¶ Secunda ex pte sacra/
mēti ɔfessionis. Omnia sacramenta perfectā
habent efficaciam in causando suum effectum
sup materiam propriam dispositam ex virtute
passionis xp̄i. Habēs autē pfectam efficaciaꝫ
in causando suum effectuꝫ circa illud qđ semel
adhibeť: eideꝫ frustra iterato adhibereť: ꝙ nō
restat agendum. ⁊ in h̄ etiā veritati ⁊ dignitati
sacramēti derogareť. Nec dꝫ fieri qđ fit in de
rogationem sacramenti. Sed nullum sacramē
tum dꝫ frustra alicui adhiberi: sed penitētie sa/
cramentum iterato necesse esset adhiberi. s. ne
cesse esset iterato eadem confiteri. ¶ Tertia ex
pte ɔfessoris sic. Si ɔfessio facta esset iteranda
ꝓprio sacerdoti: tunc nihil aut modicū eēt con
cessum fratribus in absoluendo: q̄ʒ vt videtur
nō absolueret: nisi sub ɔditione. s. si iterato ꝓ/
prio sacerdoti ɔfiterenť. Consequens falsum:
q̄ʒ papa per p̄uilegia sua neminē intendit deri
dere. Sꝫ nihil ɔferre aut modicū: esset deridē
¶ Quarta ex pte maioꝝ sacerdotū sic. Si sta
tutum illud. Omnis vtriusqꝫ sexus in suo ro
bore dꝫ pmanere. Igiť cōfessus episcopo siue
eius penitentiario: denuo suo ꝓprio sacerdoti
dꝫ ɔfiteri: qđ falsum est. Si ḡ hoc nō est verū
in ɔfessione facta ep̄o siue eius pniario: multo
magis nec in cōfessione facta dn̄o pape aut eiꝰ
pniarijs: quales sunt religiosi: q auctoritate pa
pe dicta officia exercent. ¶ Quinta ex pte sta
tuti. Statutum nō obligat quenq̄ꝫ ɔfiteri pro
prio suo sacerdoti semel in anno: nisi hēret ali/
qua alia peccata infra illum annū. Sic igiť ali
qs ꝑ gratiam dei custoditus: ꝑ totū annum ab
oi pctō tam veniali: q̄ꝫ mortali: vt beata Vgo
Iste ꝑ statutum nō ɔstringiť ad ɔfitendū semꝑ
suo ꝓprio sacerdoti. ¶ Sexta ex pte pcōris.
Nullus teneť ɔfiteri nisi peccata: ⁊ nō nisi sua
ſm illđ psal. Dixi ɔfitebor aduersum me iniu
stiam meā dn̄o ⁊c. Sꝫ ɔfessus fratri oia pecca
ta: que p̄us hūit: nec erunt: nec mō sunt: q̄ʒ ri/
te absolutus ab eo: q pōt. ¶ Item si rite abso
lutus teneť iteꝝ ɔfiteri eadem peccata ꝓprio sa
cerdoti. Aut igiť hꝫ vt pctōr illa peccata: aut vt
nō peccator nō hn̄s pctm̄: non p̄mo: q̄ʒ iam est
imūnis ⁊ mundus ab omni pctō. Talis autē
nō est pctōr: nec hn̄s pctm̄. Igiť nō teneť itera
re ɔfessionē. Uide plus in. 8°. quoli. Henri/
ci de gādauo. Et h̄ est qđ dicit. Si duo ex vo
bis ɔsenserunt sup terrā de omni re quācunqꝫ
petierint: fiet illis ⁊c. q. d. Si pro: q̄ʒ due cla/
ues. s. auctoritas: ⁊ auctoritas sniandi a sum/
mo pōtifice nobis indulte: q pōt ⁊ de facto in
dulsit. Ex vobis. i. ex vestra industria. i. me/
diante assistentia dīne grē. Consenserint. s. si
decreuerint aliquē absoluere de pctis: vel liga
re ad penā tpaleꝫ ꝓ pctis. postposita pena eter
na debita ꝓ peccatis mortalibus. Sup terrā
id est sup peccato ex infirmitate: vel ꝑ hoiem ꝑ
petrato. De omni re. i. de omni genere pctō/
rum. Quodcunqꝫ petierint. i. de omni pro cu
ius pctōꝝ absolutōis beneficio petierint. s. ha/
bentes auctoritateꝫ a papa: siue de re cōi: sicut
curati: fratres minores: ⁊ p̄dicatores: siue ex
p̄uilegio: vt alij religiosi: vt pꝫ in illis sex rati/
onibus. Fiet illis a patre: in cuius solius ptāte
est absolute remittere pctā ꝑ pniam ɔuersoꝝ.
¶ Octaua ɔclō est: ꝙ ad h̄ ꝙ aliquis sit idone
us ꝓ officio clauium exercendo: virtutibꝰ pol
lere dꝫ. ¶ Primo dꝫ habere claritatem in co
gnitione. vnde ɔfessor cum sit persona cois re
spectu infirmoꝝ: dꝫ habere ꝓuidentiam vłem
que non pōt haberi absq̄ꝫ cognitione. vn̄ Au
gustinus de ci. dei. Caueat prelatus ne careat
munere scie. O pꝫ. n. ꝙ sciat cognoscere qd dꝫ
corrigere. Nam scia est velut oculus in p̄lato:
ne erret in corrigendo. Nam isto oculo carēs
cecus est. Cecus aūt si ceco ducatuꝫ p̄stet ⁊c.
¶ Scđo dꝫ habere honestatē in ɔuersatione.
Ratio est: q̄ʒ dꝫ alios suo exēplo informare ⁊
exhortari ad virtutes: vt bonū cōe obseruetur
Hoc aūt fieri non pōt: nisi ostendat se vt exē/
plar honeste ɔuersatōis. vnde Greg. Mun
dus dꝫ esse a vitijs: q curat aliena corrigere.
Nequaq̄ꝫ. n. maculā in mēbro ɔsiderare pōt
oculus: quem puluis generat: ⁊ subiectas sor/
des tergere nō valent manus: q̄ lutum tenēt.

¶ Tertio dꝫ habere strēnuitatem in defensione: vt ꝑpter mortis ꝑiculū non timeat defendere rempu. qꝛ bonum cōe diuinius est bono ꝑuato. Eccli. 2. dicit. Curam illoꝝ habe: ꝛ sic ꝯsidera vt leteris ꝑpter illos: ꝛ ornamētū gratie accipias. Et h̄ est quod dicit. Ubi duo vel tres ꝯgregati sunt in noīe meo ꝛc. q. d. Ubiqꝫ scilicet in quocunqꝫ ꝑlato. Duo. i. caritas dei: ꝛ dilectio ꝑximi: vel tres. s. claritas in cognitione: honestas in cōuersatione: ꝛ strēnuitas in defensione. Cōgregati sunt: nō in augendis diuitijs: sicut cupidi. nō in cubilibus ꝛ impudicitia: sicut luxuriosi. Sed in noīe meo. i. ad salutē ꝑpriā vel alienā q̄rendā: ꝛ gl'iā nois mei manifestandam. In medio eoꝝ ego sum. s. ꝑficiendo idoneitatē mediātibus hijs in regente: vt idoneus hijs effectus: subditos vtiliter valeat gubernare. Ex hijs igit̄ oībus elicitur vnū documentū: ꝙ qꝛ iste claues sunt ab īfinita dei bonitate collate. ꝛ thesaurus penitētibus dispensandus sit infinitus ꝑꝑ meritum passionis xp̄i: q̄ erat in īfinitū acceptissima ꝛ ꝑ oībus sufficientissima: relinquit̄ ꝙ dispēsator in dispēsando debeat esse mitissimus. Ita tamen ꝙ spiritu discretiōis non patiat̄ succumbere iustitie metas. vnde Crisost. Si erraui⸗mus aliquando paruas penitentias iniungendo: nonne melius est de mīa reddere rōnem: q̄ꝫ de austeritate. Ubi paterfamilias largus ē non dꝫ esse tenax dispensator. Si deus benignus est: vt qd sacerdos austerus? vnde Petrus huiusmodi affluentiā largitatis volēs experiri: sub forma austeri ponit mensurā septenī numeri largitati remissionis: ad saluatorē accessit dicens. Domine quotiens peccabit in me frater meus: ꝛ dimittā ei? ꝛc. vnde petrus habuit hunc numeꝝ remissionis. Dicendum ſm glo. ꝙ forte hūit ex eo ꝙ dicit̄ geñ. 4. Septies dabit̄ vltio de capu. Igit̄ per locum a cōtrario si septies puniendus qs ꝛ septies dimittendus. Uel forte ex eo qđ habet̄ ꝑuer. 24. Septies ī die cadit iust⁹ ꝛ resurgit. vl' forte ꝑꝑ pctā septē mortalia. Johes igit̄ volēs eū īformare de īfinita affluētia largitatis dīne misericordie dixit. Non septies: sed septuagesies septies: quasi dicat ſm glosam quocunqꝫ genere peccati. ꝛ quotienscunque peccaueri. Dimitte: vel ſm Iheronymum dimittas in die: quotiens homo posset peccare.

¶ Feria quarta dñice. 3. q̄dra. Sermo. 61.

Accesserūt ad ihm ab iherosolimis scribe ꝛc. Mat. 15. Secūdū ꝙ dicit beatus Greg. Propriū est errogantiū mala subditorum dure obiurgādo increpare: nunqꝫ autem bona eoꝝ laudādo ꝯfirmare. Semper inuenire optant qđ increpando rigide feriant. Unde scriptū est in ore stulti virga superbie: qꝛ videlicet ꝑcutere rigide scit: sed cōpati humiliter nescit. Hij ſm glo. plus zelant transgressorē humanaꝝ tarditionū: q̄ꝫ diuinoꝝ p̄ceptoꝝ: plus decretalū: q̄ꝫ euangeliorum plus consuetudinū: q̄ꝫ vtilitatū. Et iō suꝑsticiose alioꝝ facta reprehendunt̄: vt maioris ꝑfectionis in opinione hominū habeantur. Sꝫ qꝛ diuersimode diuersi xp̄m sequebant̄. s. aliq vt eum obseruarēt. alij vt ab eo nutrimentū haberent. ꝛ alij vt doctrinā salutarē ab eo reciperēt. ¶ Primi fuerunt scribe ꝛ pharisei. ¶ Scdi turbe. ¶ Tertij discipuli. Igit̄ ꝑ nostra vtilitate hos tripl'r aggredit̄ in presenti euangelio.

Prima consideratio

Circa primā considerationem que est de suꝑstitionis phariseoꝝ refutatione cum dicit̄. Accesserunt ad ihm ꝛc. Ubi occurrunt sex ꝯclones.

¶ Prima ꝯclo est videre qd sit lex. Et dicitur ꝙ lex est quedā regula ꝛ mensura actuū rationis: ſm quā inducit̄ aliquis ad agendū: vel ab agēdo retrahit̄. Qđ aūt sit actiuū nominis patet. Nam ad legē ꝑtinet p̄cipē: ꝛ ꝑhibere: sed hoc pertinet ad rationē. vñ lex dicit̄ a ligando: qa obligat ad agendū secundū dictamē rationis cuius est ordinare ad finem actus humanos cū sit regula ꝛ mensura eorūdem.

¶ Scda ꝯclo est: ꝙ m'ltiplex est lex. s. lex eterna: lex nālis: lex humana: lex fomitis: lex moysacia: ꝛ lex euāgelica: de qbus pertranseo.

¶ Tertia ꝯclo est: ꝙ ad directionem humane vite necessarium est habere legē dinam. Qđ patet duabus rōnibus. ¶ Prima est: qꝛ per legem dinā dirigit̄ hō ad actus ꝑprios in ordine ad vltimū finem. Sed qꝛ vltimus finis beatitudinis excedit ꝑportionem nālis facultatis humane: ideo necessarium fuit: vt supra legem nālem ꝛ humanam: homo duceret̄ ad suum finē lege diuinitus data. ¶ Scdo ꝑpter incertitudinem humani iudicij: p̄cipue de rebus ꝯtingentibus ꝛ ꝑtinentibus. Contingit

enim de actibus diuersoꝝ esse diuersa iudicia:
ex qbus cause diuerse ⁊ leges ꝯtrarie ꝓcedunt
vt ergo homo absq̃ omni dubitatõe scire pos/
set quid sit agendum ei: ⁊ qd vitandum: neces
sariũ fuit: vt i actibus ꝓprijs dirigeret̃ p le
gem diuinitus datam: que non põt errare.
¶ Quarta ꝯclõ est: q̃ ſm q̃ dicit phs pº rhe.
melius est oĩa ordinari lege: q̃z dimittere iudi
cium arbitrio. Ratio est duplex. ¶ Prima ẽ
q: facilius est inuenire paucos sapientes: q suf
ficiunt ad rectas leges ponendas: q̃z multos:
q requirerent̃ ad recte iudicandũ de singulis.
¶ Scđo q: illi q leges ponunt ex multo tpe
ꝯsiderant qd lege ferendum: sed iudicia de sin
gulis factis fiunt ex cordibus subito exortis.
Facilius aũt ex multis ꝯsideratis põt hõ vidẽ
quid rectum sit: q̃z solum ex aliquo vno facto.
¶ Quinta ꝯclõ est. Scđm Isido. ideo facte
sunt leges: vt eaꝝ metu humana coerceret̃ au
dacia: tutaq̃z sit inter improbos ⁊ in ip̃is ꝓbis
formidatio: refreneturq̃z nocendi facultas.
¶ Unde nota q̃ Isido. legis pfectionẽ descri
bit dicens. Erit lex iusta: honesta: possibilis
ſm nãm: ſm ꝯsuetudinem patrie: loco: tpe cõ
ueniens: necessaria: vtilis: manifesta quoq̃z:
ne aliqd per obscuritatẽ in errore ꝯtingat: nul
lo modo ꝓuato ꝯmodo: s; cõi vtilitati ꝯscripta
¶ Sexta ꝯclõ est: q̃ rectores mltitudinis nõ
pñt in legibꝰ dispẽsare. Lex. n. instituta est ꝓ
cõi vtilitate ſm Isid. Sed cõe bonum nõ d;
intermitti ꝓ bono ꝓuato alicuius ꝑsone. Isti
aũt figurant̃ nobis: cu; dicitur. Accesserũt aũt
ad ihm ab ierosol. scri. d. Quare discipli tui
transgrediunt̃ traditões senioꝝ. q. d. non ob/
stantibus nostris ꝓuilegijs: op; ⁊ volumꝰ: vt
etiã obligamini ad traditões nr̃as. Intelligẽ
dum q̃ eoꝝ traditões erant defectuose in tri/
bus: tum q: supstitiose: tum q: erant simulato
rie: tum q: in se includebãt impietatẽ. Supsti
tio ostendit̃ in h: q: arguebãt discipulos i mo
dicis: ⁊ ip̃i rei erant in mltis ⁊ magnis. vnde
Mat. 7. Quid vides festucã in oculo fr̃is tui
trabẽ in oculo tuo nõ ꝯsideras? ¶ Item sup/
stitio est alioꝝ magna minima facẽ: ⁊ sua pua
magna reputare. ¶ Item supstitio est illđ qđ
licitũ est: q̃si nõ liceat rep̃hendere: vt sic maio/
ris pfectõis in reputatõe hoium habeat̃. vnde
pharisei ⁊ scribe quasi rõne scie ⁊ religionis.
Ab ierosolimis. s. pp loci solẽnitatem. Po
testatem arguendi hñtes ⁊ zelũ legis. Et sic in
eoꝝ accessu simulatõis exhibet̃ ꝑsumptio. Ac
cesserunt ad ihm: ad arguendũ discipulos: vt
quasi amici nollent in publico arguere discipu
los corã turba: sed magr̃o dicere in ꝓuato di.
Quare discipuli tui: quoꝝ culpa in te redũdat
q: nõ corrigis. Trãsgrediunt̃ traditões senio
rum: quas op; seruare: q: in antiqs est sapia.
Job. 12. Non. n. lauãt manus suas cum pa/
nem manducãt. Beda. Manuũ suaꝝ baptis/
mata ſuant: q suoꝝ cordiũ sordes abluẽ negli
gunt. Et iõ supstitio ⁊c. traditio erat impieta/
tis: q: docuerunt filios melius facere offeren
do: q̃z egenis parentibus subueniendo. vñde
saluator hoꝝ traditionem aggredit̃ triplr.
¶ Primo. s. supstitionẽ ⁊ errorez ꝯfutat. vñ
textus. Ipse aũt respõdens. Non directe pp
eoꝝ indignitatẽ: s; p ꝯriam q̃stionem ⁊ argu
tionem confutans eos ait illis. Quare ⁊ vos
transgre. man. dei pp tradi. v. Obedire op;
deo magis q̃z hoibus. Actu. 4. Na; đs dixit
Hic refutat impietatẽ traditionũ eoꝝ auctori
tate Moysi. Na; deus dixit exo. 20. Hono/
ra patrem tuũ ⁊ ma. tu. necessaria eis dando.
Uos aũt dicitis. In traditiõe impietatis alios
instruẽdo: euacuãtes legẽ diua; de honore pa
rentũ. Quicunq̃z di. ⁊c. Ihero. Precepit đs
penurie parentũ ꝯsulẽs: vt filij eos in nec̃cari/
is honorarẽt. Hanc legẽ pharisei ſbuerterunt
di. Filios melius facẽ offerre: q̃z parentibus
ſbuenire. Et sic oblatio slioꝝ tẽdebat in lucꝝ
sacerdotũ. Et ita irri. fe. man. dei. s. de sustinẽ
dis parẽtibꝰ. Propter tra. ve. q̃ ſuit vr̃e aua
ritie. Ypocrite: h refutat eoꝝ traditionez pp si
mulationẽ p auctoritatẽ Is. q̃ ad tria. ¶ Pº
quo ad silationem oris: quia labijs tm̃ orant.
¶ 2º quo ad elongatõez cordis: q: lõge cor eo
rum est. ¶ 3º quo ad frustrationẽ mercedis:
q: sine cã colũt me. Dicit igit̃. Ypocrite: q. s.
tm̃ curat de exteriori lotõe. Bñ ꝓphe. de vob
Ysa. Hic ppl's la. me ho. s. vbo: nõ facto: si/
ctione: nõ vitate. Cor aũt eoꝝ. i. recordatio eo
rum q̃ ad memoriã: intẽtio q̃ ad intellectũ: di/
lectio q̃ ad voluntatẽ. Longe est a me. Psal.
Obliuioni datꝰ su; tanq̃z mortuus. Sine cã
eterne mercedis. Colunt me: q: tm̃ simulato/
rie doctrinas exterius. Docentes: q̃ztum ad
credenda. Mandata: q̃ztum ad agenda ꝯtẽni
tis. Et ꝯuocatis. h ꝯfutat traditionẽ supstitõis
di. Et ꝯuocatis tur. p phariseos deceptos.
Dixit eis. Audite: voce obediẽdo. Et itelligi
te: adiscẽdo vitatẽ. Nõ qđ in. in os co. ho. i.
s; Criso. qđ itrat in os corpis: nõ coignat aia;

Sed qd ꝓcedit ex ore dei.i.cordis. Hoc coinquinat hoiem: vel aliter: qꝛ sordes corporales nō coinqnant spūaliter. Ideo non est curandū vtꝝ lotis vel nō lotis manibus: corporalis cibus accipiaẗ. Criso. Videmus multos cuꝫ intrant ecclesiam lauantes manus ⁊ os. Qualr̄ aūt meditatu afficiant aiam: curam nullam habentes. Sordes manuū sunt rapina ⁊ homicidiū. Sordes oris maledictio ⁊ blasphemia.

Secunda consideratio.

Secunda ꝯsideratio est de peccatoruꝫ comminatione: ibi. At ille respōdēs ait: vbi occurrunt octo cōclusiones.

¶ Prima ꝯclo est: ꝙ deus est causa vniuersalis oiuꝫ creaturaꝝ: qꝛ ꝓpria actio ipsius dei ē creare. Naꝫ opꝫ vniuersales effectus i vlēs ⁊ ꝑores causas reducere. Inter oēs aūt effectus vniuersalissimuꝫ est ipsum esse. Unde opꝫ ꝙ sit ꝓprius effectus ꝑme ⁊ vlissime cause que est ds. Unde dr̄ in libro de causis: ꝙ nec intelligentia: nec aia q̄ztumcunq̄ꝫ nobilis dat esse nisi q̄ztuꝫ opaẗ opatione dina. Producere auteꝫ esse absolute: nō inq̄ztum est hoc: vel tale pertinet ad rationē creationis: quare creatio est propria actio dei. vnde Aug. de natura boni. Sūmuꝫ bonum quo supius non est. deus est: Ac ꝑ hoc incōmutabile bonū. Et ideo vere eternū ⁊ vere imortale: cetera vero bona non nisi ab illo sunt. Et sequiẗ. Oia fecit. Et qꝛ ex nihilo fecit mutabilia sunt: tñ potēs est vt posset etiam de nihilo.i.ex eo ꝙ oino non est bona facere: magna ⁊ parua: celestia ⁊ terrestria: spūalia ⁊ corporalia. Sequiẗ igiẗ ꝙ ꝯmendemus bona qꝛ dignuꝫ est: vt deo auctori attribuamꝰ. Ois vita: omnis potentia: ois virtus: ois salus: omnis memoria: ois intellectus: ois tranqllitas: ois copia: ois pulchritudo a dño deo sunt quibus bonis oibus si male vti volueris: diuino iudicio penas subibis.

¶ Scda ꝯclo est: ꝙ deus nō est causa culpe: sꝫ pene. Naꝫ malū qd in defectu actionis cōsistit semꝑ causatur ex defectu agentis. In deo autē nullus defectus est: sed summa ꝑfectio. Unde maluꝫ qd in defectu actiōis causaẗ non reduciẗ in deum sicut in causaꝫ. Sed malum qd in corruptione aliquaꝝ reꝝ ꝯsistit reduciẗ in deum: sicut i cāꝫ. vnde deus est actor mali: qd est pena: non actor mali qd est culpa. vnde Ioh.ꝑͦ. Omnia ꝑ ipsuꝫ facta sunt: ⁊ sine ipso ⁊c. Ubi Aug. dicit: ꝙ ꝑ nihil potest intelligi peccatum qd factum est sine eo. Qd autē peccatū sit nihil pꝫ: qꝛ nihil est ꝑuatio in eo q dꝫ habere bonum vꝫ in ꝑuationibus corporalibus. Priuatio āt sicut cecitas est ꝑuatio visus: non in omni parte corporis: sed in ea parte que est apta nata habere visum sicut in oculo: ita peccatū est ꝑuatio iustitie. Non in omni creatura: sed in creatura rationali: que est apta nata hr̄e: ⁊ teneẗ habere iustitiaꝫ: ⁊ inquantū est ꝑuatio nihil est. Unde Augu. Peccatum nihil est: ⁊ nihil fiunt homines cum peccant: quia licet aliquid sint in eē nature: nihil sunt in esse gratie.

¶ Tertia ꝯclo est: q culpa plus hꝫ de ratione mali q̄ꝫ pena sensibilis: siue q̄ est in priuatione corporaliū bonoꝝ: sed ēt vlr̄ accipiendo penam: sꝫ ꝙ est ꝑuatio grē ⁊ glie. Rō duplex ē:

¶ Prima ē qꝛ ex malo culpe fit aliqs malus: non aūt ex malo pene. vnde Dyoni. Puniri nō ē malū: sed fieri pena dignuꝫ. ¶ Scdo qꝛ deus est auctor mali pene: non aūt mali culpe: qꝛ maluꝫ pene ꝑuat bonuꝫ creature: siue accipiatur bonū creature a deo creatū sicut cecitas priuat visuꝫ: siue sit bonū increatū: sicut est carentia visionis diē: ꝑ quā tollitur bonū increatum creature. Malū autem culpe opponiẗ in bono creato. ꝯriaẗ eiꝫ ipletiōi diē volūtatis: ⁊ diuino amori quo diuinuꝫ bonū in se amatur.

¶ Quarta ꝯclo est: ꝙ diabolus directe nō est causa hoi ad peccandū: qꝛ ꝓprium ꝑncipiū actꝰ peccati est voluntas. qꝛ oē peccatū est voluntariū. vnde nihil directe pōt esse causa peccati: nisi qd potest mouere volūtatem ad peccandum. Volūtas auteꝫ vno modo moueẗ ab obiecto: sicut dicitur ꝙ appetibile apꝑhensuꝫ mouet appetitum. Alio modo ille q proponit ⁊ offert huiusmodi obiectū. Tertio modo q suadet obiectuꝫ ⁊ ꝓponit habere rationeꝫ boni. Primo modo res exterius apparentes mouent voluntatem ad peccandū. Scdo modo ⁊ tertio modo pōt diabolus ⁊ homo incitare hoieꝫ ad peccandū: sꝫ nullo istoꝝ triuꝫ modoꝝ pōt aliqs directe esse causa peccati. Igiẗ sola voluntas directe est cā peccati. vnde Aug. Nulla alia re fit mēs hois serua libidinis: nisi ꝓpria voluntate.

¶ Quinta ꝯclo est: ꝙ oia q̄ sunt a deo plantata ⁊ radicata sunt: mediāte acceptione stabilita. Dañ.xj. Stabit de germine radicis eius plantatio: sed ea q̄ non sunt a deo eradicabunẗ. Sapiētie.4. Adulterine plātatiōes nō dabunt radices altas. Seqtur ⁊ a nimietate ventoꝝ eradicabunẗ. Plāta q̄zto profundius imittit radices: tanto altius surgit: ⁊ ecōuerso. vnde diciẗ.

omnis plantatio: quasi dicat apprehendendo
has quinq3 conclones. Omnis plantatio pa-
tris radicabit: sed quam nō plantat eradicabit
.s.a fundamento xpo: per reprobationem a fi
delibus: per psecutionem a terra viuentiū per
puationez. vnde Criso. Due sunt pene. s. a re
gno eijci: ꝛ in ignem mitti.
¶ Sexta ꝯclo est: q̄ hoies p peccatum conse/
quuntur mentis cecitatem. Nam merito pec/
catoꝝ obnubilari in mente pmittuntur. Nam
excecauit eos malitia eoꝝ. Sapien. 2. Intelli
gendū tamen q̄ sicut cecitas corporalis est pri
uatio visus ꝛ eius qd̄ est pn^m corporalis visio
nis: ita cecitas mentis puatio eius qd̄ est pn^m
spiritualis visionis siue intellectualis. Quod
pncipium est triplex. ¶ Unum est lumen na
turalis visionis: ꝛ h̄ nunq̄3 puatur ab anima.
Impedit tamen quādoq3 a ,pprio actu p im/
pedimenta virium inferioꝝ: qbus indiget hu
manus intellectus ad intelligendū: sicut p3 in
furiosis. ¶ Aliud est lumē habituale nāli rōi
supadditum. Et h̄ qdem lumen interdu3 pua
tur ab aia. Et talis puatio est cecitas: q̄ est pe/
na: fm qd̄ puatio luis grē q̄dā pena ponitur.
¶ Tertiu3 est aliqd̄ intellectuale lumen: p qd̄
hō intelligit alia. Tali qdem pn° intellectuali
mens hois pōt intendere: ꝛ non intendere: ꝛ
isto modo cecitas mentis est peccatum.
¶ Septima ꝯclo est videre qūo deus est cau
sa excecationis. Excecatio. n. duo importat.
¶ Primū est motus animi inherentis malo
ꝛ auersi a dino lumine. sic deus nō est cā exce/
cationis. ¶ Scd̄3 est subtractio gratie: ex qua
sequit q̄ mens diuinitus non illuminat ad re
cte videndu3: ꝛ cor hois non emolliatur ad re
cte viuendu3 sic deus est causa excecationis.
¶ Nota q̄ deus est causa vniuersalis illumi-
nationis: sicut sol. Aliter tamen: q2 sol illumi/
nat oia pter oppositiōes: obstacula: vt patet in
clausura fenestre: vbi tenebraru3 causa non est
sol: sed claudens fenestrā. Deus aūt ,pprio iu
dicio lumen gratie nō imittit in illis: in qbus
obstaculum inuenit. vnde causa subtractionis
non tm̄ est ille: q ponit obstaculum: sed etiā ds
qui suo iudicio gratiam non apponit. Etiā sic
de9 est causa excecatōis. Et h̄ est qd̄ dicit. Si/
nite eos. s. abire in pcipitiu3 damnatōis: q2 in
digni sunt reuocatōe: q2 obstinati sunt sua cru
delitate. Ceci sunt: in se. Et duces cecoru3: in
alioꝝ regimine. Ys. 55. Speculatores eius
oēs ceci sunt. vn̄ Raba. Ceci qde3 sunt. i. mā
datorum dei priuati lumine. Et duces: q2 ali/
os in precipitium trahunt.
¶ Octaua ꝯclo est videre quomō excecatio or
dinatur in damnatione. Nam excecatio est qd̄
dam pambulum ad pctm̄. Peccatum autē ad
duo ordinatur. Unum aūt per se. s. ad puatio/
nem. Aliud autē ex dei miserentis ,puidentia
ad sanationem: inq̄3tum pmittit deus aliquos
cadere in pctm̄: vt peccatum suum cognoscen-
tes: humilient ꝛ ꝯuertantur fm Augu. vnde
excecatio ex sui nā ordinatur ad damnatione3
eius: q excecat: ,ppter qd̄ etiam ponitur repro/
bationis effectus. Sed ex diuina misericor/
dia excecatio ordinatur ad tp̄s medicinalr ad
salutem eoꝝ: q excecantur. Sed hec mia non
oibus excecatis impēditur: sed solu3 pdestina
tis: qbus omnia ꝯparantur in bonu3. Ro. 8.
Unde q̄3tum ad quosda3 excecatio ordinatur
ad sanatione3: q̄3tum ad alios ad damnationē
Et h̄ est qd̄ dicit de illis. Cecus aūt. vt p̄latus
si ceco. i. subdito ducatum pstet. Ambo in fo/
ueam cadūt. i. in foueā pene eterne. vn̄ Gre.
Cum pastor p abrupta vitioꝝ gradit: necesse
est vt grex in pcipitium trahatur. vnde Ber.
Ridiculosa res est pmo magis piculosa. Spe
culator cecus: doctor inscius: pcursor claudus
prelatus negligens: pco mutus. S3 Hen. si
cut claudi volunt preire: ita fatui preesse.

Tertia ꝯsideratio.

Tertia ꝯsideratio est de disciploꝝ in-
structione. vbi notādu3 q̄ in discipu
lorum instructiōe tria facit. ¶ Pri
mo dissuadet gulositate3. ¶ Scd̄o docet oris
refrenatione3. ¶ Tertio psuadet cordis custo
diam. ¶ Primo nanq3 dissuadet gulositate3
dicens. Omne qd̄ intrat in os ꝛc. Appetitus
victualium datus est nob̄ ,p corpore: vt susten
temus nām: ꝛ possimus durare in fuitio dei:
ꝛ multum mereri: ꝛ moderatus: ꝛ pcus vict9
ꝛ vniformis diutius nām ꝯseruat: du3 nō op
primit vires: sed reficit: ꝛ sanitatem cōseruat.
vnde Ber. Non sapores: s3 fames excitet ap
petitum in hijs oibus: non q̄ voluptas: sed q̄
necessitas reqrit. vn̄ gula est vitium piculosu3
q2 oia nālia: supnālia: gratuita: ꝛ etiā bona for
tune ꝯsumit. Ipsa. n. est radix oium maloru3
q2 pmoꝝ parentum trāsgressionis etiā dispo-
nit ad alia peccata. vnde Gre. Dn̄ante gule
vitio p carnis ꝯcupiscentiam simul oēs virtu-
tes obruūtur. Et h̄ est qd̄ dicit. Omne qd̄ os
intrat: in ventrem vadit: ꝛ secessum emittitur

quasi diceret cibus inordinate sumptus vt di-
ctum est: discretionis rōem obnubilat: memo
riam ꝯfundit: ⁊ diuersis infirmitatibus affli-
git: ⁊ morte ꝓcurat aīe ⁊ corporis. Eccl'ia. 7.
Propter crapulam multi ꝑierunt. Qđ intrat
in os corporis: corrūpit spūalia: ⁊ in ventrē va
dit: fomitem nutriēdo: ⁊ mittit in secessuz eter
ne dānationis. ¶ Scđo docet oris refrenati
onem di. Que aūt ꝓcedunt de ore. Naz in mł
tilogo nō deest pctm̄. Hoc. n. pctō punit⁹ est
ille diues epulo: q inter ꝯuiuia linguā resoluit
in młtilogum. vñ punitus est in linguā in in-
ferno: vt in quo qs peccat: i illo puniat. vnde
Gre. Sicut malus aer assiduo flatu tractus:
inficit corpus: ita ꝑuersa locutio assidue audita
infirmoꝝ inficit aīum: vt incalescat delectatōe
praui opis: assidui iniqtate ſmonis. Et nota
ꝙ nō est idem mentiri ⁊ mendaciū loq. Men
tiri. n. ē loq ꝯ id: qđ sentit qs aīo: ⁊ sane aliqñ
veꝝ dicens. Verax nō est: qꝛ ꝯ ꝯsciaz loquit.
Mendaciū vero est significa⁹ vocis cum intē
tione fallendi. Ut igit mendaciū sit: nēc est vt
falsitas sbsit: ⁊ ꝯ ꝯsciam dicat. vñ Au. Verb
vti ad id ad qđ nō sunt instituta: pctm̄ est. Sz
sermo datus est: vt ꝑsto sint mutue volūtates
Ideo magna abusio est vti fallaciter sermone
Et iō saluator docet multiloqum discipłos de
clinare di. Que aūt ꝓcedunt de ore: de corde
exeunt. Et illa coinqnant hoīem. s. verba mē
dacij in corde fabricata ad decipiendū: talia co
inqnant. i. maculāt. s. hoīem: facientes ipm̄ re
um ac ꝯdigna pena dignum. ¶ Tertio ꝑsua-
det cordis custodiā di. De corde. n. exeūt ⁊c.
⁊ ea sunt: q̄ coinqnant hoīem. s. v̱ba mēdacij
¶ Ubi nota ꝙ impuritas vniuscuiusq̧ rei in
hoc ꝯsistit: ꝙ rebus villoribus imiscet. Non
enim datur argētum ipurius: si auro imisceat
ꝑ qđ melius reddit: sed ex ꝑmixtōe plumbi.
Manifestum est aūt ꝙ hō est dignior in oīb⁹
creaturis: ⁊ iō impurius reddit ex h ꝙ tpalib⁹
se subijcit ꝑ amorem. A qua spuritate ꝑ ꝯtrium
motum purificat: dum. s. tendit in id: qđ est su
pra se. s. in deum. In q̄ motu fides est primuz
ꝓm. Accedentes aūt ad deum opz credere.
Hebr. xj°. Et iō primuz ꝓm purificatōis cor
dis est fides: q̄ si ꝑficiatur ꝑ caritatem formatā
ꝑfectam purificatōem cāt. vñ Mat. 5. Beati
mundo corde. Iheronymus ibidem. Beati
mundo corde: q̄s nō arguit ꝯscia peccatoruz ⁊
im[illegible]ndiтia. ¶ Et nota ꝙ immundicia detestā
da est ꝑꝑ qnq̧. ¶ Primum est dignitas aīe:

quam peccatum inqnat: que est imago dei.
¶ Scđm est difficultas redeūdi: quia postq̄
prius hō peccauit: nullus purus homo a pecca
to ꝑfecte purgatus est: vt dignus esset videre
faciem dei: donec xp̄i sanguis effusus est: quo
ista purgatio est. ¶ Tertium est eius vtilitas
qđ pz per h: qꝛ dñs imundiciam corporalem
nō reputat in ꝯparatione imundicie spiritua-
lis: vt pz h. De corde exeunt cogitatōes male.
He sunt q̄ coinqnant hoīem ⁊c. ¶ Quartuz
est ꝙ dñs nō hz ita bonum amicum: quez non
odiret ad mortem eternā ꝓpter maculā vnius
peccati mortalis. Eccl'ia. 12. Altissimus odio
hñt pctōres. ¶ Quintū est ꝙ maculat ⁊ detur
pat rez: io quam cadit. Qđ nisi virtute diuina
amoueatur: ꝑdita est. Et ideo hanc cordis im
mundiciam saluator reprehendit di. De corde
exeunt cogitatōes male. ¶ Nota arguendi sūt
ex hac snīa qui cogitatones a diabolo immitti pu
tant: ⁊ non ex ꝓpria nasci voluntate. Potest
enim diabolus esse intentor: nō actor malaruz
cogitationum. Si autē ille q semꝑ in insidijs
positus leuem scintillā cogitationum malaruz
inflāmauerit: non debes ex h eum opinari se-
creta cordis nostri posse rimari. Sicut. n. ds
dedit voluntati dominium: qꝛ volūtas est do
mina sui actus. Cui voluntati sola diuina po-
tentia ꝑsidet. Sic eius cognitioni dedit scire se
cretum: cuius secretum nō penetrat: nisi diuia
sapia. Sz ex signis interioribus vel exteriori
bus quādoq̧ cognoscit. Sed qꝛ ex cogitationi
bus ꝓueniunt mala opa ⁊ mala verba ſz glo.
ideo addit. Homicidia: per qđ accipit omne
nocumentuz: qđ directe persone ꝓximi infert
Exo. 20. Non occides. Adulteria ⁊ fornica-
tiones: ꝯtra illud. Non mechaberis. Furta:
cōtra illđ. Non furtū facies. Falsa testimonia
ꝯtra illud. Testis falsus nō erit impunitus.
Prouer. 19. Blasphemie: ꝯtra illđ leuiti. 20.
Educ blasphemuz foras. vnde additur. Hec
autem sunt: que coinquinant hoīem. i. impuꝝ
⁊ imundum reddunt coram deo. Et ſm glo.
qꝛ huiusmodi verba dñi occasionem ex phari
seorum nequitijs sumpserunt: q traditiones
suas diuinis ꝑceptis prescribebant. Conueni
enter elimiat ꝑmisse traditōis icōueniētiaz d.
Non lotis manibus manducare ⁊c. Criso.
Non dixit escas in lege ꝓhibitas manducare:
non coinqnat hoīem: ne eis possent ꝯdicere
testimonio legis se munientes. Sed cōcludit
illud de quo erat mentio.

¶ Feria qnta dñice. 3. quadra. Sermo. 62.

SURgens iesus de synagoga ꝛc. Luc. 4. Secunduȝ quod dicit beat⁹ Ber. Difficilis ꝓrsus res ē: et soli diuine voluntati possibilis: susceptuȝ semel a seruitute peccati/de iugo excutere: qm̄ q facit peccatū: seruus est peccati. Nec est iā liberari: nisi in manu forti. Sicut enim sunt peccata minima: mediocra ꝛ magna: sic est etiam misericordia pua: mediocris: ꝛ magna. Magn⁹ ergo peccator magna misericordia opus habet vt vbi supbabundauit delictum: supbabundet et gratia. Sic patet in euangelio. de socro Simonis que. te. ma. feb. i. peccatis: ꝛ iō indiguit magno misericordie medicamento. Et ƀȝ hoc euangelium pōt moraliter sic exponi. Anima infirma ꝑpter peccatū/in infusione diuini luminis se febricitantē cognoscit. i. infrigidatā per defectū diuine dilectionis: ꝛ inflamatā estu carnalis delectationis/que solū acqescens diuinis visionib⁹ ob meritum virtutum: ꝛ intercessiōe curat: ꝛ sic surgens a peccatis exercitio virtutū deo fit accepta. Fit aūt hec curatio per passionē xp̄i omnibus generaliter: que preseruat a ruina: qñ occasio declinat p fugā a mundi tumultu: aut ad penitentie desertū: vbi salus inuenit vnde pfectus effectus nō solū debet sibi viuere: sed alijs ꝓficere p imitationis exemplū. Et ƀm hoc in euangelio occurrunt nobis quinq̃ ꝯsiderationes. Prima ꝯsideratio.

PRima ꝯsideratio est de occasione sanationis. vbi sunt due ꝯclōnes.

¶ Prima ꝯclō est: ꝙ summa gratia que est ƀm Aug. ypos. vnio/ꝑmissiue fuit occasio ruine et peccati: Deus enim nouit de malo maximū bonum elicere: qꝛ lapsū luciferi ordinauit ad hominis creationē: lapsum hominis ad christi incarnationem: quod supremum fuit miraculuȝ. vnde Augu. In rebus per tempus exortis ista summa gratia fuit: a qua homo in vnitate persone coniunctus est deo. Non. n. est magnuȝ in artifice: si de bona materia facit bonum artificiū: sed de vili. ¶ Nota ꝙ cum xp̄s fuerit iudex seculorum ꝯstitut⁹: ƀm illud Johis. 3. Potestatem dedit ei iudicium facere: qꝛ ꝛc. oportuit in opibus eius ƀȝ Criso. pietatem miseratōis ꝛ veritatem iustitie relucere: qꝺ non fuisset sine ꝑmissione humane ruine. ¶ Patet de iustitia. Nā cuȝ ds sit iustissim⁹: eius iustitia nō manifestrat sine pctō: cum eius iustitia hēat duplicem partem. Una q̄ est punitio maloꝝ. Et alia q̄ est remuneratio bonoꝝ. Et ꝑma sine pctō esse nō pōt: qꝛ deus supabundat in remunerando: non tm̄ in puniendo. ¶ Patet etiā de mīa: qꝛ si peccatum nō esset: diuina mīa nō appareret: qꝛ misericordia fit ꝯtra miseriā: ꝛ miseria nō est sine pctō: sicut medicina nō est sine egritudine. Hanc mīam declarauit in maria magdalena in publicano: ꝛ in latrone. Et h̄ est qꝺ dicit. Surgens ih̄s de synagoga. q. d. ih̄s ꝗtuȝ ad incarnationem. Et surgens: declaratōe misericordie ꝛ iustitie. De synagoga. i. de ecclīa malignantium: punienda ƀm iustitiam: ꝛ emendanda ƀm misericordiam.

¶ Scd̄a ꝯclō est: ꝙ ad hoc ꝙ aliquis curetur de infirmitate spirituali: necesse est vt per gratiam ꝑuenientez disponatur. ¶ Ratio est: qꝛ talis gratia est quoddā bonum donum: inuitans hoiem ad maius bonuȝ: qꝛ est motus bone voluntatis: quo deus nos ꝑuenit: vt de cōgruo nos disponamus ad recipiendū xp̄m. i. vnctionem sanatiuā morbi spūalis. s. pcti. vnde bene dicit ꝗdaȝ esse gratiaȝ misericorditer nostram ꝯuersionem ꝑuenientem: qꝛ facit nobis beneplacitum initians ꝯuersionez. Intrauit in domum sy. Introitus iste significat doni gratuiti infusionem: facientis in aīa ꝓpositum sanctitatis. Et h̄ mediante fidei obia inclinante ꝯsensum voluntatis cum tremore: ꝛ inde addit. Domum. i. consciaȝ. Symonis. i. obedientis. Et in h̄ figuratur ꝯuersio volūtatis praue: auerse: ꝛ rebellis in deum.

Scd̄a ꝯsideratio.

CIrca secundam consideratione sunt due conclusiones.

¶ Prima ꝯclō est: ꝙ aia dicit infirmari ad silitudinē infirmitatis corporis. Tūc aūt dicit corpus esse infirmū: cum debilitatem in executōe ꝓprie actōis pp aliam inordinationem ptium corporis/ꝟn̄ membꝝ dicit esse infirmuȝ: qñ nō pōt pficere opatōez sibi debitā: sicut oculus qñ nō pōt clare videre. Sic ēt infirmitas aie dr: qñ ipedit in ꝓpa opatōe pp inordinatōez ptiuȝ ipi⁹. Sicut autē ptes corpis dñr eē inordiate: qñ nō sequūt ordinē nē: ita ꝛ ptes aie dñr iordinate: qñ nō subdunt ordinationi rōnis. Rō aūt est vis regitiua ptiuȝ aie.

Sic igitur quando voluntas quasi extra ordinem rationis effertur aliqua passione: per hoc impedimentum prestatur modo predicto.

¶ Scđa ꝯclo est: ꝙ nulla ē infirmitas maior ꝗ̄tuʒ ista q̄ occidit aīam. Nā talis est vita aīe: ꝙ nec angeli hoīes ⁊ demones oēs: non possunt vnā aīaʒ occidere q̄ eēt sine corruptōe culpe. Quid igit̄ aīaʒ occidit nisi peccatuʒ: q2 aīaʒ a deo separat: q̄ est vita aīe ꝑ infusionē gratie: q̄ est calor spūalis. Calor.n. in corporalibꝰ spirituʒ vitalē facit subsistere: ⁊ ipsa corpora leuia facit. Cuʒ igit̄ pctm̄ mortale ꝓuat in aīa gr̄e celestis calorē ipsam aīaʒ viuificantem: ⁊ ad celestia eleuantem: relinqtur ꝙ aīa predicto calore deficiente ad mortē inferni ꝓfundat̄. Et h̄ est ꝙ dicunt has duas ꝯclones. Socrus aūt Symonis tenebat̄ magnis febribus. Socrus aūt pōt significare ꝯsciaʒ hoīs q̄ ad introituū gr̄e se febricitantē recognoscit ⁊ infrigidatā ꝑ defectū diuine dilectiōis: ⁊ inflāmataʒ estu carnalis delectatiōis. Et magnis febribus. Nā sicut ꝗ̄to fuerit motus fortior passiōis ꝑter ordinē rationis: tanto est maior infirmitas anime.

Tertia consideratio.

Tertia ꝯsideratio q̄ est đ merito apostolice intercessionis ibi. Et rogauerūt illū ꝓ ea. vbi sunt due ꝯclusiōes.

¶ Prima ꝯclo est: ꝙ lʒ ds̄ ꝓncipalr̄ sit inuocādus. Quia illa bona q̄ sunt nos ordinant in finem ⁊ etiam ipsum finem a solo deo dantur. Tamen secundario. Cum propter peccata ad deum accedere non audemus: possint inuocari sancti: vt det̄ fiducia pauidis: vt.s. illi q non audent ꝑ se ipetrare nec possent: ꝑ idoneos impetratores saltim desiderata valeant obtinere. Et h̄ vt in orantibus humilitas obseruet̄: ⁊ in sanctis itercedētibus dignitas declaret̄: ⁊ ēt in mēbris xp̄i caritas ostēdat̄: ⁊ iferiora fiducialr̄ recurrunt ad superiora: ⁊ superiora inferioribꝰ liberaliter condescendant.

¶ Scđa ꝯclo ē: ꝙ iesus multos hʒ discipulos ꝓ infirmantibus intercedētes. ¶ Primo inꝗ̄tuʒ iesus dr̄ veritas: discipuli eiꝰ sunt ꝑdicatores ⁊ doctores q itercedūt ꝓ nobis: qn̄ docēt veritatē vite ⁊ doctrine. ¶ Scđo inꝗ̄tuʒ ih̄s est caritas: q̄ est salus aīe ⁊ vnctio ꝑ quā exhibent̄ opa satisfactiōis ⁊c. Sic discipuli eiꝰ sunt recordatiōes maloꝝ q̄ ꝑtulit ꝓ nobis ⁊ bn̄ficia q̄ nobis ꝯtulit. Hec itercedūt ꝓ nobis: qn̄ ad reamandū ipʒ nos ꝓuocant: q2 sm̄ apostolum ꝓus nos dilexit ⁊ tradidit seipsum pro nobis.

¶ Tertio iesus inquantum est puritas: quia puer: sic hʒ discipulos cogitationes ⁊ affectiones q ꝓ infirmo intercedūt: qn̄ de gr̄a aīe a đo collata: cui nō debēt esse ingrati cogitāt. Cū beneficiuʒ ab eo receptū recensent: cū de eterna salute q̄ ꝓ meritis bonoꝝ opeꝝ est recipienda ꝑtractāt. ¶ Quarto inꝗ̄tuʒ iesus est salutis desideriū: sic discipuli eius sunt studiū veritatis: ⁊ exercitia pietatis: q̄ tunc ꝓ nobis intercedūt: qn̄ excludunt a nobis simulationē supstitionis ⁊ austeritatē: ꝑꝑ qđ. 2. thi. dr̄. Exercitatio corporis ad medicū valet: pietas aūt ad oīa vtil' ē. ¶ Quito inꝗ̄tuʒ iesus dr̄ opus fructuosuʒ: ꝑ qđ deus manifestat̄ iniustis: sic discipuli eius sunt virtutes ⁊ eoꝝ opa ꝑtinētia ad disciplinaʒ xp̄i. Unde aīa penitēs dicit̄ gr̄e dono ⁊ virtutibus illustrata: ⁊ in eaꝝ opibus exercitata merito virtutū ⁊ beatoꝝ opeꝝ ꝯfidit curari. Hij discipuli dn̄r itercedere cum ipsis appropinq̄tur ad ih̄ʒ: ꝯformitate moꝝ ⁊ ꝟtutū. Nā efficaciꝰ opibus ꝗ̄ʒ vocibus supplicāt. Et h̄ est qđ dr̄. Et rogauerūt illū ꝓ ea.s. vt hʒ qđ dictū ē aīa a noxijs pctōꝝ saluaret̄.

Quarta ꝯsiderat°.

Circa quartā q̄ est de sanatiōis executione cum dr̄. Stans autē sup illam sunt due conclusiones.

¶ Prima ꝯclo est: ꝙ sola gratia causat in aīa executionē sanitatis. Nā sicut hō sanus nō incitat̄ a ꝯtrarietate humoꝝ: spūʒ molestantium Ita in gr̄a existens nō ingetat̄ ab ipugnationibus passionū ipsuʒ vexantibus ad modum febriuʒ ⁊ ab ira ⁊ ꝯcupiscētia. Un̄ ysa. 58. Dr̄ de aīa seipsam ad gratiā disponētez. Tunc erūpet q̄si mane lumē tuū.s. gratie. Et sanitas tua citius orief̄. Hec.n. gr̄a augetur ꝑ sāctoꝝ ipetrationē: q2 sicut sancti ipetrāt nobis veniam. Habes exēpluʒ de multis i sacra scriptura: ita ⁊ cū venia gr̄am. Patet de Ihe^a. Itē augetur ꝑ angeloꝝ itercessionē q desiderāt nos ꝓficere donec attigamꝰ. Sicut sanctus Michael dr̄ stare pro filijs populi sui. Danie. 12.

¶ Scđa ꝯclo ē: ꝙ gr̄a in executione sanitatis spūalis anime: in aīa ꝯficit triplex vnguentuʒ. ¶ Primū nāq3 est pungitiuū dolorē faciens q2 mouet ad ꝯpunctionē. Hec est amara recordatio peccatoꝝ. vn̄ aīa cū incipit cogitare vias suas ꝯgregat ꝯteritq3 in mortariolo ꝯscie multas ac varias spēs peccatoꝝ suoꝝ. Sacrificiuʒ est deo spūs sic ꝯtribulatus. ¶ Scđm est temperantiū dolorē leniēs diine bonitatis intuitu: scʒ meditatio beneficioꝝ dei. Hoc vnguentuʒ

est primo tanto p̃ciosius: q̃zto de nobilioribus
ꝯpositum est specieb⁹. Sic.n. vnguentū illud
de diuinis beneficijs collatis humano generi
Felix q̃ ipsa sibi studiose colligere: ⁊ añ oculos
mētis dig̃ cū gr̃aꝝ actōe reducē curat. ¶ Ter
tiuz est sanatiuū ⁊ morbū expellēs: ⁊ istud ē mi
ratiōis qd̓ alijs antecedit. Et h̄ eo ꝙ fiat de ne
cessitatibus paupeꝝ: ⁊ anxietatibus opp̄ssoꝝ:
⁊ de pturbatiōibus tristiū: ⁊ de culpis deliquē
tium: ⁊ postremo de oībus miroꝝ erūnijs etiā
si fuerit iniuria despicabiles videntur spēs iste
sed etiā sup oia aromata. vnguentuz qd̓ ex eis
ꝯficitur sanatiuū est. Beati misericordes: qm̄
ipsi ⁊c. Igit̃ multe miserie collecte atq̧ pietatis
intuitu īspecte: ipse sunt spēs ex quib⁹ vnguen
ta optima opponunt̃ ad expellendas infirmita
tes spūales. Et h̄ est qd̓ dicit. Et stās sup illaz
⁊ iuxta illuz iacentē. Ecce diuina dignatio prō
pta ad sananduz. Impauit febri.i.infirmitati:
Et dimisit eaz. Ecce sanatiōis veritas. Mora
liter nulluz xp̄s sanat: nisi sub eo iacentem. i.p
timorez ⁊ reuerentiam se humiliantez. Eccl̃.p̊
Timor domini expellit peccatum.

Quinta consideratio.

Quinta ꝯsideratio est de sanitatis vti
litate cum dr̃. Et continuo surrexit.
Ubi nota: ꝙ occupationes terrene:
inquantū retrahunt nos a spūalibus studijs ⁊
reuocant a virtutuz exercitijs: causant i nobis
spūalez infirmitatē. Et ideo ad p̃cauendū cau
sationē huius infirmitatis: opz ꝙ occupatiōes
terrene desant̃. Hoc aūt fit p exercitia bonoꝝ
opationū: que ptinent ad aīe sanitatem: q̃ i vir
tute ꝯsistit. Et ideo gr̃a causando in aīa sanita
tem: septē pōit vtilitates: q̃ in euāg° exp̄munt̃.
¶ Prima vtilitas est: q aīa in hac sanatione
suscitat̃ a morte peccati. Naz sicut corpus per
aīam: ita aīa p gratiaz viuit. Et ideo sicut disce
dēte aīa corp⁹ morit̃ ⁊ adueniēte viuificat̃: ita
aīa p gr̃az: ⁊ ad hoc ptinet vt terrena desideria
necant̃: qꝛ talia mortez faciunt spūalez. vnde dr̃
Continuo surrexit. Glosa. Surgit q a terre
nis desiderijs se leuat; vt iā nō cadat. Vñ col.
tertio. Si surrexistis cum christo ⁊c.
¶ Secunda vtilitas est: ad ruitiuz dei: mem
bra habilitare. Nā seruire deo ē excellētissime
dignitatis: qꝛ quanto aliq̄s p actus suos virtuo
sos plus appropinq̄t deo: tāto maioris ē digni
tatis: sed homo p seruitiū diuinuz maxime ap
propinquat ad deū: qꝛ seruire deo regnare est.
vnde ēt dicitur. Et ministrabat illis. vñ Be
da. Hec ministrat.i.membra que ruiebant i
mundicie: seruiunt iustitie: ⁊ bonis operibus
Moraliter autez p hoc datur intelligi: ꝙ ante
curationez peccatorum nō est gratum deo eius
seruitium. Et ideo statiz vt se curatū senserit se
totuz diuinis ruitijs mancipabit. vnde Ro.
octauo. Sicut exhibuistis mēbra vestra ruire
īmundicie ⁊ iniq̄tati: ita nūc exhibite mēbra ve
stra seruire iustitie in sanctificationem.
¶ Tertia est oēs participes facere merito pas
sionis xp̄i. Et hoc cū dicit̃. Cuz sol occidisset.
Beda. Per occasuz solis mors xp̄i intelligit̃:
q̃ erat generalis oībus equalr̃: siue bonis: siue
malis: siue diuitibus: siue paupibus splendo
rem suum ipartitur: nisi obiicere facientib⁹: sic
passio xp̄i oībus ꝓfuit sufficienter ad salutem:
sed nō efficaciter hijs qui obicē posuerunt. vñ
dicit. Cuz autez occidisset sol. Glo. Occasus
solis. i. mors xp̄i est causa gn̄alis sanatiōis ani
maꝝ. vnde psal. Qui sanat ꝯtritos corde. Et
alibi. Qui sanat oēs infirmitates tuas. Glo.
Ex lāguore corpis multa suggerūtur aīe carna
lia desideria: sed non est timendū: qꝛ sanat oēs
infirmitates nō fruēdo blandis: non cedendo
asperis. Oīpotenti.n. deo nullus languor oc
currit insanabilis. Et ideo sequitur. Oēs q ha
beban: infirmos varijs lā. du. e. ad iesum ⁊c.
Et ille su. manus ipo. Cōpassiōe motus cura
bat eos: oēs sufficiēter: sz p̄destiatos efficacit̃.
¶ Quarta est ab imundis cogitatiōibus p̄ser
uatio. Cuz dicit̃. Exibant aūt demonia. vnde
Beda. Uix aūt a demonio liberatū animam
ab imunda cogitatiōe purgatā intelligim⁹: p
pter qd̓ etiam possunt dici imissiōes p angelos
malos: cogitationes male. Unde Ber. ponit
tres cogitatiōes: de quibus multa sollicitudine
cauere necesse sit.
¶ Quinta est qꝛ facit gloriā mundi declinare.
Naz oia in q̄bus mūdus gloriat̃: alienuz est a
beatitudine: sicut sunt diuitie: honores: ptātes
⁊ vane glorie: qꝛ beatitudo nō secuz patit̃ malū
sicut faciunt ista. ¶ Itez beatitudo ē per se suf
ficieus. Huiusmodi igit̃ multa deficiunt: pu
ta: sapia: bonitas: sanitas: corporis perpetui
tas. ¶ Itē beatitudo non causat alicui maluz.
Hec autez patet in diuitijs: ꝯseruat̃ in maluz
dñi sui. Et ideo qꝛ in hijs nō est beatitudo: in
eis non est gloriandum. vnde Bernar. dicit.
Fallax mundi gloria digne respuitur. Flos se
ni est vapor ad modicū parens: plus habēs an
xietatis q̃z iocunditatis. Quid enim hic est nisi

labor ꝛ dolor ꝛ afflictio spiritus. vnde dicit.
Et increpans non sinebat ea loqui. Glo. Ut
inquit nos ab alijs laudari de beneficijs nō eē
appetendum ostenderet ꝓpter qđ etiam factis
miraculis de loco recessit.
¶ Sexta est cauere occasione recidiui cum di
citur. Facta autē die ibat in desertum locum.
Et turbe re. eum. Licet longe grauius sit pec/
catum: ꝙ post indulgentiā iteratur: q̄ꝫ ꝙ pmo
cōmittitur: quia post carnalia peccata dimissa:
spiritualia vicia cōmissa animam perniciosius
vulnerant. Jhere. scđo. Quam vilis facta es
iterans vias tuas. Et ideo a recidiuo maxime
est cauendum. Multos insultus habēt seruos
dei: post ꝯuersionem. Nam vitia que ante cō
uersionē pacem habēt cum homine: qn̄ autē
expelluntur acriori virtute consurgunt ꝛ fiunt
inimica conuerso: que peccatori ꝓspera blandi
ebantur. Et sicut ante cōuersionem pcedit tur
ba peccatorū: obijciens ne ad deum conuerta
mur: post conuersionē seqtur: turba temptatio
num. Intelligendū ꝙ a recidiuo ad qđ p pre
dictas impugnationes trahimur a duobus p̄/
seruamur. ¶ Primum est ꝙ tēptatio dꝫ pre
scindi statiꝫ in principio: qꝛ īfirmitas in princi/
pio facilius remediatur. vnde Jhero. Impos
sibile est in sensu hominis non irruere cogita/
tū. Ille igitur laudatur ꝛ predicatur sanctus:
q statiꝫ vt cepit cogitare allidit cogitans ad pe
tram. i. xp̄m sm ꝙ debet eam declinare seu fu/
gere: sicut homo sapiens fugit vbi supare non
potest: ꝛ hoc maxime circa vitiū luxurie docet
seruari Aug. cui nō est resistendū: sꝫ fugiēdū.
¶ Septima est alijs exēpto bone vite ꝓficere
vnde dicit. Quia alijs ciuitatibus opꝫ me etiā
euangelizare regnum dei. i. penitentiā. Jhe/
ro. Janua regni est penitentia cū fide que ope
ratur salutē. Ut ergo quis valeat alijs ꝓficere
ad salutē. Ideo salutaris doctrina est a doctori
bus virtualiter exemplata: vt nō solum doce/
ret: sed etiā faceret: quia facta plus mouent q̄ꝫ
verba. vnde apostolus pme ad thi. 2. Prebe
exemplū bonoꝝ opeꝝ in doctrina: Ista duo si
mul obuiant. s. doctrina ꝛ exemplū: vt doctria
p exemplū bonoꝝ operum confirmetur: ꝛ p
doctrinā homo ad bona opa excitet: perfecte
ad deum redeundo. vnde Aug. in libro con/
fessionum cap. pmo. Ille liber Ciceronis q di
citur ortensis exhortans ad phiā inuitauit ad
te domine affectum meū. Preces ac vota mea
ꝛ viluit mihi omnis vana spes: ꝛ immortalis sa
pientie habebam ꝯcupiscentiā estu cordis in/
credibili: ꝛ surgere iam cepi vt ad te redirem.
Ex quo sequitur: ꝙ doctrina exemplificata per
vitam perfectam: exordium est perfecte cōuer/
sionis: qꝛ dicit ꝙ mutasset affectum eius ad de
um. Item eleuat desiderium ad deum: qꝛ laus
talis rapuit desideria ꝛ vota beati August. ad
deum. Quod nobis ꝛc.

¶ Feria sexta dn̄ice. 3. q̄dra. Sermo. 63.

V Enit iesus in
ciuitatem samarie ꝛc. Johis
quarto. Quia inter omnia
alia que potest exercere vir
perfectus in hac vita maxi/
me meritorium est alios do
cere: ꝛ verbum dei predicare: cum hoc requi/
rat in viro perfecto dulcedinem diuine contem
plationis: qua spirituali illustratiōe hauriat qđ
alijs proponat. Requirit etiam strenuitatem
actionis in verbo ꝛ facto: vt eius predicatio sit
efficax ꝛ virtuosa. Unde Grego. super Eze
chielem. Uiri perfecti bona celestia que contē/
plari poterunt fratribus enunciant. Eoꝝ quo
que animos in amore ꝛ timore caritatis accen
dunt. Hijs pro mercede laborū promittitur
vita eterna dicente domino. Qui metit merce
dem accipit ꝛ congregat fructum in vitā eter/
nam: vt patet in euangelio presenti. Quod sic
moraliter potest exponi anima custodia prede/
stinationis preseruatur habens ad penitentiā
inclinationem percipiens efficaciam passionis
christi. Dotata est naturali ratiōe lumine gra/
tie eleuatur. Hanc gratia dei preueniens in/
trat ad disponendum liberum arbitrium p cō/
tritionem. Et ideo illustratiōes diuinas ꝛ mo
nitiones secretas mittit tanquam discipulos in
ciuitatem cordis: ad informandum populum
cogitationum ꝛ affectuum de veritate salutis.
Hec anima nundum iustificata: tamen iustifi
canda in corruptionibus vtitur ratione nō spi/
ritualiter: sed vsu nature: scilicet voluptate: gra
tiam preuenientem iam sentit adesse eiꝰ adhuc
ignota ad instruendam eam: Ut petat aquam
viuam: idest donum spiritus sancti. Hec autē
adhuc ceca miratur eum aquam viuam ꝓmit/
tere cum careat instrumentis: Reputans eū
Jacob minorem: qui cum suis vsus est fonte
illo. Ille vero ostendit ei hanc aquam promis/

fam esse spiritualem, z donum spiritus sancti.
Dicit q̧ hanc bibentes in eternum non sitient
maxime qui vtuntur ea ad bonum: vt sancti:
non ad malum more pecudum. Et ideo horta
tur eam intellectum rationalem promptius ad
bibere ad contemplationem intelligentie spiri
tualis: z postponere sensualem: que iudicans
carnaliter ducit in errorem. Jam enim lumine
gratie illuminata: beneficium dei z sui negligē
tiam recognoscens: de modo satisfaciendi inci/
pit inuestigare. Sed quia talis gratia maxime
acquiritur z infunditur verbo predicationis.
Jdeo apostolos hortatur ad seminādu3 verbū
dei veritate doctrine z vite: vt sic alijs ꝓficiens
reportēt per suū laborem z aliorum profectum
vite eterne premiationem. Et ſm hunc sensu3
occurrūt nobis in euangelio tres ꝯsideratiōes

Prima consideratio.

PRima consideratio est de predicatio
nis oportunitate. Et circa hoc sunt
due conclusiones.

¶ Prima cōclusio est: q̧ oportunitas rei ha/
bet se in quadruplici differentia. ¶ Uno mo/
do dicit necessitatem: sine qua res esse non po
test. De quo glosa super illud psalmis. Adiu/
tor in oportunitatibus: idest in quo opus ē dul
ce. Auxilium z refrigerium est qđ in necessita
te datur. ¶ Alio modo dicit quādam cōueni-
entiā doni. vnde glo. super illud psal. Jn tem/
pore oportuno dicit. Petentibus salubriter q̃3
doq3 dare differt. Nam deus quasi medicus
egroto dat quod conuenit z quando conuenit
¶ Tertio modo dicit adiutorij exhibitionē de
quo ad hebr. 10. Jnuenisti gratiam in auxilio
oportuno. ¶ Quarto dicit quasi amotionem
impedimenti actionis. Unde de iuda dicitur.
Matth. 20. Querebat oportunitatem. Glo.
Qđ sine turbis tradent eum: scilicet ipedien/
tibus actionem contradictionis.

¶ Scđa ꝯclusio est: q̧ doctrina p̄dicatiōis h3
magna3 oportunitatē in hac quadruplici diffe
rentia. Na3 ipsa itroducit omne qđ bonu3 est
z necessariū ad salutē. ¶ Jte3 ꝯuenienter ad/
iungit: p̄ueniens occasionē mali. ¶ Jtem ex/
cludit ipedimentu3 boni. ¶ Jtē intellectū ele/
uat lumine quodā supernaturali. ¶ Primu3
p3 de necessario ad salutē. Nā homo peccator
indiget virtute gratuita: superaddita virtuti na
ture quantū ad tria. ¶ Primo vt sanct. Et se
cundo vt bonum supernaturalis virtutis ope
tur: qđ est meritoriū. Et tertio indiget auxilio
diuino: vt ab ipso moueatur ad bene agendū.
Hec autem virtus supernaturalis est gratia q̄
concipitur ex auditu verbi predicati gratam fa
ciens anima3. s. causando in ea ceteras virtu/
tes: quibus anima sanatur: a morbo culpe: z ēt
cu3 radix meriti a deo confertur: vt possint sin/
gula opera meritoria fieri: mouet semper ad be
ne operandu3. vnde apostolus. Omnia posui
in gratia que me confortat. Hec autem gratia
est penitentia. Unde sicut penitentia est virtus
expulsiua peccati actualis anima3 deformantis
sic cu3 propriū sit gratie reformare: dicitur gra
tia inquantu3 delet culpa3 deformante3 z vul/
nerante3 restituēs homine3 ad pristinu3 statu3
Na3 ipsa delet penam z culpam: si tanta sit cō
tritio in malo: quanta fuit delectatio in peccato
z etiam gratuita que per peccatum erant perdi
ta. Et hoc est quod dicit. Uenit iesus: id est p̄/
dicatio salutaris. Jn ciuitate: id est in cor plenū
cogitationibus z affectionibus. Que dicitur
sychar: qđ interpretatur penitens. vnde Au/
gu. Penitentia est medicamētu3 miseris: spes
salutis: per quam peccatores saluantur: z deus
ad misericordiam prouocatur q̄ penitentia lic3
a nobis sit dispositiue: tamen a deo est effectiue
Jn cuius signu3 christus p̄dicauit penitentia3
in remissionē peccatoꝝ. Et ideo dicit. Juxta p̄
dium: idest iuxta meritu3. Qđ iacob. i. christꝰ
supplantator p̄ncipis tenebraru3. Dedit: idest
perfecit per passionem. Joseph: idest predesti/
nato: q est filius dei: q etiā apponit vel augmē
tat hoc meritum virtuosis operibus. ¶ Se/
cundu3 est sapientia infusa per spiritum sanctū
z hoc in p̄dicatione doctrine salutaris. Cuius
operationis est conuenienter precludere occasi
ones mali: z hoc per cognitione3 eiusde3 z re/
cordationem. Nullus de peccato penitere po/
test: nisi cognoscat. Na3 cognitio turpitudinis
ad fletu3 prouocat. Fletus desidia3 seculi par/
uipendere facit: z vita3 beatam concupiscere.
Hoc autē facit sapientia spiritualis que intelli/
gitur per fonte3. vnde dicitur. Jbi autem erat
fons: idest sapientia spiritualis infusa per predi
cationem. Jacob: idest illi qui vitijs reluctatur
De quo dicitur sapientie. Et aqua sapie salu/
taris potauit illu3 zc. Unde sapientia dicit q̄si
sapore virtutu3 condita. vnde Bernar. Jnue
nisti sapiam: si prioris vite peccata defleas zc.
¶ Tertiu3 est excludens impedimētum boni
salutis. Est aūt duplex impedimentu3 salutis.
Unu3 est peccatū actuale: z nō est cōe oibus.

sed tm̄ peccatoribus. Sed illud amouetur per opera penalia pnie. Nam congruum est cum peccator sit pene debitor: q̄ merito per ip̄m dz fieri redditio debiti. s. penā debitaȝ sustinēdo.
¶ Aliud autē impedimētum boni est peccatuȝ originale: ⁊ illud est cōmune omnib⁹: et hoc quidem auferri nō potuit: nisi per eum cuius operatio in totā naturam potuit: ⁊ hoc solū ptinet ad xp̄m: qđ semel fecit per passionem. Unde s̄m Ambr. tantum fuit peccatū vestrum: vt saluari non possemus nisi vnigenitus dei filius moreret̄ ꝓ nobis debitoribus mortis. Et hoc est qđ dicit. Ihs fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. quasi dicat ihs est penitens fatigatus ex itinere: ꝑpter penalia opa satisfactionis sedebat. s. perseuerando Sup fontem. Hora erat quasi sexta. Hora sexta xp̄s passus ⁊c. Et per horā sextā contritio intelligit̄ meriti scaturientis de puteo voluntatis: ꝯformantis se volūtati diuine: sic vt recipiatur premium vite eterne post deletioneȝ: vel solutionē debiti: qđ nobis ostendit̄ verbo predicatiōis. Unde aplus Nos aūt p̄dicamus vob̄ xp̄m ⁊ hūc crucifixū.
¶ Quartum est eleuans intellectum lu̅ie supnāli. Homo non pōt cognoscere ea: q̄ naturaliter rōnem excedunt sine auxilio gratie. Naȝ actus cuiuscunqȝ agentis creati depēdet a deo q̄ꝫtum ad duo. ¶ Uno mō q̄ꝫtum ab ip̄o hȝ ꝑfectionem seu formā: ꝑ quaȝ agit. ¶ Alio mō q̄ꝫtum ab ipso moueť ad agenduȝ. Unaquecꝫ enim forma indita creatis rebus a deo hȝ efficaciam respectu alicuius actus determinati: inquantum pōt s̄m suam ꝓpriam virtutē. vltra autem non pōt: nisi ꝑ aliquam formā supadditam. Sic intellectus humanus habet aliquaȝ formam. s. ipsum intellectuale lumē ⁊c. Et ad altiora vero intelligibilia intellectus human⁹ cognoscere non pōt: nisi fortiori lumine fulciat̄ Sicut lumen fidei vel lumen gratie: inq̄ꝫtum est nāl'r supadditum. Et ideo ad cognitionem cuiuscunqȝ veri indiget hō auxilio diuino: vt intellectus a deo moueatur ad suum actum: sȝ indiget noua illustratione in hijs que excedūt nālem cognitioneȝ. Et hoc est qđ dicit. Uenit mulier de samaria hauriens aquaȝ. Hec mulier est aia rōnalis. De samaria: adhibens. s. custodiam cordis. Eleuata lumine sapie supnālis. Hec venit: per diligentem inuestigationem affectu mentis. Ad fontem: xp̄m in quo sunt infiniti thesauri sapientie. Haurire aquā sapientie salutaris.

Scđa ꝯsideratio.

Secunda ꝯsideratio est de predicātis sagacitate: cuȝ dicit ei ihs. Da mihi bibere. vbi occurrūt octo documēta
¶ Primum documentum est: q̄ lȝ deus voluntate antecedente vult omnes hoies saluos fieri: q̄r equal'r est ei cura de oibus: vt dicit̄ sapientie. 6. q̄r ex equali sapientia ⁊ bonitate ois administrat. Tamen voluntate ꝯñte vult solū predestinatos saluos fieri: q̄r vult eis maius bonum. Uoluntas. n. dei est cā voluntatis in rebus ⁊c. Ex hoc aliqua sunt meliora: q̄r deus eis maius bonum vult. vnde Aug. Omnia enīȝ diligit deus que fecit: ⁊ inter ea magis diligit creaturas rationales: ⁊ postea q̄ sunt mēbra vnigeniti sui: ⁊ multo magis ipsum vnigenitum suum. vnde dicitur. Dicit ei ihs. s. excitans mulierem petendo potum. Da mihi bibere: literal'r xp̄s petebat potum: q̄r sitiebat. Per estum diei sitiebat etiam hoium salutem Propter quod etiam dicebat pendens in cruce. Sitio: vbi August. Omnium fidem sitit qui pro omnibus sanguinem fudit.
¶ Secundum documētum est: q̄ deus ad incitandum hoiem ad suum beneplacitum instillat sibi speciales reuelationes. vidētes eius innocentiam: statum gratie ⁊ peccati. Quib⁹ cognitis habilitat̄ ad gratie receptioneȝ. In hac reuelatione peccata representant se quadrupl'r ¶ Primo vt impeditiuū diuine gratie: quoniam per ipsum anima spoliat̄ donis supernaturalibus. ¶ Secundo vt lucratiuum infinite pene: q̄r pena condigna peccati mortalis est gehenna inextinguibilis. ¶ Tertio vt amissiuum glorie: q̄r nullus exñs in mortali peccato hȝ hereditatem in regno ⁊c. ¶ Quarto vt offensiuum maiestatis diuine: quia altissimus odio hȝ peccatores. Sil'r aūt gratia econuerso se representat q̄drupl'r. ¶ Primo vt viuificatiuum anime a morte. ¶ Secundo vt excitatiuum a somno delectationis mundane.
¶ Tertio vt munitiuū ad modum armature
¶ Quarto vt fecundatiuum gr̄e: singula opera faciendo meritoria. Hijs enim consideratis vitando peccatum ⁊ amplectendo gratiam habilitat̄ ad recipiendam influentiam spūaleȝ vnde dicitur. Discipuli autem eius abierant. se anime infundendo. In ciuitate: pp multitudinem imaginationū: cogitationum: ⁊ affectionum. Ut cibos emerent. i. fidem vel salutem animarum ꝓcurarent: que est cibus dei.

¶ Tertium documentū est: q̄ lʒ in cognitiōe spūalium ducamur p̄ tpaliuʒ manuductionem tū talis cognitio nō est pfecta. Nō.n.est sufficiens ꝯparatio rerꝫ mālīuʒ ad imaterialia ſm ſili tudinē. Unde ipossibile ē lumē māli ad imaterialē celestiūʒ ꝯtēplationē excitari nisi ſm se māli manuductiōe ducaꝛ tū impfecte. vnde pp impfectā ſilitudinē rerꝫ visibiliū ad inuisibilia nōduʒ illumiata. Dicit ei mulier. Intelligens xp̄i petitionē de corporali potu: lʒ etiā occasiōe mālis potus voluit excitare eam ad potuʒ spūalem. d. Quō tu cū iudeus sis petis a me potū? quasi di. Potus carnalis voluptatis ſm carnis legē est mihi notus. Sed tu cū sis iudeus hūs legē mecū discrepās. Bibere a me petis: q̄ suʒ mulier samaritana. Forte ē tibi ali⁹ potus melius te satiās. Nō.n.contunꝛ iudei samaritanis. Et iō non licet eis eundē bibere potuʒ. vnde glo. Mulier nesciēs quē potuʒ petierat ab ea: opponit se esse de alienigenis vasculis: quorꝫ etiaʒ ꝯuersatiōe nō vtunꝛ iudei: sed ihs q̄ fidem petebat spūm ei dare cupiebat.

¶ Quartū documentū est: q̄ hoc donū spirit⁹ ad qd̄ hanc mulierē excitauit est valde effectuʒ salutis. Nā ad h̄ vt aliqd fit effectum tria debʒ hr̄e. ¶ Primū ex parte dantis potentia. Deus.n.est potentissimus. Nouit.n. cui ⁊ q̄ñdo debeat dare: ⁊ cui non: ⁊ cui substrahere: ⁊ est etiaʒ liberalissimus. Ipse.n. dat oibus ⁊ nulli iproperat. vnde dicit. Si scires.s. liberalitatem sue donationis q̄ est spūs sanctus. Et qs est: ⁊ cuius potētie est ⁊c. ¶ Scd̄m ex parte petentis indigentia. Tu forsaꝫ petisses. Dicit forsaꝫ ꝑpter flexibilitatem liberi arbitrij. Deus eniʒ vult nos petere q̄ȝ indigemus: ⁊ vt desideriuʒ nostꝝ impleaꝛ. ¶ Tertiū ex parte doni sufficientia. vnde dicit. Aquā viuā. Nec.n.est sufficiens ad purgandū. Aqua.n. gratie est culpe purgatiua. Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam.

¶ Quintuʒ documentum est: q̄ iesus ab hac muliere petens potū aque.i. ipletionē legis tāquaʒ meritoriaʒ salutis: ⁊ nunc pmittens donū gratie dubio ꝓbabilitatis eaʒ implicat. Et hoc vt sic citius ingrendo ad apicē veritatis perueniret. Unde hec mulier audiens tantaʒ efficaciā aque ꝓmisse: opinaꝛ efficaciaʒ legis esse reprobatam ⁊ admiratur: ꝓbabili dubitatione arguens: Tu ꝓmittis efficaciaʒ meriti: vel tale recipies de lege scripta vel alibi: non de lege: q̄ȝ est magne ꝓfunditatis ⁊ auctoritatis: q̄ȝ a spiritu sancto: ⁊ delectabilis suauitatis: ⁊ secūde veritatis: talem auctoritatē nō habes. Unde igitur aqua gratie quaʒ ꝓmittis hʒ efficaciaʒ: ⁊ hoc innuitur cuʒ dicitur. Dicit ei mulier. Dñe neqꝫ in quo haurias habes. q. d. Non habes intellectus sublimitatē: nec spūs sancti auctoritatē. Miror igiꝛ vnde habes aquā viuā ⁊ gratiam. Quotienscunqꝫ.n. transcendentiū rerꝫ notitia in mentē venerit: totiens facit admirationē cōsurgenteʒ qn̄ effectus sunt manifesti ⁊ causa occulta. vnde puteus est lex scripta. Est altus: ꝓfunditate. Est.n. magna auctoritate: q̄ȝ fons ē a patre iacob.i. a spiritu sancto: q̄ supplantator est inimici. Habet etiā delectabilē suauitateʒ. Psal. Quā dulcia faucib⁹ meis ⁊c. vn̄. Ipse ex eo bibit ⁊ filij eius ⁊ pecora. Est etiaʒ fecunda vbertate: q̄ȝ non solum sapientibus: sed etiā insipientibus daꝛ: q̄ȝ biberūt etiam pecora. vnde Orig. Mystice fons iacob scriptura diciꝛ: in q̄bus instructi bibunt: vt iacob ⁊ filij ei⁹ simplices bibūt more pecudū: ꝯcludit q̄ȝ iacob maior te est: ⁊ ꝯtentus erat informatiōe legis.

Scd̄ʒ eius argumentuʒ est: Precepta sunt d̄ lege scripta: que sunt ita vtilia q̄ sine eis nō potest haberi vita: qd̄ notatur cuʒ dr̄. Patres vestri in monte hoc adorauerunt: per montē altitudo meriti p̄ceptorꝫ intelligitur: ⁊ vos dicitis meritum ꝯsistere in gratia spūs. vnde sequitur Et vos diciti: q̄ȝ in iherosolymis est locus vbi opꝫ adorare: idest i spiritu pacifico vnico gr̄a dei. Nam iherosolymis pacis visio dr̄. Unde in pace factus est locus eius. Sʒ quomodo potest hoc stare. Cum patres in lege contenti fuerunt te potiores?

¶ Sextum documentū est: q̄ iesus magis excitans eaʒ ad credendū: dubiū remouēs: rn̄dēdo ad obiecta ostēdit ei veritateʒ. Unde hʒ Augus. Licet dubites qualiꝛ intelligi debeat illud apostoli: Lr̄a occidit: spūs viuificat. Secūda corꝝ. 4. Tū vera sponsa xp̄i scire dʒ qd̄ distet inter lr̄aʒ ⁊ spūʒ: que duo alio modo dr̄ lex ⁊ gratia. Non.n. fructus est bonus qui de caritatis radice non surgit. Si vero adsit fides operans p dilectionē fit delectatio: que nō lr̄e: sed spiritu⁹ bonum est. Lr̄a.n. sine adiuuante spiritu occidit: cū vero adest viuificans spūs. Hoc ipsum intus ꝯscriptū facit diligi: qd̄ foris scriptū facit timeri. Et hoc est qd̄ dicit. Omnis qui bibiꝛ ex aqua hac sitiet iterꝝ. Ratio. q̄ȝ habet causaʒ tēporalē ⁊ d̄ficientē: Sʒ q̄ bibit ex aqua quā ego dabo nō sitiet in eternū: cuʒ habeat causaʒ per

petuam ⁊ indeficientem scilicet spiritu**z** sanctū. Ubi innuitur perfectio aque gratie in comparatione ad aquam legis: quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. Naz aqua gratie excedit aliaz in quinque. ¶ Primo quia habet singularem effectum: quia satiat appetitū. Et ideo qui biberit ex ea non sitiet in eternum.

¶ Secundo habet singularem ortum: quia a fonte vite oritur. vnde dicit. Quam ego dabo ei: quasi diceret. Hec aqua a me orit̄. ¶ Tertio habet singularem motum: quia mouet̄ sursuz. Et ideo dicitur aqua saliens. ¶ Quarto habet singularem sitim: ⁊ ideo dicitur q̄ qui biberit ex ea fiet in eo fons ⁊c. Quia aqua gratie intra animam est. Et ideo sequitur q̄ non potest sitire terrena. ¶ Quinto habet singularem fructum: qui est vita eterna. vnde. Saliet in vitam eternam. Aqua autez legis non extinguit sitiz. Quia qui biberit ex ea sitiet iterum. Item oritur de fonte iacob: scilicet de lege. Itē morat̄ deorsum. Item est extra animā: ⁊ ideo non extinguit. Sed quomodo intelligit̄ illud: Qui biberit ex hac aqua: non sitiet in eternū. Cum dicatur ecclesi. tertio. Qui biberit me adhuc sitiet? Dicitur q̄ res corporalis aliter dr̄ generare sitiz: ⁊ aliter res spiritualis: quia hec habita non causat sitim suiipsius: sed alterius. Ista vero tollit sitim alterius rei: ⁊ causat sitiz suiipsius. Ratio est. Naz res temporalis antequam habeatur: magis precij estimatur ⁊ sufficiētis: sed habita: quia nec tanta: nec sufficiēs inuenitur: ad anime desideriuz quietandum: ideo ⁊c. Sed ad aliud appetendum mouetur. Res vero spūalis nō cognoscit̄ nisi cuz habetur. Et ideo cum habet̄: delectat affectuz ⁊ mouet desideriuz non ad aliud appetendum: sz ad seipsaz pfectius habendam. vnde: Qui bibunt me. s. impfecte. Adhuc sitient. s. pfectionē. In vita. n. p̄senti nunq̄z desiderium qetat̄: q̄r eius quietatio ad vitaz futurā reseruat̄. Mat. Beati qui esuriunt ⁊ sitiunt iustitiā. Et ideo seqnit̄. Dicit ei mulier. Da mihi hanc aquā: vt non sitiaz: neq̄z veniā huc haurire. q. d. s̄m Augu. Duplici necessitate teneor. s. sitis ⁊ laboris. Erat. n. illumiata a dn̄o. Dicit igitur. Crede mihi mulier. Ubi euacuat meritum legis i lr̄a ⁊ extollit meritum spiritus ⁊ gr̄e. Quia venit hora: quando neque in monte hoc: neque iherosolymis adorabitis patrem. Adorari est mereri: quasi diceret. Qd̄ veniente tempore gratie: q̄ per christum iniciat̄. Nullum meritum erit nisi per gratiaz: ⁊ ideo dicit. Uos nescitis quid adoratis: nos autem adoramus qd̄ scim⁹. Loquēs in psona xp̄ianorum. Quia salus. s. meriti. Ex iudeis est. s. ex ꝯfitentibus xp̄m est acceptuz. Sed venit hora ⁊ nunc est. s. meriti scilicet postq̄z ego incarnatus suz. Quando veri adoratores. Non in cerimonijs ⁊ figuris. Adorabunt patrez. s. xp̄z: q nos sanguine liberauit: non dn̄z vt serui. In spiritu. Aug. Quia deus est spiritus. De veritate fidei: vel. In veritate. i. sine fictiōe vt ypocrite. Uel in veritate: vt s̄m Criso. Non tp̄alia ⁊ caduca: sed saluti necessaria petant̄. Nā ⁊ pater tales querit. s. acceptat: q̄r spūs est deus non corpus. Igitur q vult sibi assimilari: dz ⁊ spiritu adorare.

¶ Septimuz documentū est: q̄ ad pfectaz fidez non sufficit assensus voluntatis: sed etiam ibi reqritur ratio ⁊ itellectus: qbus discutiātur credēda. Aug. Quis. n. nō videat p̄us eē recogitare q̄z credere. Nullus. n. credit nisi p̄us cogitet esse credendū. Quāquaz ⁊ ipsuz credere nihil aliud sit: q̄z cū assertiōe cogitare. Hoc autez ptinet ad intellectum ⁊ rationē: vt intelligendo discutiat: ⁊ voluntati ostēdat: q̄r voluntas nō fert̄ nisi in obiectuz a rōne p̄ostensum. vnde dicit. Uoca viꝝ tuum. i. intellectum ⁊ rationez ad opeꝝ discretionē. Nam s̄m Augu. Uir iste intellectus est: q̄r volūtas ꝯcepit ab intellectu mouēre eā: ⁊ ita voluntas est: sicut mulier. Ratio vero mouēs voluntatez: quasi vir eius. Quia igit̄ voluntas prōpta erat ad recipiendum: sed nō mouebat̄ ab intellectu ⁊ rōne. Vt spūal̄r hoc intelligeret: sed sensibil̄r detinebatur. Ideo dicit. Uade voca virum tuum idest intellectum: quo spiritualiter intelligas: quod modo carnaliter sapis.

¶ Octauuz documentū est: q̄ nō pōt fieri ꝟa illuminatio fidei: nisi p̄mo sensualitas restringatur. vn̄ ꝯtingit qn̄q̄z rōne errare in sensibilibus. vnde Ber. rn̄dit. Nō habeo viꝝ. i. intellectuz regentē: sed adulteꝝ pdentē. s. p errores. vnde vir illegittimus est itellectus errans a quo aīa non regit̄: sed pditur s̄m Aug. Nā cū aīa cepat esse capax ratiōis: aut a sapiēte mēte regitur: aut ab errante. vn̄ dixit iesus. Bene dixisti: non habeo viꝝ. Quinq̄z. n. habuisti: ⁊ hic quē habes non est tuus vir. Mystice autez quinq̄z viri sunt quinq̄z sensus Qd̄ aūt legittimi dicti sunt s̄m Aug. Ideo est: q̄r a deo facti sunt ⁊ anime donati. Aīa autem anteq̄z possit vti mente ⁊ ratione vtit̄ sensibus carnis

Uir aũt illegitimus est intellectus errãs. Un
de ad oẽm operationẽ vocanda est discretio in
tellectualis: q2 ipsa est mater virtutum: ſ3 dimit
tendus est vir sensitiuus. i. quinq3 sensus ⁊ eo
rum motum ⁊ instinctu3 penitus dimittas: q2
ſm apostolum spiritu est ambulandũ: ⁊ deside
rium carnis: ⁊ sensibilitatis nõ est perficiendũ
Et ideo dicit. Domine vt video ꝓpheta es tu
a quo ostendit ſm Augusti. Quia intellectus
ad eam venerat non tamen ꝑfecte: q2 percepto
modico lumine: obliuiscitur oium mundanoꝝ
sed de sola doctrina sollicitatur. Et ideo dicit.
Scio q2 messias veniet. quasi. d. Ego ista per
fidem perfecte capere non potero: sed veniente
messia: tunc omnia sciemus ista: ⁊ sic ſm Au-
gusti. Sciebat quis eam docere posset: sed ta-
men docentem non agnouit.

Tertia consideratio.

TErtia consideratio est de predicatio-
nis vtilitate: que fuit samaritanoru3
conuersio cum dicitur. Ego sum qui
loquor vobiscum: vbi occurrũt. 8. documẽta.
¶ Primum est: q2 sicut deus miraculose ali-
quid supnaturaliter in rebus corporeis operat̃
Ita etiam supnaturaliter ⁊ preter ordinem mẽ
tes aliquorum in hac carne viuentiu3: sed non
sensibilibus carnis vtentium: vsq3 ad visionẽ
sue essentie eleuat. Augustinus. Mentis hu-
mane acies in tam excellenti luce non figitur.
nisi per iustitia3 fidei emundetur. Et ideo red
dit etiam hoiem impeccabilẽ. Nã cum diuina
essentia sit ipsa beatitudo. Hoc modo habet se
intellectus videntis diuinam essentia3: sicut se
habet quilibet homo ad beatitudinem. Mani
festum est: q2 nullus homo potest per volunta
tem a beatitudine auerti. Naturaliter eni3 ⁊ ex
necessitate vult homo beatitudine3: ⁊ fugit mi-
seriam. Unde nullus videns deum per essen
tiam potest voluntate antecedente auerti a deo
quod est peccare. Et propter hoc omnes vidẽ
tes diuinam essentiam: sic in amore stabiliun-
tur: q2 in eternum peccare nõ possunt. Et ideo
petit Psal. dicens. Ostende faciem tuam ⁊c.
Glosa. Ipse solus est qui ab infirmitate libe-
rat homines. Tu ergo deus ꝯuerte nos auer
sos a te. Aliter non conuertimur: nisi tu facias
⁊ ostende faciem tuam ⁊ illumina famulum tu
um nube carnis velatum: idest filium tuum: q
est imago tua. Prius enim deus conuertit: ⁊
tunc ostendit lumen pietatis: nos inspiciendo
saluat. Na3 conuersos solet deus respicere: in
cuius figura dicit. Ego sum qui loquor: quasi
diceret. Messiam queris: ego su3 christus: q2
singulariter pre participibus meis vnctus.
vbi glosa. Ego sum quem expectas futurum:
venisse agnosce: ⁊ adducto tecum viro: qui te
regat: que fidei sunt necessaria: discere labora:
Unde quia sciebat quis posset ea3 docere: ⁊ cũ
eum ia3 docentem non agnosceret: digna erat
vt se ei manifestaret.
¶ Secundum documentum est: q2 bona con-
uersio tria amplectitur. ¶ Primum est displi
centia ⁊ detestatio peccati. vt videlicet quantu3
homo delectatus est in bono commutabili in-
ordinate contra deum: tantumq3 habeat dete-
stationem peccati. Ihere. 25. Conuertimini a
via vestra pessima. vnde dicitur. Dereliqué-
rit ydriam suam: ⁊ curam ⁊ sollicitudinem se-
culi: qua sensus ⁊ cogitatio distrahuntur: vt ho
mo non valeat defectus considerare: ⁊ de eis
displicentiam habere. ¶ Secundum est dile-
ctio ⁊ affectio ad deum. Et ratio est. Quia cu3
bonum in communi sit obiectum voluntatis:
hoc autem apprehendit sub se: bonum existens
⁊ apparens. Sicut igitur homo inordinate de
lectatus est in bono apparenti: sic modo in ple
naria conuersione d3 delectari in bono existẽ-
te. Sic autem conuertendo ad deum: ipse ad
nos conuertitur per amorem ⁊ dilectionem.
Unde Zacharie primo. Conuertimini ad me
⁊ ego conuertar ad vos. vnde dicitur. Veni
te ⁊ videte hominem. Non dicit credite: quia
nouerat: si gustarent solum de eode3 fonte hec
eadem faterentur. Quia ſ3 Crisostomũ. Ani
ma diuino igne inflammata ad nihil respicit ni
si solum ad eam que detinet flammam. Nun-
quid ipse est christus? Quasi di. Christus q
futurus expectatur adesse videtur. ¶ Tertiu3
est desiderium trahendi omnes ad dei dilectio
nem. Nam gratia disponens hominem ad cõ
uersionem causat in eo habitum caritatis: quo
mediante in eo non solum diuinum perficit be
neplacitum sibi viuendo: sed alijs proficiendo
Nam ipsa caritas est habitus quo diligitur de
us: ⁊ quo volo alium diligere deũ: Sed q2 ca-
ritas tendit in alterum: nullum excludẽs: ideo
affectu charitatis conuersus per gratiam: vult
omnem hominem deum diligere: ⁊ ad ipsum
pertingere. Et ideo etiam omnia que impe-
diunt nititur auferre: ⁊ premunire: vt postpo
nat. Et ideo non solum relinquit ydriam: id
est concupiscentiam inclinans ad malum.

ſed abijt in ciuitatē: ⁊ dixit illis hoibus: Glo.
verbo dei cognito: illud vehementer ciuitati/
bus annunciare deſideratꝛ. vnde ipa quaſi te/
nuit locū apl'i reſpectu ciuium: qꝛ ſm Criſo.
ſicut apl'i vocati deſerūt retia: ita h̄ dimittit ydriā
⁊ euangeliſtaꝝ opus fecit relinquens exēpluꝫ
p̄dicationibus p̄us dimittere curā ſecularium
negocioꝝ. Et nō ſolum vnum tm̄ vocat: ſꝫ ci/
uitatem integrā: volens oēs ſaluos fieri: ⁊ ad
agnitionē dei ꝑuenire. Prudenter. n. ꝓcedit
iſta mulier. ¶ Primo. n. vocat xp̄m hoiem:
ne ſi diceret eum xp̄m: iraſcerentꝛ auditores: ⁊
nollent exire. Non tm̄ total'r ſiluit: ſꝫ quaſi du/
bitatiue ꝓponit: ⁊ ſic eius ſermonē acceperunt.
vnde ſequitꝛ. Exierunt aūt de ciuitate illa mul
ti: ⁊ ve. ad xp̄m. In quo docemur: ꝙ ſi ad xp̄ꝫ
ire volumus: opꝫ nos ciuitatē exire. i. amoreꝫ
carnalis cupiditatis. He. 13. Exeamꝰ ad euꝫ
extra caſtra.
¶ Tertium documentum eſt: ꝙ hec cōuerſio
q̄ fit per cognitionem vel dilectionē dei: meri/
toria eſt ꝑ gratiā: que cāt in aīa virtutes: qbus
ſingule oꝑationes perficiuntur. ¶ Ratio eſt.
Nam gratia cum ſit radix meriti: a deo ꝯferꝛ:
ſic vt poſſint ſingula oꝑa meritoria ab hoie ꝑ/
fici. Hoc autē fit ſolum ꝑ virtutes: qbus ſicut
habitibus exitꝛ in oꝑa virtuoſa. Ideo deus ꝯfe
rendo gratiā cauſat virtutes in aīa: qbus oꝑa
meritoria perfici poſſunt. vnde apl's. Omnia
poſſum in gratia: q̄ me ꝯfortat. vnde ſequitur
Et ꝯtinuo venerunt diſcipuli eius. Virtutes
dicuntꝛ diſcipuli: qꝛ ordinant hoiem ad deum:
vel xp̄i doctrinam. vnde lꝫ deus de potētia or
dinata nullum acceptet niſi per gratiā. De po
tentia tamen abſoluta poſſet quēlꝫ hominē in
puris nālibus acceptare ad vitā. vnde ſequitꝛ.
Et mirabantꝛ: qꝛ cum muliere loquebatꝛ: eam
in puris nālibus acceptando: tamen eius gra
tia eaꝫ p̄uenit. vnde ſm Criſo. mirabantꝛ: nō
malum ſuſpicabantꝛ de tanta xp̄i manſuetudi/
ne: ꝙ cum muliere aliena. ſ. a fide ⁊ gratia: ſic
humil'r ꝯferebat. Nemo tamē dixit. Quid q̄/
ris aut quid loqueris cum ea? ſcientes ſm po
tentiam abſolutaꝫ eam in puris nālibus poſſe
acceptari ad vitam eternam.
¶ Quartum documentum eſt: ꝙ ſpūalis mā
ducatio ⁊ refectio xp̄i eſt ꝯuerſio ⁊ ſalus aīaꝝ:
quas ſibi dum conuertuntꝛ incorporat. vnde ſi
cut pctōres ſunt cibus diaboli: ſic penitentes
ſunt cibus xp̄i. vnde xp̄s reficitꝛ: quando vere
penitentes ⁊ a malis oꝑibus quieſcētes: incor
porare delectant. Et h̄ quando non vnus: ſed
plures conuertuntꝛ. In cuius ſignuꝫ quādoqꝫ
cum iniuſtis veſcebatꝛ: vt eos ad iuſtitiā ꝯuer/
teret: aliqn̄ cum pctōribus: vt eos ad pniaꝫ du
ceret: aliquādo cum iuſtis vt eos in iuſtitia ſo/
lidaret: aliqn̄ cum ypocritis vt eoꝝ ſuꝑſtitionē
argueret. vnde ſequitꝛ. Interea. i. inter receſ/
ſum mulieris ⁊ aditum ſamaritanoꝝ rogabāt
eum dicentes. Rabbi manduca: arbitrantes
aptum eſſe tp̄s: qꝛ fatigatus erat ex itinere.
Ille aūt dixit eis: informans eos ad ꝯtemptū
refectionis carnis: ⁊ ad deſiderium refectiōis
ſpūalis: ⁊ dixit eis. Ego cibum hēo manduca
re: quem vos neſcitis: q̄ꝫtum ad deſideriū no/
tans noſtrā ſalutem ſibi refectionem. Et ſeqꝛ.
Quem vos neſcitis. i. nō capitis. Dicebāt ꝰ.
Nunqd aliquis attulit ei manducare? Nam
xp̄s ſm glo. recepit ab alijs cibos: vt afferen/
tes meritum ꝯſequerentꝛ: ⁊ diſcipuli pauperta
tem nō erubeſcerent. vnde dn̄s audiens cogi
tationes diſcipuloꝝ: inſtruit eos magis dicēs
Meus cibus eſt vt faciā voluntatem eius: q
miſit me: vt ꝑficiaꝫ opus eiꝰ. Glo. Volūtas
patris dei eſt: vt credamus in eum: ⁊ in filiuꝫ
quem ipſe genuit. Opus patris eſt noſtra ſa/
lus: quam ipe filius ꝑ mortem ⁊ ſuā paſſionē
nobis procreauit. Prime Thimoth. 2. Vult
omnes ſaluos fieri ⁊c.
¶ Quintum documentuꝫ eſt: ꝙ lꝫ conuerſio
ſit effectiue a gratia dei: eſt tamē diſpoſitiue a
libero arbitrio eligente. Ratio eſt. Ex h̄ enīꝫ
liberi arbitrij dicimur: ꝙ poſſumus vnum re
cipere alio recuſato: quod eſt eligere. Et ideo
nām liberi arbitrij ex electione cōſiderare opꝫ
Ad electionem aūt ꝯcurrit aliqd ex ꝑte cogni/
tiue virtutis: ⁊ aliquid ex parte appetitiue.
Ex ꝑte cognitiue requiritꝛ conſiliūꝫ: per quod
dijudicatꝛ quid ſit alteri p̄ferendum. Ex parte
autem appetitiue requiritꝛ ꝙ apprehēdendo ac
ceptetur illud: quod per ꝯſilium dijudicatꝛ. Et
ideo in. 3. ethi. libeꝝ arbitrium vocatur deſide
rium conſiliabile: qꝛ ꝓpriūꝫ electōis eſt id: qꝺ
eſt ad finem. Hoc aūt inq̄ꝫtum huiuſmodi hꝫ
rationem: qꝛ dicitꝛ vtile: pꝫ cum bonum ſit ob/
iectum appetitus: ꝙ conuerſio ſit a libero arbi
trio diſpoſitiue eligente. vnde ſequitꝛ. Nonne
vos dicitis ꝙ adhuc decē menſes ſunt: ⁊ meſ/
ſis venit? Glo. Vocat mentes ſamaritanoꝝ
diſpoſitas ad recipiendum verbum dei regio
nes dealbatas. Sicut. n. ſpice cuꝫ dealbate fu
erint: parate ſunt. Ita ⁊ hij parati erant. Et

ideo hortatur suos discipulos ſm glo. dicens.
Ecce dico vobis leuate oculos vestros: ⁊ vi/
dete regiones: q᷑ iam albe sunt ad messez: qua
ſi dicat aduunate per p̄dicationes ad implendū
voluntatem patris: q᷑ parata est messis. Vide
te gentes facile credētes. Albe sunt ad messez
Glo. Transacta hyeme infidelitatis: adest ca
lor fidei: ⁊ parata sunt corda: vt opera iustitie
ex eis colligatis.

¶ Sextum documentuz est: ꝙ doctores fidei
sunt apud deum magni meriti: q᷑ illa que do/
cebant: etiā exemplo exhibebant: q᷑ facta plus
mouent: q̄z verba. vnde apl's ad Titū. Pre/
be exemplum bonoꝝ opum in doctrina. Ista
duo. ſ. exempla ⁊ doctrina obuiant: vt doctri/
na ꝑ exempla bonoꝝ opeꝝ cōfirmemur: ⁊ per
doctrinā homo ad bona opa excitetur perfecte
ad deum redeundo. vnde ſeqtur. Et qui me/
tit mercedem accipiet. Glo. Prophe semina
uerunt: ⁊ apl'i illud messuerūt. Predicatio ta
men aploꝝ seminatio dici pōt ⁊ messis. Mes
ſis qdem respectu ꝓphaꝝ: quia ſm Orige. in
qualz facultate illi seminant: q p̄nª tradūt. Si
cut. n. semen virtualr̄ est tota arbor: ita scien-
tia tota virtualr̄ est in p̄ncipijs. Illi aūt metunt
in scientijs: qbus declarando principalr̄ inde
fructum scie eliciunt. Dicitur etiam predicatio
aploꝝ semen respectu fidei: ⁊ boni opis respe
ctu subditoꝝ. Eadem etiā bona opatio est se-
men respectu vite eterne. vnde apl's. Qui se/
minat in benedictionibus: de bene. ⁊c. In h̄
igit̄ verbum vulgare dictum est: q᷑ alius est q
seminat: ⁊ alius q ⁊c. vnde vnus laborat: ⁊ ali
us fructuz sustulit. Quia ego misi vos metere
quod non laborastis. vnde lz alij laborassent:
hij tamen laborem illoꝝ intrauerunt: tollēdo
meritum: qd̕ per alioꝝ p̄dicationem erat semi
natum. vnde glo. Utroq̃z. n. opus erat: semi/
natore: ⁊ messore. Nisi enim parati fuissent ꝑ
ꝓphas: non ita facilr̄ audissent aplos. Non
enim crederet̄ aplis: nisi ꝓphe p̄cessissent.

¶ Sepᵐ documentū est: ꝙ ꝑ nālez rōez pos
sumus duci in veritatē fidei cognitōis. Nam
lz meritoria cognitio ⁊ dilectio dei non est nisi
per grāz. Est tn̄ cognitio aliqua dei: ⁊ dilectio
nālis. Nam nāle est ꝙ mens humana ad in/
telligendum deum rōne vti pōt: ſm ꝙ imago
dei semper ꝑmanet in mēte: siue sit obumbra
ta: vt pene nulla sit: vt in hijs que non habent
vsum rōnis: siue sit obscura atq̃z deformis: vt
in pctōribus: siue sit pulchra: vt in iustis.

Hec Augu. libro retractionum. Non appro
bo qd̕ dixi. Deus qui nō nisi mundos veꝝ sci
re voluisti. Potest etiā non mundus multa
scire vera. Et h̄ per rōnem nālez. vnde sequit̄
Ex ciuitate aūt illa multi crediderunt in euz ꝓ
pter verbum mulieris. i. nālem rōnem: que et
pōt nos de vero informare: ⁊ ꝑfectio fidei fa/
cta est per xp̄m. Ideo sequit̄. Cuz g̊ venissent
ad illum samaritani rogantes illum: vt ibi ma
neret: q᷑ ꝯcepta fide per eius doctrinā deside/
rabant amplius informari ad fidei ꝯfirmatio/
nem: ad quod ratio nālis non sufficiebat.

¶ Et nota h̄ ꝙ samaritani exeunt: rogāt: ⁊ ex
audiunt̄: ⁊ xp̄s duobus diebus apud eos ma
net: q᷑ ſm Orige. xp̄s manet apud deprecan
tes: si exeuntes ciuitatem mundi versus eum
veniunt. Manet etiam apud eos biduo. quia
eis largit̄ amorem dei ⁊ proximi.

¶ Octauum documentuz est: ꝙ per gratiam
xp̄i perfectior cognitio fidei habet̄: q̄z per rati/
onem nālem. Ratio est. Nam cognitio quam
per rōnez nālem habemus: ad minus duo re
quirit. ſ. fantasma ex sensibus accepta: ⁊ lumē
nāle intelligentie: cuius virtute intelligibiles
cognitōes ab eis abstrahimus. Et q̄ztum ad
vtrunq̃z iuuatur humana cognitio per reuela
tionem gratie. Nam ⁊ lumen nāle intellectus
ꝯfortatur per infusionez luminis gratuiti: ⁊ in
terdum etiaz fantasmata in imaginatione hōis
formant̄ diuinitus magis exp̄mendo res diui
nas: q̄z ea que naturalr̄ a sensibus accipimus:
sicut apparet in visionibus ꝓphalibus. Et in
terdum etiā alique res sensibiles formant̄ di/
uinitus: vt voces ad aliqd exprimenduz: sicut
in baptismo visus est spūs sanctus in specie co
lumbe: ⁊ vox patris audita est. Hic est filius
meus dilectus. vnde sequit̄. Et multo plures
crediderunt in eum propter sermonem eius.
Glo. Quidā crediderunt ꝓpter verba verita
tis dei: vel qdam ꝓpter signa predicationis.
Johis. 2. Multi crediderunt in noie eius: vi
dentes signa: vel ꝓpter exempluz sue sctītatis
Johis. 4. Si nō vultis mihi credere: opibus
credite: ⁊ mulieri dixerūt. Quia iaz nō ꝑꝑ tuā
loquellam credimus: q᷑ nō sufficiens est ratio
naturalis. Ipsi. n. audiuimus ⁊ scimus: firmi
ter credendo: q᷑ in fide maior est certitudo ad/
herere: q̄z scie. q̄zuis ibi sit tanta certitudo eui/
dentie. Et q᷑ non sufficit corde credere: sed re/
quirit̄ ore ꝯfiteri. Ideo dicit̄. Quia h̄ est vere:
quo ad eminentiam singularem. Saluator:

quo ad efficaciam salutarem. Mundi: quo ad
influentiam gratialem.

¶ Sabbato post dominicam tertiam quadragesime. Sermo sexagesimus quartus.

Perrexit ihesus in montez oliueti. Joannis. 8°. Scd̃m qđ dicit
beatus Augu. in libro de
spiritu ⁊ anima. Nemo đ
dei pietate diffidat: quoniam maior est eius mīa: q̄ȝ nostra miseria: ⁊ qſ
quis ad deum ex toto corde clamauerit: exaudiet illum: qꝛ misericors est. Velocius sigdez videtur deus peccatori veniā dare: q̄ȝ ipsi peccatores accipere. Sic. n. festinat absoluere reuz a
tormento ꝯscie sue: quasi plus cruciat eum cōpassio miseri: q̄ȝ ipsum miserꝝ ꝯpassio sui. Sicut ostendiť in euangelio p̄senti sub mystico intellectu: ⁊ habeť in glosa. d. Quia mos ei erat
de die dominico esse in tēplo: ⁊ vespere reuerti in Bethaniam: que est in monte oliueti: mystice significat altitudinē misericordie. Vñ vobis chrisma. i. vnctio. Et mane redit ad templum. Mane est exortus noue lucis post tenebras legis: quo fidelibus in templo eius misericordiam venit pandere ⁊ dare. Et sessio est
humilitas incarnationis: qꝛ miseretur ⁊ docet
vnde libentius ppl'ſ venit ad ip̄m. sed inimici pharisei temptant de iustitia an contradicat.
Sciebant enim eum esse mansuetum: ⁊ misericordie predicatorem. vnde placebat populo
⁊ ideo putabant eum dicturum dimittendam
esse adulteram: ⁊ in hoc diceretur esse hostis legis. Et ideo etiam cum adultera eum esse reū
mortis. Qđ si ẜm legem lapidandaȝ dixisset:
deriderent eum: quasi non haberet mansuetudinem. quam predicabat: pro qua amabatur
Ipse autem neutra calumnia capitur: sed seruata mansuetudine respondit quod est vere iustitie. Qui sine peccato est: primus in eam lapidem mittat. Non autem statum iudicat: sed
inclinans se, digito scribebat in terram. Digito dei fuit scripta lex in lapide pro duritia huius populi. Nunc tam inclinatus in hoīe ipse
christus legis est lator. Scribens in terra: que
fructum reddat temporibus suis. Docet autē
nos auditis malis alicuius: non temere iudicare: sed prius digito discretionis nosipsos intus discutere: sicut illis dicit. Qui sine peccato
est vestrum: quasi diceret: prius sitis iusti: vt
post recta puniatis. Si enim lex iubet punire
reos: non tamen a similiter puniendis. Ecce
plena iustitia: vt iustus mala puniat: non iniustus. Illi igitur vel ream dimittant: vel cuȝ ea
penam sustineant. Unde sententia iustitie qua
illi conscij malorum percussi sunt. Iteruȝ scribit more primo: vultum auertens: vt illis iter
sit liberum exire: quos preuidebat citius exituros: quam plura interrogaturos. Et secundū hoc in euangelio occurrunt nobis quatuor
consideratones.

Prima ꝯsideratio.

Circa primam considerationem: que
est de christi spirituali eruditione: cū
dicitur. Perrexit iesus. sunt tria documenta.

¶ Primum est: ꝙ doctor fidei in exordio spiritualis eruditionis cum deuota oratione adire debet altitudinem diuine sapientie: qua speciali illustratione ibi hauriat quod alijs proponat in salutem animarum: quia vt Jacobi primo dicitur. Omne datum optimum: ⁊ omne
donum p̄fectum ⁊c. vbi glosa. Quicquid boni agimus: non est a meritis nostris: sed a sola gratia diue volūtatis. Et ideo dr̄ pater luminum. i. auctor omnium spiritualium donoruȝ
qꝛ in distributione donoꝝ sola lucis dona: nō
tenebras errorum immittit. vnde h̄ per deuotaȝ
orationem impetratur. Mat. 20. Omnia quecunq̄ȝ petieritis patrem in oratione credentes
accipietis. vnde dicitur. Jh̄s perrexit in montem oliueti. Glo. Causa orandi.

¶ Scd̃m documentum est: ꝙ quinq̄ȝ sunt p̄dicabilia ordināda in salutem: que quilibet doctor dȝ ostendere opere ⁊ sermone. s. pax: penitētia: que est spūalis medicina: misericordia
cognitio ⁊ humilitas. Patet de singulis.

¶ Primo de pace: de qua dicitur. 2°. corint.
vltimo. Pacem habete: ⁊ deus pacis erit vobiscum. Hec cōformat nos diuine voluntati:
quia in terra pax hoībus bone voluntatis. vñ
Aug. Qui iugo xp̄i subiectus est: subiecta hȝ
ceteraꝗ̄ pace: quia nō resistit quod subiectū est.

¶ Scd̃m est penitentia: qꝛ est spūalis medicina. vnde sicut sanitas non habetur sine medicina: sic sine penitentia non pōt gratia adipisci
Et ideo dicit scd̃a tabula: q̄ naufragiuȝ passis
per pct̄m mortale necessaria est ad salutem.

¶ Tertium est misericordia. vnde cum mise

ricordia sit virtus respiciens indigentiam alio
rum: imperat apud deum misereri. Grego.
Ire dei resistitur: quando ipsemet qui irascitur
misericordia compellitur misereri. ¶ Quar/
tum est cognitio beneficiorum dei. Hec autez
meretur eorum augmentationem: inquantum
hominem facit deo gratum. vnde Bernar.
Ad locuz vnde exeunt flumina gratiaꝝ reuer
tuntur: vt iterum fluant. ¶ Quintum est hu/
militas: q꞉ facit nos deo acceptos. Judith. 9°.
Humilium et mansuetoꝝ semper tibi placuit
deprecatio. Hoc. n. innuitur in hoc: ꝙ ihs per/
rexit in montem oliueti. In monte oliueti ex/
cellētia pacis et medicine: misericordie et cogni
tionis et humilitatis designatur. Est. n. oliua
signum pacis. vnde genesis. 8. dicitur: ꝙ co/
lumba attulit ramum oliue in signum cessatio
nis diluuij: et ꝙ deus recōciliatus est mundo.
¶ Scdo oleum est medicinale signans pniaz
vnde sicut oleum infusum in vulneribus sau/
ciati: ipsa sanat. sic pnia curat spūales morbos
Luce. 7. Quis est hic: qui etiam pctā dimittit?
¶ Tertio oleum est misericordia. Nam sicut
oleum supnatat oībus liquoribus: sic misera/
tiones eius super oīa opera eius. ¶ Quarto
oleum est cognitio. Nam olei est illuminare:
sic et cognitio reꝝ notitias cognoscere facit.
Roma. primo. Inuisibilia dei etc. ¶ Quinto
oleum est humilitas. Nam sicut oleum sedat
tumorē: sic et humilitas cordis tumorē. Mat.
23. Qui se humiliat exaltabitur.
¶ Tertiū documentuz est: ꝙ ad efficaciaz do
ctrine requiritur ꝙ triplici ꝯditione sit vallata. s.
ꝙ sit diligenter exhibita: cōmuniter insinuata:
et auctētice approbata. ¶ Primo dz esse dili/
gēter exhibita. s. vt nō solū bonis: sed etiaz ma
lis sit ad ꝓfectum: qd apostolus docet. secunde
ad Thy. 4. Predica verbum: insta opportu
ne importuneq꞉. q. d. Predica verbum et in
stanter pdica. s. opportune: quātuz ad eos: qbus
placet: et importune. s. audire nolētibus. vnde
sequit. Et diluculo iteꝝ venit in templū. Glo.
vt ostenderet zelū animaꝝ. ¶ Secūdo debet
esse communiter insinuata contra illos qui so/
luz dant se subtilitatibꝰ: in quibus quo ad cōes
nullus est fructus. Et ideo eoꝝ meritū negligi
tur: et labor frustratur: sed debet esse cōmunis
vt quilibet ſm suaz conditionem reportet disci/
plinam. Et ideo dicit apostolus secunde Thy
mo. quarto. Tu vero vigila dum tempus ha
bes in disciplinaz: et in omnibus laboribus: et

opus fac euangeliste: idest quod ore predicas:
hoc opere testare. vnde sequitur. Et omnis
populus venit ad eum. vt scilicet quilibet re/
ciperet documentum sibi competens. ¶ Ter
tio debet esse auctētice approbata ꝯtra illos qui
quandoq꞉ formant sibi fatuas fantasias. vnde
dicitur. Sedens docebat eos. Unde Augu/
stinus. Sedere pertinet ad magistros: vel ad
dignitatem magistri: quasi diceret: ꝙ debet in
docendo sedere: idest contentus esse in dictis
sanctorum et doctoruz postponendo erroneas
fantasias etc.

Secunda ꝯsideratio

Circa secundam considerationem: que est de phariseorum calumniosa temptatione: ibi. Adducunt autem. vbi occurrunt quatuor documenta.
¶ Primū est: ꝙ licet fides: spes: caritas sim
pliciter sint virtutes potiores: ideo quia sim/
pliciter ordinant in bonum: et ipsum perfecti/
us faciunt ꝯsequi: tamen mansuetudo ſm qd
est potissima inter virtutes: quibus resistitur
affectionibus prauis. Nam ira quaz mansue
tudo mitigat propter suum impetum: maxime
impedit rationem hominis: ne libere iudicet
veritatem. Et ideo dicitur ꝙ preparat hoiem
ad deum: scilicet iraz mitigando: et veritati nō
contradicendo. Hoc etiaz patet ratione. Nā
tanto aliqua dicitur potentior virtus: quāto ma
gis acceptatur a deo et hominibus. mansuetu/
do est huiusmodi. vnde eccl'ia. primo. Bene
placitum est deo fides et mansuetudo. Christꝰ
etiam specialiter inuitat nos ad mansuetudinē
dicens. Discite a me q꞉ mitis etc.
¶ Secundū documentum est: ꝙ iustitia et ve
ritas a malis patiuntur ꝑsecutionem: et miseri
cordia: et mansuetudo abiectionem. In cuius
signum pharisei allegantes legis iustitiā: et sci
entes misericordie et mansuetudinis portionē
in xp̄o cautam temptationem fecerunt: vt quā
cunq꞉ partem teneret siue iustitie: siue mā̄sue/
tudinis contradictionem pateretur. vnde ſm
glosaz neutra calumnia capitur: sz seruata mā
suetudine. Respondit ꝙ est iustitie. vnde seq
tur. Adducunt autem scribe et pharisei mu
lierem in adulterio deprehensam. Hic inter/
linearis glosa. Interrogant non vt adiscant:
sed vt veritati laqueos nectant. Ideo adducūt
adulteram: damanatam a lege ad mortem.
Deuteronomij vigesimo secundo. Si dor/
mierit vir cum vxore alterius: vterq꞉ moriet.

Sequitur. Et lapidibus obruetur: vt si iudicasset eam dimitti reus esset legis: qd̄ sperabāt ꝓpter eius magnā mititatē: ꝙ si econuerso eā lapidandā dixisset: eum imitem ⁊ crudelē iudicassent. vnde seqtur. Hec autem dicebant tēptantes eum vt possent accusare eum.

¶ Tertium documentū est: ꝙ lex ꝯtra adulterium statuit maximā penam. s. mortem: ⁊ hoc vt terrore mortis hoīes ab hoc peccato arcerentur. vnde seqtur. In lege aūt mandauit moyses huiusmodi lapidare. ¶ Nota tñ ꝙ non solum ꝓpter grauitatem culpe: sed etiam ꝓpter alias causas pena grauis infligit̄. ¶ Primo quidē propter grauitatem culpe ⁊ q̄ɜtitatez peccati: q₂ maiori peccato maior debet̄ pena ceteris ꝑib⁹. ¶ Scd̄o ꝓpter peccati ꝯsuetudinem: q₂ a peccatis ꝯsuetis non faciliter abstrahuntur: nisi ꝑ graues penas. ¶ Tertio propter multam ꝯcupiscentiaz ⁊ delectationem in peccato. Ab hijs eniz hoīes non faciliter abstrahunt̄: nisi ꝓpter graues penas. ¶ Quarto propter facilitatem cōmittendi peccatuz vel labendi in ipsuz. Huiusmodi enim peccata quando manifestantur sunt magis punienda ad alioꝝ terrorez.

Tertia ꝯsideratio.

Circa tertiam ꝯsideratione᷑ que est de xp̄i virtuosa respōsione cū dr̄. Jesus aūt iclinās se. vbi occurrūt. 3. docu.ᵃ

¶ Primū documentum ē: ꝙ oēs differentie veteris ⁊ noue legis accipiunt̄ ſm ꝑfectū ⁊ imꝑfectū. Nam precepta legis cuiuslibet dant̄ de actibus virtutū: ad oꝑandum aūt virtutū oꝑa: aliter inclinant̄ imꝑfecti: q non hn̄t virtutis habitū: ⁊ aliter illi q sunt ꝑ habitū virtutis ꝑfecti. Illi. n. q nondū habēt habitū virtutis inclināt̄ ad agenduz oꝑa virtutis ex aliqua causa extrinseca: puta ex ꝯminatiōe penaꝝ vel ex ꝓmissione doni extrīseci: puta diuitiaꝝ. Et ideo lex vetus que dabat̄ imꝑfectis. i. nōdum ꝯsecutis grām spūalem. Dicebat̄ lex timoris inq̄ɜtuz inducebat ad obſuantiam p̄ceptoꝝ ꝑ ꝯminationem penaꝝ: ⁊ vt haberet tp̄alia promissa. Illi autem qui habēt virtutez inclinant̄ ad virtutes oꝑa ꝓpter amorē virtutis: non ꝑꝑ aliquam penam aut remunerationem extrinsecam. Et iō lex noua que ꝯsistit in spūali gratia indita cordibus. Dicit̄ lex amoris: etiā dicit̄ habere ꝓmissa spūalia ⁊ eterna: que sunt obiecta caritatis. Et ideo lex vetus dr̄ ꝓhibere manuz non animum: q₂ q timore pene ab aliquo peccō abstinet nō simplr̄ eius volūtas a peccato recedit: sicut voluntas eius q ex amore abstinet. vnde sequitur. Jesus autem inclinans se: a rigore iustitie Digito: idest gratia spirit⁹ sancti. Scribebat: modificādo iustitiaz. In terra. s. nostre infirmitatis excusantis peccatū ip̄z inuolūtariū reddēdo: vt sic grā delicto superabundaret.

¶ Scd̄m documentum est: ꝙ oēs iudicantes seu accusantes si rei sunt in hijs in qbus alios iudicant seu accusant a iudicio sunt refellendi. Nam ſm Aug. Iudicās aliuz q iudicandus est seipsuz ꝯdēnat. Studeat igit̄ a se proijcere qd̄ in alijs dānosuz viderit accusandum. vnde sequit̄. Cū autez ꝑseuerantes interrogarent eū erexit se ⁊ dixit eis. Qui sine peccato est vestꝝ ꝑmus in illā lapidē mittat. q. d. ſm glo. Prius sitis iusti: ⁊ postea reaz puniatis. Si. n. lex iubet puniri reos: non tñ similr̄ a puniendis.

matũ fuerit generat mortem. Ex quo sequitur
cuz peccatum solum sic: qꝛ voluntariuz ꝙ alqs
volens peccare actu est sub peccato. Voluntas
autem plena ad peccandum: mortale est pecca-
tum. Volitum autem pro opere accipitur. vn-
de Aug. Et est peccatum adeo est voluntariuz
Qď si nõ: iã nõ est peccatum: si ergo opus est
peccatum per voluntatem: sequiť ꝙ sola electio
voluntatis peccatum includit. Unde sequitur
terribile ꝙ anteq̃ʒ vnum peccatum mortale ꝑ-
ficiať multa frequēter ꝑmittũtur: qꝛ qlibet pas-
sus quelibet missio nũcij quodlibet verbum ꝑ
vna fornicatione ꝯmittať: quando electio: et ꝑ
positum innuatur: est peccatum mortale. Et iõ
hec voluntas dicitur vnica mater defuncti: qꝛ
sola causa est peccati: et dicitur vidua: qꝛ orbata
vel repudiata a vero marito. s. spiritu sancto.

Tertia consideratio.

Circa tertiam considerationem que ē
de ieptitudine brutalis affectiõis hu
mane dementie cum diciť. Et turba
ciuitatis ꝛc. vbi sunt due conclusiones.
¶ Prima conclusio est cõmunis opinio que
dicit. Vbi multitudo: ibi cõfusio est falsissima
cuz nos inueniamus multitudinē in dei serui-
tio congregatam in vno fine intentionis ope-
rum concordare. Et ideo dicenduz est ꝙ mul
titudo est duplex. Una que sequitur christum:
ꝛ ista est ordinata propter conformitatem vo-
luntatis diuine: que est regula dirigens et al-
liciens et informans nostram voluntatem: de
qua multitudine dicitur actus. Multitudi-
nis credentium erat cor vnum vbi glo. Unus
sensus vna volũtas erat oĩuz. Sed alia est mul
titudo: q̃ sequiť ꝑturbatam ꝯsciam: angarians
ipam: imitať tñ volũtatē dei. Ista. n. cõcludit
ꝯfusionem ꝯscie ꝑturbatõis. vñ diciť. Et mul
ta turba ci. ꝛc. Nam videmus ꝙ ad exeqas fa
ciendas exit de diuersis vicis multitudo hoĩuz
De diuersis vicis. i. viribus aĩe spũalr mul-
ta turba exit ꝯfusionem faciens in mente. Nã
de irascibili indignatio de vtilitate pcti sui: hor
ror de turpitudine: timor de insufficienti satis-
factione: de vico ꝯcupiscibili dolor de carnalis
gaudij vanitate: amaritudo de ꝑterita delecta
tione: desiderium de ꝯdigna satisfactiõe: de vi
co rõnalis meditatio: de nãlium corruptõe: de
gratuitoꝝ spoliatõe: de eterne vite amissione:
de pene gehennalis damnatiõe. Hec oĩa exci
tant lachrymas: ꝛ ideo dicuntur ea sequi.
¶ Scđa ꝯclõ est: ꝙ semꝑ tenemur seq dicta-
men rõnis siue ꝯscie: inq̃ʒtum dictat necessa-
ria ad salutem: ꝛ faciens ꝯtrarium peccat mor
taliter. Nam sicut dictans ꝑcipue credit h̃ esse
voluntatis dei: ꝛ cum facit ꝯtrarium: inq̃ʒtum
in se est facit ꝯtra voluntatem dei. Sed cecus
est quando dictat vtile ad salutem: nisi quis vo
to vel precepto fuerit obligatus.

Quarta ꝯsideratio.

Circa quartam ꝯsiderationē: que est
de sollicitudine reparatoruz paterne
clementie: cum dicitur. Quam cum
vidisset. vbi sunt due conclusiones.
¶ Prima ꝯclõ est: ꝙ lachryme apđ deuz ma
xime merentur misericordiã. Ratio est: qꝛ mi
sericordia magis mouetur ad maiorē indigen
tiam. Non est aũt maior indigẽtia: q̃ʒ illa quã
incurrimus per peccatũ. Per ipsum. n. ima-
go dei in aĩa deturbatur: radij diuine gratie ꝑ
cluduntur: ornatibus spũalibus spoliať: ꝛ ima
ginationes turpiuz rerum sensibilium impri-
muntur: sequiť ꝙ ad talē indigentiã dʒ moue-
re: maxime si sibi per lachrymas innotescit. Il
lum inquit Grego. quem ꝯspicis delicta fletu

delere in ꝯspectu diuinitatis: non dubites misericordiam ꝯsequi: q̄r nullum peccatuȝ reuersum ad se despicit: qui pctōres redimere venit. vnde seqtur. Quaȝ cum vidisset. s. oculo mīe Dixit illi. Noli flere. In quo verbo notat̄ ꝙ nō est longe a salute aīa: q̄ peccauit: cum pctm̄ iam deflere incipit. Per lachrymas. n. incipit reuocari ꝛ meretur ab illo consolari: qui dicit. Noli flere.

¶ Scd̄a ꝯclo est: ꝙ appropinquatio saluatoris in pctōre causat gratiā lachrymaꝝ. vnde dicitur. Cum appropinquaret: vt vidit illaȝ mīa motus est. Forsan nisi dn̄s appropinquasset: nōdum gratiā habuisset. vnde Isid. Quisqs pctōꝝ memoria ꝯpungit̄: ad lamenta dei se visitari sciat p̄sentia: qn̄ ꝛ illud qđ se amisisse recolit: interius erubescit suo iudicio penitendo iam punit. Nam tunc petrus fleuit amare: qn̄ ipsum xp̄s respexit. Talis. n. respectus erat diuine mīe effectus: causans ꝯpunctioneȝ in peccatore. Et ideo dicit Ber. Miseratio diuina fuit: ꝙ visitauit cor meum: ꝛ imutauit: vt amara fierent que male dulcia p̄us erant: ꝛ qui letabar cum malefacerē incipem recogitare annos meos i amaritudine aīe mee. Et tunc dico. Cōmouisti terram cordis: sana ꝯtritiones eius: quia cōmota est.

Quinta ꝯsideratio.

C Irca quintaȝ ꝯsiderationem: que est de aptitudine repationis nostre indigentie: ibi. Et accessit ꝛ tetigit lo. vbi sunt due conclusiones.

¶ Prima est: ꝙ hec repatio est per effcm̄ gratie. vn̄ dicit̄. Et accessit ꝛ tetigit ꝛc. Quomō dr̄ accedere: q vbiqȝ est? Et q̄uis nō longe sit ab vnoquoqȝ nostrum: tamen accedere dicit̄: quādo gratie eius effectus manifestat̄. Quasi a peccatore longe stat: ideo dicitur. Accessit. Accedere diuina gratia p̄destinationis: quasi a peccatore longe stat: dum in peccato perseuerat. Sed non videt̄ vera elongatio: cum recidiua fit. sed potius elongationis assimulatio. Prescitis aūt ꝛ si aliquādo gratiaȝ dat: nō est vera appropinquatio: sed eius assimulatio: cū ab eis finalr̄ sit recessurus: q dicit Iohis. 8°. Ego vado: ꝛ in pctō vestro moriemini. Eius auteȝ accessus est p gratie effcm̄. Intelligēduȝ tamen ꝙ talis gratia repationis per quadruplicem effectū ꝓcedit. ¶ Primus est tact9 cōscientie per ꝯpunctōis inuissionem. Quod fit qn̄ interius in corde hoīs bona desideria surgunt: vt calcent̄ mala. vnde s̄m Isid. tunc hō magis se dȝ exacuere ad ꝯpunctionem: qn̄ sentit deum interius opantem: quo mens hoīs instī ex vera ꝯpunctōe rapiat̄. De quo psal. Tāge mōtes: ꝛ fumigabunt: vbi glo. Deus eniȝ est q operat̄ oīa in nobis: ꝛ ipse est q tangit cōpunctione mōtes. i. p̄sumptuosos de se presumentes. Et fumigabunt. i. p̄ces deo reddent. Et sacrificiuȝ cordis fumigat: qn̄ incipit flere ꝓ delictis. Nam ꝛ fumus excutit lachrymas: ꝛ hoc est tangere loculum: qn̄ ꝯscie gratiaȝ cōpunctionis imittit. ¶ Scd̄s est a pctis cessatio. s. q̄r illi q portabant steterunt. Anteq̄ȝ susci tet facit stare: q̄r non p̄us curat aīam dominus q̄ȝ incepit a peccato cessare. Et hoc ip̄m gr̄e est q̄r dn̄s occurrit peccandi ꝓposito: ꝛ impedit ne pficit qđ intendit: vel auferendo opportunitates: que cōcurrunt ad h̄: vt opus pctī pficiat̄. Dominus igit̄ portatores stare facit: cum per gratiā suam has ꝯsimilesqȝ actōes ꝛ opportunitates p̄scindit. vnde gratia aīam munit virtutibus: vt p hitum virtutum ꝯtinue se exercitando habitum vitiosum expoliat. vnde sicut homo armatus non solum pōt resistere: sed etiam supare: ita existens in gratia.

¶ Secunda cōclusio est: ꝙ adolescentie etas multum prona est ad maluȝ: eo ꝙ per lasciuos discursus estu carnalis cōcupiscentie agitetur. Hoc pȝ Iob. 20. Ossa eius implebunt̄ vitijs adolescētie. vn̄ glo. sup illud psal. In quo corrigit adolescentior ꝛc. dicit'. Reuera in hac etate termini nescia potissimuȝ esse arbitror mala corrigere. Melius est. n. p̄uenire iuuentutem correctōe: q̄ȝ lapsum recordatōe deflere. vnde tren̄. 3. Bonum est viro cum portauerit iugū ab adolescentia sua. vnde dicitur. Adolescens tibi dico surge. Intelligendū ꝙ gratia dei inueniens flexibilitatē in adolescentia: in ea multiplicem ordiuat effcm̄. Nam gr̄a salutaris est: ꝛ ideo suscitat mortuuȝ. Virtus dei est: ꝛ ideo iacentem paulatim erigit infirmum: ostendēs difficultatem surgendi ab infirmitate peccati. Et ideo primo describit eum residentem: non dum perfecte stantem. vnde dicit̄. Resedit: q tn̄ prius iacens herebat totus terrenis. Psal. Adhesit pauimento aīa mea. Prius. n. est iacere q̄ȝ residere: ꝛ prius est residere q̄ȝ surgere vel stare. Iacere est pctōꝝ residere: penitentiū stare: siue surgere bene opantium. Verbū spirituale est: ꝛ iō informat ad ꝯfessionis verbū. Sed quia est cōfessio peccatorum: ꝛ post ip̄am

confessio laudis prius aperiendū est os ad ver
bum confessionis q̄ȝ ad verbum laudis. Et iō
dicit. Et cepit loqui: incipit loqui: qui peccata
incipit confiteri. Quādiu enim in peccato ma/
net est animal ⁊ tunc non dicitur loqui. Cum
autem exuit bestialem naturaȝ: quod fit per cō
fessionem: tunc incipit loqui in confessione: ⁊
tunc matri datur: id est gratie conseruatrici: in
quo patet ꝙ nullus sibi sufficit ad diu standum
nisi per gratiam conseruetur.

Sexta consideratio.

Circa sextam considerationem: que
est de certitudine admirationis pre/
cepte beniuolentie: cum dr̄. Accepit
autē omnes timor. vbi sunt due conclusiones.
¶ Prima conclusio est: ꝙ opera diuine potē
tie ⁊ clementie excitant nos ad reuerentiam fi
lialis timoris. Iste enim timor respicit deum
sicut terminum a quo refugit separari per cul/
pam que ex dilectione causatur. Ecclesi. sexto.
Timor domini initium est dilectionis. Et Io
annis. 4. In hoc est ꝑfecta caritas dei nobiscū
vt fiduciam habeamus in die iudicij. Ex isto ti
more fit homo sapiens. Sapi. Initium sapien
tie est timor domini. Usus enim huius timo/
ris est quedam resilitio a dei altitudine in pro/
priam paruitatem: vel quedam fuga spiritualis
diuine altitudinis: qua scilicet electi refugiūt se
equare deo: volētes ⁊ esse subiectissimi volun
tarie: cauentes eius offensam: vnde dicitur.
Accepit omnes timor. q. d. ꝙ ex consideratio/
ne miraculosi operis que est suffocatio spiritua
lis affectiones nostre debent ꝯtremiscere: et in
suam pronitatem humiliter resilire respectu di
uine maiestatis: et debent affici deuotione aspe
ctu diuine bonitatis. Intelligendum tamen:
ꝙ multa nobis incutiant hunc timorē. ¶ Pri
mum est culpabilitas nostra. ¶ Secundum ē
infirmitas. ¶ Tertium est facilitas pereundi
¶ Quartum est dei potētia: quam nemo refu
gere potest. ¶ Quintum dei sapientia lucide
omnia videns. ¶ Sextum extremum iudiciū
¶ Septimum consideratio penaꝝ dānatoꝝ.
¶ Secunda conclusio est: ꝙ timor in menteȝ
causatur ex consideratione diuine sapientie et
bonitatis cum dicitur. Quia propheta magnꝰ
surrexit in nobis. Hoc dicūt de iesu que ē gra
tia salutaris: ⁊ hanc ꝯfiteri debent affectiones
anime magnum prophetā. Naȝ gratia in pre
senti vt fides inquantum est sub ratione specu
li ⁊ emigratio futuram pronuncians cognitio/
nem propheta est: et quia magna erit cognitio
in propria operatione eius que est in presenti:
recte dicit magnꝰ propheta. Prime ad corin.
13. Ex parte enim cognoscimus: ⁊ ex parte ꝓ/
phetamus. Et bene dicitur. Quia deus visita
uit plebem suam: que sunt vires anime cogni/
tiones ⁊ affectiones. Est enim deus veritas
conferens gratiam plene cognitionis: virtus
expediens motiua ad actum perfecte operatio/
nis. Bonitas spirans gratiam conseruatiuaȝ
ne deficiamus: ⁊ consumatiuam vt perseuere/
mus. Qd̄ nobis concedat iesus xp̄s. Amen.

¶ Feria sexta dominice letare.
Sermo septuagesimus.

Erat quidaȝ
languēs lazarus. Ioh. xj.
Licet peccator predestina/
tus peccet: ꝯtingit tamē eū
reuocari ⁊ a peccato cessa/
re. Nouit enim deus qui
sunt predestinati. Iher. ꝓ. Priusq̄ȝ te forma/
rem in vtero noui te ⁊c. Unde gratia predesti
tionis licet per presentem iustitiam deserat pec
catorem: et non luceat hijs qui sunt in peccato
mortali: nunq̄ȝ tamen deserit peccatorem ex to
to cum sit scriptus in libro vite: quia finaliter
eos in peccato mortali manere non permittit.
vnde Ro. 8. Quos predestinauit hos et vo/
cauit: quos vocauit hos ⁊ iustificauit ⁊c. Und̄
sapientie. 4. Gratia dei ⁊ misericordia in san
ctos cuius ⁊ respectus sup electos illiꝰ. Glo.
Sanctos hic vocat ꝯtinuantes innocentiam:
a qua non decidūt per peccatuȝ. Electos vero
vocat predestinatos: qui aliquādo a gratia pec
cando excidunt: ⁊ tamen resurgunt. Et ſꝫ hoc
in euangelio presenti moraliter intellecto con/
currunt quatuor considerationes.

Prima consideratio.

Circa primam considerationem que
est de morbida per peccatum infectio
ne: cuȝ dicitur. Erat quidā languēs
lazarus. vbi sunt quatuor conclusiones.
¶ Prima conclusio est: ꝙ licet deus diligat
omnia communiter inquantum vult eis aliqd̄
bonum: tamen specialiter diligit electos amo/
re amicitie. ¶ Primuȝ patet quia anima ad/
dit aliquid vltra sup amorē: q2 ad rationē amo
ris sufficit ꝙ homo velit, bonū qd̄cunq̄ȝ alicui.

Ad rationem autē amicitie oportet ꝙ aliquis velit alteri bonuꝫ qđ vult sibi: vt qui velit conuersari cum ipso ⁊ ꝯuiuere cuꝫ illis quos maxime amat. Sicut igitur deus cōiter loquēdo de dilectione: diligit oīa inquantuꝫ vult eis bonū aliqđ.s.nāle ipsoꝝ. sed bonum qđ sibi vult.s. visionem sui ⁊ fruitionē qua ipse beatus ē vult quidem omni homini voluntate antecedente: sed voluntate consequente solis electis que est voluntas simplr. Et ideo solos electos diligit amore amicitie. Alios aūt diligit amore cōmuniter dicto. vnde dicit̄. Dn̄e quem amas infirmatur.q.d.licet deus oīa amet: singulariter tn̄ diligit electos: scilicet amore amicitie.

¶ Scđa ꝯclo est: ꝙ ds̄ magis diligit peccatorem p̄destinatum: q̄ꝫ iustuꝫ p̄scitum. Ratio ē. Nam dilectio est causa electionis: sed peccatorem p̄destinatū elegit: ds̄ igitur ipsum magis diligit q̄ꝫ iustum p̄scitū quē nō diligit. ¶ Notandum ꝙ p̄destinatio ꝭm rōneꝫ p̄supponit electionem: electio dilectionē. Ratio est q꞉ p̄destinatio est pars ꝓuidentie. Prouidentia auteꝫ est ratio existens in intellectu preceptiua ordinationis aliquoꝝ in fineꝫ: non aūt p̄cipitur ad ordinandum in finem nisi ex presenti voluntate finis. Unde p̄destinatio finem aliquo modo presupponit ꝭm rationem ꝙ deus illoꝝ salutē velit ad quod ꝑtinet electio ⁊ dilectio. Dilectio quidem inquantum vult eis hoc bonū salutis eterne. Nam diligere est velle alicui bonum. Electio inquantum hoc bonū aliqbus pre alijs vult cū quosdā reprobat. Ro.8. Quos prescivit hos ⁊ p̄destinauit. dicit Glo. Predestinatio est prescientia ⁊ preparatio beneficiorum dei qua certissime liberant̄ quicunq꞉ liberātur vn̄ dr̄. Diligebat aūt ihs marthā.i.actiuā vitā Et mariam.i.ꝯtemplatiuā vitaꝫ. Et lazaꝝ.i. peccatoreꝫ .s.pro presenti sed electum pro futuro: quem scilicet gratia predestinatiōis propter dilectioneꝫ non dimittet.

¶ Tertia ꝯclo est. ꝙ predestinatus quo ad p̄sentem iustitiam deseritur q̄n꞉ excidēs a gr̄a ꝑ peccatum lꝫ nō finalr̄: q꞉ a peccato reuocatur hoc auteꝫ peccatū causatur in aīa ex quibusdam infirmitatibus de qbus Tullius dicit. Egritudines aūt aīe infirmitates dicuntur ex quibus peccatum causatur. Intelligendū ꝙ causa peccati ꝓprie est ex parte aīe: in qua ꝑncipalr̄ ē peccatū. Potest aūt dici infirmitas in aīa ad similitudinē infirmitatis corporis. Dicit̄ autē corpus hoīs esse infirmū q̄n debilitat̄ vel impedit̄ in executione ꝓprie actionis propter aliquam inordinationē partiū corporis. Unde membꝝ dr̄ esse infirmū q̄n non potest ꝑficere oꝑationē ꝓpriaꝫ: sicut oculus q̄n nō potest clare videre Unde ⁊ infirmitas dr̄ aīe q̄n impedit̄ aīa in ꝓpria oꝑatione ꝓpter inordinationē partiū ipsius. Sicut partes corporis dicūtur esse inordinate q̄n nō sequūtur ordinem nature: ita ⁊ partes aīe dicuntur inordinate: q̄n nō subduntur ordini rōnis. Ratio.n.est vis regitiua partiū aīe. Sic ergo q̄n extra ordineꝫ rationis vis cōcupiscibilis aut irascibilis aliqua passione efficitur: ⁊ ꝑ hoc impedimentū prestatur modo p̄dicto debite actiōi hominis: dr̄ peccatum eē ex infirmitate: ⁊ hoc est qđ dicit. Erat quidaꝫ languidus lazarus a bethania. Lazarus interpretatur adiutus. Nam inter oēs mortuos a xp̄o suscitatos hic magis videt̄ adiutus: q꞉ minus ad surgendū dispositus. vnde Aug. Inter oīa mirabilia que fecit dn̄s lazari suscitatio plus p̄dicatur: sed iste decūbit in bethania: qđ interp̄tatur obediens signans ꝙ infirmū curari volētem oportet esse obedientem.

¶ Quarta cōclo est: ꝙ talis infirmitas in aīa causatur ex quadaꝫ delectatione corpoali dicente Aug. Languet aūt lazarus i peccati delectatione. Eccle.4. Languor ꝓlixus grauat medicum. Intelligendū tn̄ ꝙ delectationes corporales īpediunt vsuꝫ rōnis triplici ratiōe. ¶ Primo qdem ratōe distractionis: q꞉ ad ea in quibꝰ delectamur multuꝫ attendimus: cū autē attētio fortiter inhereat alicui rei: debilitat̄ circa alias res vel totalr̄ ab eis reuocat̄. Et ꝭm h̄ delectatio corporalis si fuerit: vel totalr̄ īpediet vsum rationis ad se animi intentionē abstrahendo. vel multuꝫ impediet. ¶ Scđo rōe ꝯrietatis. Quedaꝫ.n. delectatiōes maxie supexcellentes sunt contra ordinē ratiōis. Unde phs.6.ethi. dicit: ꝙ delectatiōes corporales corrumpūt estimationē prudētie. ¶ Tertiū ꝭm q̄ꝫdaꝫ ligationē inq̄ꝫtuꝫ.s.ad delectationē seq̄tur quedā trāsmutatio corporalis: maior etiā q̄ꝫ in alijs passionibus: quanto vehementius afficitur appetitus ad presentem rem: q̄ꝫ ad absenteꝫ. Huiusmodi auteꝫ corporales ꝑturbationes impediūt vsuꝫ rationis. vnde sicut quāto motus fuerit fortior in corpore p̄ter ordinē nature: tanto est maior infirmitas: ita q̄ꝫto fuerit motus fortior passionis p̄ter ordinē rationis: tanto maior est infirmitas aīe. vnde dr̄. Maria auteꝫ soror lazari erat: que vnxit dn̄m vnguento ⁊ tersit pe

des eius. Capillis. s. hec corporali delectatiōe
erat infirma: qꝛ ſm Aug. de ↄflictu virtutum
⁊ vitiorum dicitur. Ecce maria magdalena in
numeris sordibus inquinata ad fontem pieta/
tis anxia currēs: dominicꝗ vestigia lachrymis
rigans: capillis detergens: ⁊ deosculans ⁊ per
ungens ablui meruit: dans curandi formaꝫ i/
firme delectationis: quia scđm Gregorium.
Quot in se habuit oblectamenta: tot de se inue
nit holocausta.

Secunda ↄsideratio.

Circa secundam considerationē: que
est de dura mortis consecutione cuꝫ
dicitur. Audiens autem iesus. vbi
sunt quatuor conclusiones.

¶ Prima est: ꝙ mors est pena peccati: ſꝫ illđ
Roma. 5. Per vnum hominē peccatū i hunc
munduꝫ intrauit: ⁊ per peccatū mors. Intelli/
gendum tamen ꝙ si aliquis propter culpaꝫ suā
preuenitur aliquo beneficio sibi dato: carentia
illius beneficij est culpe illius pena. Sic homi
ni in prima sui creatione hoc beneficiū fuit col/
latum diuinitus: vt quādiu mens eius anime
esset deo subiecta: iferiores vires anime subij/
cerentur rationali menti ⁊ corpus subijceretur
anime: sed quia mens hominis per peccatuꝫ a
diuina suggestione recessit: consecutum est vt
iferiores vires totaliter ratiōi nō subijcerentur
Unde tanta est rebellio appetitus ad rationē:
vt etiā corpus totaliter subijceret anime. vnde
sequitur: mors ⁊ alij corporales deffectus. vn
de pꝫ: ꝙ sicut rebellio carnalis ad spūm est pe/
na peccati primorum parentuꝫ: ita ⁊ mors.

¶ Scđa cōclusio est: ꝙ sepe pene temporales
ad gloriaꝫ dei quibusdam ↄferunt. vnde bea/
tus Aug. in libro de mirabilibus sacre scriptu
re dicitr. Deus imobili voluntate vitas vniuer
soꝝ certo suo spatio ordinauit: quoꝝ ergo vita
vt non moriantur morte interfici videntur eo/
rum ordini in nullo derogat: sed vt per hoc q
eos resuscitauit: clarior appareret ⁊ resuscitati
sicut deo: sic ⁊ hoīb9 cari haberentur. vñ dici
tur. Hec infirmitas non est ad mortē. i. tanꝗ
ad finalem terminū: qꝛ ibi non sistitur: Sꝫ est
ad hoc vt mortuus resuscitet: ⁊ suscitator glori/
ficetur. vnde sequitur. Sꝫ ꝓ gloria dei: vt glo/
ficetur filius dei per eū ⁊c. Aug. Lazarus cito
moritur: sed ꝑ filium dei qui in eo glorificatur:
viuificatur. vnde lꝫ mors lazari fuerit ex causa
naturali: nihilominus tñ non repugnat: quin
etiaꝫ fuerit ad gloriam dei: qꝛ non est iꝑossibile
ꝙ eadem infirmitas ↄparet ad causam nālem:
⁊ ad ꝓuidentiam diuinā. Sicut nō est impos/
sibile ꝙ infirmitas lazari ex causa naturali ordi
netur ad resuscitationeꝫ relatam ad ꝓuidentiaꝫ
diuinam ex qua de9 glorificatur: sic non ē im/
possibile: ꝙ aīa naturali inclinatione infirma/
ta ad hoc peccato moriatur: vt sic a peccati mor
te gratia dei resuscitet: ⁊ deus in suis appropri
atis: que sunt iustitia ⁊ mīa nobis notificetur:
⁊ per ↄñs glorificetur. Nam iustitia dei non
manifestatur sine peccato cuꝫ ad eaꝫ ꝑtineat pu
nitio maloꝝ. Misericordia autem dei apparet ꝑ
peccatuꝫ: cū misericordia sit ↄtra miseriam: ⁊ mi
seria non sit sine peccato: sicut medicina nō est
sine egritudine. Deus aūt in mīa ⁊ iustitia sū/
me ↄmendatur. Psal. Misericordiam ⁊ iudi
cium cantabo tibi domine.

¶ Tertia ↄclusio est: ꝙ resuscitationeꝫ spiritua
lem aliqñ a peccatis deus differt ad tp̄s ꝓpter
tres causas. ¶ Prima vt ꝑsuadeat anime in
que mala se precipitauit. ¶ Scđa vt ex diffi/
cultate suscitatiōis: sibi inde magis caueat ⁊ fi/
at diligentior in custodia recepte resuscitatiōis
¶ Tertia vt ostendat que pena sit non resusci/
tatis: si tanta difficultas est in istis. vnde sequi
tur. Ut ergo audiuit qꝛ infirmabatur tunc qdē
mansit in codeꝫ loco duobus diebus: ⁊ hoc est
ſm Criso. vt mortuus expiraret ⁊ sepeliretur:
⁊ dicatur. Iam fetet: ita ꝙ nullus posset dicere
quin non defunctuꝫ suscitauit: qm̄ stupor in eo
fuit ⁊ non mors. volens ostendere iustificatio
nem esse miraculosam: quia qui mortuus est ꝑ
consensum ⁊ operationem: ⁊ fetet per malam
famam: ⁊ quatriduanus est per malam consue
tudinem ⁊ necessitatem: impossibile est resusci
tari: nisi per gratiam dei.

¶ Quarta conclusio est: ꝙ Augu. in glosa fa/
cit mentionem de tribus mortuis suscitatis.

¶ Primo de filia archisynagogi: quam dñs
suscitauit in domo. Marc. 7. Hec signat pec/
catum occultum delectationis ⁊ consensus ple
ne: qđ occidit animam: qꝛ omne peccatuꝫ mor
tale mors est anime: ſm Augusti. ¶ Secūdo
de vidue filio portato extra domum ad portaꝫ
ciuitatis. Luc. septimo. Per queꝫ significatur
peccatum manifestuꝫ: quod per exempluꝫ per/
niciosum: iā alios ad peccatuꝫ prouocat: quod
periculosius est ꝑmo. ¶ De tertio i sepulchro
iam quatuor dies habenteꝫ: per quod signatur
peccatuꝫ consuetudinis vel necessitatis qđ iam
fetet in monumēto. vnde dicitur. Lazar9 mor

tuus est: qui iterpretatur aidutus. Hec in glo.
Q̄ď autē peccatum sit causa spiritualis mortis
patet: q̄ sicut ex separatione anime a corpore se
quitur mors: ita ex separatione dei ab aīa mori
tur anima. Deus. n. non separatur ab aīa nisi
ꝓpter mortale peccatū. Ideo dicitur Ysa. 29.
Iniqtates vestre diuiserūt inter vos ⁊ deum.

Tertia ꝯsideratio.

C Irca tertiam ꝯsiderationem que est
de huius mortui miraculosa suscitati
one cuꝫ dr̄. Eamus in iudeaꝫ iteruꝫ
Ubi occurrunt aliqua que precedunt hanc su
scitationem: aliqua cooperantur ad eam: ⁊ ali
qua sequunt̄ eaꝫ. Eoꝝ que p̄cedūt suscitatiōeꝫ.
¶ Primū est confidentia de dei misericordia
Deus enī cum sit summe misericors prōptior
est misericors a miseria liberare: q̄ꝫ ipsi libera
ri. Unde augustinus. Domine vna spes: vna
fiducia: vna firma promissio misericordia tua.
vnde dicit̄. Miserūt ergo sorores: ſꝫ Hugo.
Insinuatio est quedam spēs orationis: que ali
quando fit fiducia siue cōfidentia. Iohis. xi.
De matre christi insinuante defectuꝫ vini. vn
de Criso. dicit. Q̄ď quia vehementer de eo cō
fidebant ex frequenti familiaritate. Ideo mise
runt ⁊ non personaliter venerunt.
¶ Secundum est assistentia diue virtutis que
predestinatum vsq̄ꝫ in fineꝫ non relinquit: cer
tissime consequens suuꝫ effectum: nec tamen i
ponit necessitatem: vt effectus eius ex necessita
te proueniat. Nam predestinatio est pars pro
uidentie. Non autem omnia que prouidentie
subduntur necessaria sunt: sed quedam contin
genter eueniunt: ſm conditionem causaruꝫ ꝓ
ximarum: quas ad tales effectus diuina proui
dentia ordinauit: ⁊ tamen prouidentie ordo in
fallibis est. Sic ergo ⁊ ordo predestinationis
certus est: ⁊ tamen libertas arbitrij nō tollitur
ex quo cōtingenter prouenit predestinationis
effectus. vnde sequitur. Eamus in iudeaꝫ ite
rum: vbi glosa interlinearis ꝙ discessit fuit in
firmitatis: ꝙ redit est potestatis. vnde Augu
stinus. Inde discessit vt homo: sed in redeun
do quasi oblitus infirmitatē ostendit ptātem.
¶ Tertium est expulsio timoris: quo quis ti
met amittere quod ħo plus amat. Nam timor
ex amore nascitur. Unde isto timore petrus ti
mens perdere vitam negauit christum. Iste ti
mor est malus: nam quāuis sit naturale ꝙ ho
mo fugiat corporis detrimentuꝫ vel damna tē
poralium reꝝ. Non tamen propter ista debet
recedere a iustitia: quod est contra rationeꝫ na
turalem. vnde dicitur. 3. ethicoꝝ. Q̄ď quedaꝫ
sunt peccatorum opera: ad que nullo timore de
bet aliquis cogi. De quibus dicitur. Dicunt
ei discipuli. Rabbi nunc querebant te iudei la
pidare ⁊ iteꝝ vadis illuc: quasi diceret. Spon
taneus vadis ad mortem: frustra timent discι
puli: cum quibus erat fortitudo. Psalmista.
Dominus illuminatio mea ⁊ cetera. Ubi glo
sa. Dominus habitans in me per gratiam est
lux: ⁊ est salus mea contra infirmitatem: vt eo
mediante iam possum resistere peccato. Queꝫ
ergo timebo? Nullum: quia nullus potest con
tra eum: quia potentissimus est: qui illuminat
saluat ⁊ protegit. Ideo nulluꝫ timeo preter ipꝫ
ambulans in lumie firmitatis grē sue. vñ seq̄t
Nōne duodeci sunt hore diei? volens ibi eos
securare. q. d. Qui ambulat i luce materiali nō
timet: q̄ nō offendit: sed ambulans in nocte of
fendit: q̄ lucē huius mūdi non videt. Igitur
qui ambulat in luce mee presentie non debet ti
mere: q̄ protegit̄. Uel aliter. Nonne duodeci
⁊c. q. d. In duodeciꝫ horis pōt hō bene muta
ri. Hoc etiam innuit Thomas dicens. Eamꝰ
et nos ⁊ moriamur cū illo. Ubi Criso. dicit.
Q̄ď hoc verbū fuit timidi animi infirmior erat
alijs. vñ dicebat. Eamus. q. d. Nō timet mor
tem: sed nos vult occidere. Beda tñ dicit ꝙ lo
quitur ex ꝯstantia.
¶ Quartū est necessitas: ꝯueniens enim ē tā
tā necessitatē patienti subuenire. vnde qui tꝑe
necessitatis desinit subuenire: amicus non est
Eccle. 6. Amicus est ſꝫ tempus suum et non
permanebit in tempore tribulationis: licet nō
sic est in amico vero. Prouer. 17. Omni tem
pore diligit qui amicus est: vñ dicit. Lazarus
amicus noster dormit: morte. s. naturali. Que
rit̄ quomō per lazarum quē deus amabat pec
cator significatur. Respondit Augu. dicens.
Amat quidem peccatores secundum predesti
nationem: sed non scďm presentem iustitiam.
Nam ſm Augusti. Si peccatores non amas
set de celo non descendisset.
¶ Quintū est confirmatio fidei: sine qua deo
nemo placere potest. Nulla alia secta ad sui
confirmationem habet miracula sicut fides ca
tholica. Non enim virtuosuꝫ vel laude dignū
est credere qď manifeste probabile est. Sꝫ cre
dere deo in hijs que sensus vel ratio dissuade
re videtur: sicut pꝫ de abrahā qui credidit deo.

Nam ſicut videmus in naturalibus ꝙ doctri
na naturalis ad euidentiã maiorez quandoqȝ
ꝑ facta naturalia declarat̃: vt maioris ſit firmi/
tatis in intellectu audiẽtis. Sic doctrina chri/
ſti ſupnaturalis ab eo fuit declarãda ꝑ miracu/
loꝝ opationez: qꝛ hoc infideles inducebat in
fidem: ⁊ deitas pnıaȝ demonſtrabat. vnde di
citur. Et gaudeo ꝓpter vos. ⁊ ꝓpter vtilitatez
⁊ ꝯfirmationez fidei veſtre: vt ex h̄ ſumatis ex
ꝑimentuȝ deitatis mee: cuius eſt abſentia vide
re: vt credatis qm̃ non eram ibi. q. d. Ibi non
eram: ⁊ tñ vidi. Et h̄ eſt ad augendũ fidez ve/
ſtram: qua debetis credere me eſſe illum: q̄ vir
tute ꝓpria etiã poſſum putreſcentẽ mortuuȝ ſu
ſcitare. vnde lȝ inuenerunt eum quatuor dies
habentẽ in monumẽto: ⁊ non ꝑ̄uenerunt mor
tem. Tamen ꝓpter hoc non tarde venit: im/
mo cito venit. qui ꝑ̄uentuȝ morte ſuſcitauit: ⁊
tunc fides multoꝝ roborat̃: qꝛ dicit̃. Multi ex
iudeis ⁊ cetera.

¶ Sextuȝ eſt humilis ſubiectio mẽtis diuine
ordinationi. Per obedenitiam. n. deo ſubdi/
mur. vnde ſicut pctm̃ ꝯſiſtit in h̄: ꝙ homo con
tẽpto deo ꝯmutabilibus bonis inheret: ita me
ritum virtuoſi actus eꝯ⁹ in h̄ ꝯſiſtit: ꝙ hõ ꝯtẽ
ptis bonis creatis: deo inheret. Et ſubditur.
Vocaũt fit ꝑ virtutẽ obedientie: que hȝ alias
virtutes menti inſerere ſm̃ Gre. vlti. mora.
vnde Ber. Obediẽtia dirigit greſſus nr̃os:
⁊ ſcie ꝯuerſationis gratiã ꝓmeret̃. vñ ſequit̃.
Erat aũt bethania iuxta iheroſolymã. Betha
nia aũt interꝑ̄tatur domus obediẽtie: ⁊ ſignat
ſtatum eoꝝ: qui obediunt mandatis dei: ⁊ hij
de morte ſpũali excitari merẽtur. Sed hec be/
thania erat iuxta iheroſolymã: innuẽs ꝙ q̄ vo
lunt in futuro eterna pace frui: hij mundanis
vanitatibus contemptis: h̄ in pñti voluntate
ſubijciantur diuine iuſſioni. Nam iheroſoly/
ma pacis viſio interpretatur.

¶ Septimum eſt diſpoſitio virtutum: quib⁹
exitur in merituȝ boni actionis: ⁊ ꝑuenitur ad
gratiã contẽplationis. Hijs. n. duobus obti
netur iuſtificatio ⁊ ſpũalis ſuſcitatio. vnde dr̃.
Multi aũt ex iudeis ve. ad mar. ⁊ ma. vt ꝯſo
larentur eas de fratre ſuo. Quid ꝑ iudeos in
telligimus: niſi virtutes: quibus ꝑ̄puriuȝ car
nalis ꝯcupiſcentie: ⁊ oẽs ſpirituales imundi/
cie ꝑ̄ſcinduntur: Et h̄ cultello ꝯfeſſionis pec/
catoruȝ: quo ad penitẽtes. ⁊ inſtrumẽto ꝯfeſſi
onis laudis: quo ad iuſtos. Hijs eniȝ maria
ſcilicet contẽplatiua vita: ⁊ martha. i. actiua vi/
ta conſolãtur: quando hijs virtutibus in actus
exitur vtriuſqȝ vite: merẽtis de congruo alteri
ꝑ̄ſtitaȝ gratiã: qꝛ homo in gratia conſtitutus:
in hijs complet dei voluntatẽ. Congruuȝ eſt
ſm̃ amicoꝝ proportionẽ: vt deus impleat ho/
minis voluntatẽ in ſaluatione alterius: lȝ quã
doqȝ poſſit habere impedimẽtuȝ ex ꝑte illius:
cui aliquis ſanctus iuſtificationẽ deſiderat: ⁊ i
ſignum huius Lazarus obtinuit ſuſcitationẽ
a dño impetrare. Et h̄ merito vite actiue ⁊ cõ
tẽplatiue. vnde dicit. Martha autẽ vt audiuit
qꝛ ihs venit: occurrit illi. Ecce ꝓmpta accele/
ratio. ¶ Ubi nota drãm inter actiuã vitam ⁊
contẽplatiuam: quia actiuã. i. martha occurrit
chriſto ꝑ ſanctã opationem. Sed contẽplatiua
ſcilicet maria ſedet ꝑ ſancta contemplationem.
Dicit ei martha: ecce fidelis confeſſio vite acti
ue: Confitet̃. n. de xp̃o. ¶ Primo ꝙ ſua po
tentia potuit ꝑ̄uenire mortẽ ſpiritualẽ pctõris.
Exẽplum de virgine bñdicta: quam preſerua
uit a contagione. vnde dicitur. Domine ſi fu
iſſes hic: frater meus ⁊c. ¶ Scd̃o qꝛ xp̃s iam
ꝑ̄uentuȝ morte poterat ſuſcitare. Et ideo dicit.
Sed ⁊ nunc ſcio: qꝛ quecunqȝ popoſceris ⁊c.
Et ideo meruit a chriſto certificationẽ de ſpiri
tuali reſurrectiõe: vnde ſequitur. Dicit ei ihs
Reſurget frater tuus. Dicit ei martha: Scio
qꝛ reſurget in nouiſſimo die. q. d. de iſta re/
ſurrectione ſecura ſuȝ: ſed de iſta nõ. Hoc. n.
ſciebat ex verbis dñi ſm̃ Criſo. Audierat. n. h̄
mulier multa a xp̃o de reſurrectione: vt Jo. 6.
Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Dicit
ei ihs. ſ. inſtruens eam de reſurrectõis cauſa.
Ego ſum reſurrectio ⁊ vita. i. ego ſuȝ cauſa re
ſurrectionis ⁊ vite. q. d. per me põt reſurgere
frater tuus. Nã vita ꝑ eſſentiam eſt cã omnis
vite: ſed reſurrectio eſt redditio vite. Quare
dicit. Qui credit in me etiã ſi mortuus fuerit:
viuet. ¶ Ubi nota ꝙ ſicut duplex eſt mors:
ita ⁊ reſurrectio. Eſt. n. mors anime ex h̄: ꝙ
anima ſeparatur a deo. Ab hac morte reſurget
anima per fidẽ ⁊ gratiam. ¶ Scd̃a mors eſt
corporis: cui reſpõdet reſurrectio corporis.

¶ Et ideo ꝑ̄mo fit mentio de reſurrectõe ani
me: quãdo dicit̃. Qui credit in me etiã ſi mor
tuus fuerit: viuet. ſ. in aĩa. ¶ Scd̃o fit mẽtio
de reſurrectõe corporis. vnde ſequit̃. Omnis
qui viuit ⁊ credit in me. i. omnis qui hȝ vitam
anime credendo in me: ⁊ ſi moriat̃ in corpore
ad tp̃s non morietur in eternũ. i. ſemꝑ: qꝛ ali/
quando reſurget. Nam xp̃s mediator habuit

aspectum super totum hominem ꝛ per conse/
quens super resurrectionē anime ꝛ corpis. Et
ideo qui adheret mediatori ꝑ fidem: non soluz
resurget in anima: sed in corpore. Prima cor.
15. Quoniam quidem per hominem mors:
et per hominē resurrectio mortuoꝝ. Hāc eni
fidem reqrit deus dicens. Credis hoc? Non
querit tanq̄z ignorans: sed vt doceamur. Qꝫ
non sufficit credere nisi homo confiteatur ore.
Rom. 6. Corde creditur ad iustitiam: ore autē
ↄfessio fit ad salutē. Unde patet: q̄ fides mul/
tuz ordinatur ad interpretationē. vnde sequit
Si credideris videbis gloriam dei. Mar. 6.
Oia possibilia sunt credēti. Ait illi. Ego cre/
didi q̄ tu es xp̄s filius dei viui. vbi Augu. di
cit q̄ martha ex h̄ ↄfessa est totum illud: cuius
virtute est resurrectio: ꝛ vita: ꝛ ꝑuatio mortis
ꝛ oia alia. ¶ Seqtur ꝛ cōfessio marie: vbi pri
mo vocat: ibi. Abijt ꝛ vocauit mariā. ¶ Se/
cundo accelerat: q̄ vt audiuit surrexit cito: ꝛ ve
nit ad eum. Ex quo pꝫ ꝺm Augu. q̄ illa preue
nisset martham: si ꝑsciuisset aduentum christi
ꝛ ꝑsentiaꝫ. Sed xp̄s mansit in loco. s. vbi mar
tha eum reliquerat ꝺm Crisom. ne videretur
se ingerere miraculo. sed duz rogatus miracu
lum opatur: rogantes ↄfitentur lazaꝝ mortuū
Judei etiā eum sequunt. Criso. dicit q̄ hij:
q sequebant: non erant mali: sed credentes.
Multi. n. iam credebant. Augu. dicit q̄ plꝭs
fuerunt testes miraculi. vnde lꝫ sequerent ꝓ/
pter vnam cām. tamen dina ꝓuidentia ad aliꝫ
ordinauit. vnde ponit marie reuerentia: q̄ vi
dens eum cecidit ad pedes eius. Sequit eius
ↄfessio dicens. Domine si fuisses h̄ ꝛc. vnde
ex verbis istis ꝑpendit marie feruor in trib.
¶ Primo nō est verecundata nec timuit su/
spicionem: quam iudei de xp̄o habebant: cum
tamen aliq essent ꝑsentes. sed oia ↄtempsit pre
sente magistro: solum vacans circa honorē ei
¶ Scd̄o ꝑpenditur ex h̄: q̄ cecidit ad pedes
iesu: qꝺ non legitur de martha: ꝛ ideo meruit
doctrinā christi. Deutero. 33. Qui appropin
quat pedibus eius: accipiet de doctrina illius.
¶ Tertio ꝑpenditur ex hoc: q̄ nō dixit tot ver
ba: sicut martha. vn̄ Beda ponit rōnem: q̄ cō
sueto hoium more propter lachrymas non po
tuit oia ꝓferre: que voluit. Ea vero qbus spi
ritualis resuscitatio executionē hꝫ: quinqꝫ sunt
¶ Primum est ↄtritio. Nam sine contritiōe
non pōt esse resuscitatio spūalis. Quod pꝫ: qa
actus ↄtritōis meret remissionē culpe morta/
lis: ꝛ infusionem gratie. Ratio est. Nam aīa
existēs in gratia a sola ordinatōe diuina mere
tur de ↄdigno gl'iam. Ergo multo magis gra
tiam ꝛ culpe remissionē. Et q̄ istum actuz hꝫ
tm̄ acceptū sup omne sacrificium: ideo dicebat
Azarias Dani. 3. Non est in hoc tpe sacrifi/
cium: sed in aīo ↄtrito: ꝛ in spiritu humilitatis
suscipiamur ingt dn̄e a te. vnde Gre. Illum
quem ↄspicis delicta fletu delere: in conspectu
dei nō dubites mīaꝫ sequi: q̄ nullū peccantem
reuersuz ad se despicit: q pctōres redimē venit
vnde psal. Lachrymis meis stratū meum ri.
Glo. Lachrymis meis in amaritudine pnīe.
Stratum meum. i. cumulum pctōꝝ. Rigabo
resoluēs imbre lachrymarum. vnde sequitur.
Jhs igitur vt vidit eaꝫ plorantē: ꝛ iudeos ꝛc.
Maria est aīa ↄtrita: que plorat cuꝫ iudeis. i.
cum oibus potētijs aīe de excessu peccotoruꝫ.
¶ Scd̄m est meritū passionis xp̄i. Nos. n.
oppressi eramus sub onere pctī: a quo ꝑ nos li
berari nō poteramus. Sꝫ xp̄s veniēs onus:
id est penam pro pctis sup se leuauit: vt dicit
Pe. Peccata nostra ipse portauit in corpore
suo sup lignuz. Hoc pꝫ: q̄ totuz corpus suuz
sudauit sanguineū sudorē: ꝛ insup totaliter est
laceratum: ꝛ hoc ꝓpter nimiam caritatem.
Ephe. 2. Propter nimiam caritatē suaꝫ: qua
dilexit nos deus: cum essemus mortui pctis:
conuiuificauit nos xp̄s: cuius gratia saluati su
mus. Meritum huius passionis oñdit Aug.
de spiritu ꝛ aīa dicens. Miser ego sum: q̄tuꝫ
deberē diligere deum meū: qui me fecit quan/
do non eram: redemit cum ꝑieram. Quando
in peccatis meis venundatus eram: passionē
sustinuit ꝛ mortem: sanguinis sui preciuꝫ pro
me appendens: nec pro hijs oibus qꝺ illi re/
peendam habeo: nisi tm̄ vt diligam. Non. n.
decentius ꝛ melius: q̄ꝫ per dilectionē rependi
potest: quod per dilectionē datum est. vnde se
quitur. Infremuit spiritu: ꝛ turbauit seipsum.
Fremere est tumorē vultus ad vocem dedu/
cere. Fremuit igitur spiritu: quando pendens
in cruce: in aīa ꝓ peccatis nostris est cōtritus.
Mat. 25. Tristis est anima mea ꝛc. In hac cō
tritione christi habent virtutem omnes contri
tiones nostre ad delendū peccata: ꝛ hoc quo ad
passionem anime. vnde sequitur. Et turbauit
seipsum. s. voluntarie suscipiens passiones.
¶ Ubi nota: q̄ sic fremēs instruit peccatores
vnde ꝺm Augu. dominus fremit: ostendens
q̄ fides hominis sibi displicentis fremere de/

bei in accuſatione maloꝝ operum: vt violentie
penitendi cedat ꝯſuetudo peccandi in ꝯtritõe.
vnde ꝓuerb. 33. Sicut fremitus leonis: ita ⁊
ira regis. q. d. Sicut ad fremitũ leonis ſiſtunt
omnia aĩalia: ita ad fremitũ ꝯtritionis ſiſtunt
omnes motus aĩales: q deſignantur per illos
Quidam aũt ex ipſis dicebant ⁊c. Lachryma-
tus eſt ſm glo. infirmitatẽ noſtram: vt ⁊ nos
peccata que ſunt actus infirmitatis defleamus
Pſal. Fuerunt mihi lachryme mee ⁊c.
¶ Tertium eſt depoſitio obſtinatõis: que eſt
ſubuerſio religionis ortuꝫ habẽs a ꝓpria volũ
tate. Hec. n. firmat impniaꝫ: q̃ eſt pctm̃ in ſpi
ritum ſanctum: q neqꝫ h̃ remittet̃: neqꝫ in futu
ro: qꝛ cor duꝝ ⁊ induratum: nec deũ timet: nec
hoĩem reueret̃. Qui ſic in oĩbus vijs ſuis ad-
heret diabolo: ꝙ ſit vnus ſpũs cuꝫ eo. Hec ob
ſtinatio eijcit̃: cuꝫ gratia dei appropinquat. vn
de dicit̃. Ihs g̊ rurſuꝫ fremẽs venit ad monu
mentum. Erat aũt ſpelũca ⁊ lapis. Monumẽ
tum dicit̃ quaſi muniens mentẽ: ſignans con
ſcientiam: q̃ ſentiens culpã ⁊ eius peñam ꝯdi-
gnam remorſione: munit mentẽ mediantibus
opibus virtuoſis. Hoc aũt monumẽtum ſpe
lunca fit latronũ: ſi in leſione ꝓximi peruerſas
cogitatiões ꝓfert: ⁊ ſi in eo diuerſa peccata cõ-
mittuntur: declinantes ꝯfeſſionẽ peccati: ⁊ ab-
ſcondentes illecebras tp̃alium voluptatũ: que
quaſi ſpolia q̃dam in abſcondito cordis celant̃
de quo dicit glo. ibidẽ Mat. 21. Domus mea
vertitur in ſpeluncã latronuꝫ: quãdo furta: ho
micidia: adulteria: ⁊ alia ſcelera cõmittuntur.
Per lapidẽ intelligitur facultas q̃daꝫ: que re-
manet ex ꝯſuetudine peccandi etiã poſt pñiam
ad quam vincendã qꝛ non ſufficit nã recte dicit
martha. Iam fetet: ꝑ malã. ſ. famã. Quatridu
anus eſt. q. d. ꝑꝑ inhabilitatẽ ſurgendi habẽs
q̃tuor dies. ¶ Prima eſt ꝑuerſa voluntas.
¶ Scd̃a eſt libido. ¶ Tertia conſuetudo.
¶ Quarta neceſſitas: vt pꝫ ꝑ Augu. 8. conf.
Ideo. n. in hijs inhabilis eſt ad bona: ⁊ facile
relabitur ad pctm̃: niſi gratia adiuuet̃. Ro. 7.
Velle mihi adiacet. Et ideo dicit ei ihs. Non
ne dixi tibi: qꝛ ſi credideris videbis gl'iaꝫ dei:
qꝛ hec difficultas quandoqꝫ ſubito per gratiaꝫ
amouetur. Et ideo dicit. Tollite lapidem ⁊c.
Tulerunt igit̃ lapidẽ. i. pctm̃ in conſuetudine:
quemadmodum lapis indurat mentem. vnde
Ezechie. 36. Auferam a vobis cor lapideum
¶ Quartum eſt gratitudo de beneficijs dei.
Ordo naturalis ⁊ moralis dictat: vt ille q ſu-
ſcipit beneficium per gratiaꝝ actionem: ꝯuer
tatur ad benefactorem: ⁊ ſm iſtum modũ deũ
honoramus: cum ꝯuertimur ad ip̃m per gra-
tiarum actionem: tanq̃ꝫ ab eo beneficiati: ⁊ eti
am per vocem laudis. ſ. vocaliter beneficia re
ferendo in deum. de quo pſal. Sacrificiuꝫ lau
dis honorificabit me ꝯtra illoſ: q beneficia dei
pro ſuis meritis ꝑcepiſſe putant. Talibus aũt
deus aliquando beneficia retrahit: ne tanq̃ꝫ in
grati extollentia plus peccent. Et ideo ſi ꝯſcie
ſpeculum intuet̃: apparebit beneficiuꝫ dei tibi
collatũ non eſſe ꝓpter merita tua. Et ideo re-
currendum eſt cogitatõe ⁊ effectu ad magnitu
dinem diñe miſeratõis: tanq̃ꝫ ad oĩum benefi
ciorum noſtroꝝ largitorem. Et h̃ eſt qḋ dicit.
Jeſus aũt eleuatis oculis ſurſum. vbi Orige.
Neceſſe eſt volentem orare ad exẽplar xp̃i ele
uare oculos cordis ſurſum. Et dixit. Gratiaſ
tibi ago: oſtendens affectuꝫ eius ad nos: ⁊ ſic
ꝓ nobis orauit. vbi Hylarius. Cum ſibi nõ
ꝓficeret dep̃catiõis ſmo: ad ꝓfectum tamẽ fi
dei noſtre loquebat̃. vnde ſeqtur. Qm̃ exaudi
ſti me. Et ne aliqs crederet qm̃ ſolum ꝓ tunc
⁊ nõ alias eum exaudiſſet: ideo ſubditur. Ego
ſciebam qm̃ ſemꝑ me audis. Et ne crederetur
ꝙ hec or̃o magis fuiſſet ꝓpter indigentiã: q̃ꝫ ꝓ
pter nos: ſubdit. Sed ꝓpter ppl'm: q circũſtat
dixi: vt credant qꝛ tu me miſiſti. i. ne exiſtimẽt
me deo ꝯ̃rium: ſed vt oñdam ſm tuam volun
tatem miraculũ fieri. vbi ſm Criſo. gratiaruꝫ
actio oñdit volũtatis vnitatẽ inter p̃rem ⁊ filiũ
¶ Quintũ eſt vox diñe voluntatis: cuius iuſ
ſioni ſubiacet oĩs creatura. Licet. n. xp̃s vocet
nos nunc ꝑ ꝯſcie ſtimulum arguentẽ de mali-
cia. Pſal. Arguam te ⁊c. nũc ꝑ ſcripture amo
nitionem de duritia cordis: nunc per flagella-
tioneꝫ. Pſal. Multiplicate ſunt infirmitates
eoꝝ. Tandem ꝑ mortem cum vocatio patris
fit per p̃dicationeꝫ inuitantẽ in p̃nti ad pñiam
⁊ in futuro ad gl'iaꝫ: de qua dicit̃ Ys. 4. ⁊ Lu.
3. Vox clamãtis in deſerto. vnde pſal. Dabit
voci ſue vocẽ virtutis. i. efficaciã reſuſcitandi
mortuos. vnde dicit̃. Voce magna clamauit
Lazare veni foras. In quo verbo ſm glo. de
clarat̃ ex ꝑte pctõris magna neceſſitas. Sup-
ponit enim pctõrem incluſum: ⁊ quaſi incarce-
ratum in ſpelunca peccati. Ioſue. 4°. Aperite
os ſpelunce. ¶ Scd̃o oñdit in ea affectuoſam
benignitatẽ: qꝛ extrahit pctõrem de altitudine
pcti ad latitudinẽ gratie. d. Veni foras. vnde
eccl'ia. 33. Miſerere noſtri deus: ⁊ reſpice nos

ꝛ ostende nobis lucē mi͛ationū tuaꝝ. Et ideo
seqtur effectus huius vocis in duobus: q꜠.s.
mortuus ꝓdijt viuus: ꝛ q꜠ ligatus ꝓdijt. vñ
Augu. sup Johez. Quō ꝓcessit ligatis pedib⁹
miraris: ꝛ nō miraris q꜠ surrexit q̄triduanus.
In vtroqꝫ poᵃ dei erat: nō vires mortui. Ea
vero q̄ spūalez resuscitationē sequunt͛: duo sᷓt.
¶ Primum est absolutio clauiū ecc͞lie. vnde
dicitur. Soluite ꝛ sinite abire. De hijs claui/
bus supra satis dictū est ꝭmone. 60. ꝯside. 2ᵃ.
ꝯc͞lone prima: secunda: tertia ꝛ quarta.
¶ Sꝫ queritur quare ipsemet nō soluit liga/
menta: sed p̄cepit alijs vt soluerēt. Potuit. n.
soluere p seipsum: q potuit suscitare. Hic Be
da respōdit di. q̄ lꝫ xp̄s poterat seip̄m soluere:
sicut suscitare tñ alijs p̄cepit ad insinuandū vni
tatem ecc͞lie ad diuaꝫ caritatē. Nam ꝛ si per se
ipsum potuit facere: voluit tñ ministris ecc͞lie
suam ptātem coicare. vnde in omelia dicitur.
Quid est soluite ꝛ sinite abire: nisi q̄ que solue
ritis super terram: erunt soluta ꝛ in celo.
¶ Scd̄o querit͛ vtꝝ ministri ecc͞lie absoluant
a pena. Et videt͛ q̄ sic: q꜠ Jo. 20. dicit͛. Quo/
rum remiseritis pctā ꝛc. ¶ Tertio querit͛ vtꝝ
aliqs aliquo mō absoluat seipsum. Ubi scien/
dum q̄ absoluere a culpa: ꝛ a pena eterna: ꝛ a
pte pene tpalis: ptinet ad deum ꝛ ad ministrū
ecc͞lie. Tamē ad culpā ꝯsuetudinariaꝫ ꝯsequit͛
difficultas ad bene cogitandum: que designat͛
in ligatura faciei. Sequitur etiam difficultas:
que actum ad bñ operandum: q̄ designat͛ in li
gatura manuum. Seqtur tertia difficultas ad
bene volendū: signata in ligatura pedum. Ab
hijs difficultatibus absoluere pōt se pctōr abso
lutus a culpa p exercitium boni opis assuefaci
endo se ad ꝯria eoꝝ. ¶ Scd̄m est exercitatio
in bonis opibus. vñ dicit. Et sinite abire. i. re
cedere p exercitia virtutū a ꝯsuetudine vitioꝝ

Quarta ꝯsideratio.

CIrca quartā ꝯsiderationē: que est de
vtili circa alioꝝ ꝯuersionem fructifi
catione: cum dicit͛. Multi igit͛ ex iu-
deis ꝛc. Ubi nota q̄ lꝫ sit maioris meriti sine
miraculis credere: tamen xp̄s fecit signa pro/
pter quadruplicem rationē. ¶ Prima est: vt
suam doctrinaꝫ q̄ est supnaturalis: miraculis
ꝯfirmaret. Talia fuerunt obscuratio solis tpe
passiōis. ¶ Item notitia linguaꝝ data apl͞is
Et illuminatio subita: qua hij q fuerunt ydeo/
te docti sunt facti. ¶ Item roboratio aploꝝ: q
cum imbecilles eēnt: sed ꝯfirmati nullū time/
bant. ¶ Itez subiugatio mundi p paucos sim
plices. ¶ Item in nomine xp̄i multi infirmi
sunt sanati: ꝛ mortui resuscitati. ¶ Scd̄a est:
vt suam potentiaꝫ demonstraret: ꝛ per hoc ad
crudelitatem induceret. vnde dicit. Si non fe/
cissem in vobis signa: que nemo alius facere
potest: non vtiqꝫ crederetis. ¶ Tertia vt suā
deitatem demonstraret: q꜠ vbi aliquis operat͛
ibi est. ¶ Quarta vt affectum nostrum ad se
diligendum excitaret. Et ideo etiam in anima
ꝛ corpore curauit. vnde sequitur. Multi ergo
ex iudeis qui venerant ad mariam ꝛ marthaꝫ
videntes que fecit ih̄s: crediderunt in eum.
In quo pꝫ q̄ miraculum xp̄i habuit efficaciā
Dixerat enim supra. Hoc dixi vt credatis.

¶ Sabbato dñice in letare. Sermo. 71.

EGo sum lux
mundi. Johis. 8. Dupli/
cem potentiam dicit͛ ꝯmu/
niter anima habere. s. intel
lectiuam: qua perficitur lu
mine veri: ꝛ affectiuā: qua
inflāmatur amore bōi. Quod etiā ostēdit Au
gustinus in libro de spiritu ꝛ anima. Sunt. n.
duo in anima: ꝛ sunt idez quod anima: scilicet
rationalis sensus cognoscens omnia ꝛ dijudi/
cans inter omnia ꝛ naturalis effectus: quo suo
ordine ꝛ gradu diligat omnia. Sequitur. Ve
runtamen facultates ꝛ quasi instrumēta agno
scendi ꝛ diligendi omnia habet ex natura. Co
gnitionem tamen veritatis ꝛ ordinem dilectio
nis nequaqꝫ habet: nisi ex gratia dei. Anima
enim facta a deo sicut imaginem suscipit: ita co
gnitionem ꝛ amorem. Ex quo sequitur vt etiā
dicitur ꝓmo metha. Quia si omnes hoīes na
turaliter scire desiderāt: ne naturale desideriū
sit frustra. tamen intellectus non potens per
se quod cupit pquirere doctorem querit: cuius
doctria ad notitiā desiderate rei attingat: sic ēt
nāl͞r hō desiderat hr͞e notitiā de diuinis ꝛ de salu
te sua ꝭꝫ Aristo. 3. ethicoꝝ. Intellectū: ꝛ virtu
tez. i. cognitionē ꝛ opationez q̄rimus felicita/
tis grā: hoc est ꝓpter salutē: sed q꜠ ad cognitio
nē p nos nō possum⁹ attigere: ideo saluator in
euangelio sub methaphorica locutiōe ostendit
se doctorē salutis di. Ego sum lux mundi ꝛc.
Nam sicut lux habet illustrare et tenebras de/
pellere: et etiam ad bonum concupitum dirige

re. Ita etiam christus per gratiaz habet illustra re mentes hominuz: et peccatorum tenebras depellere: et etiam dirigere ad bonum eternum. Et scilicet hoc occurrunt quinque considerationes.

Prima consideratio.

Circa primam considerationez que est de quidditate cuz dicitur. Ego sum lux mundi: sunt sex conclusiones.

¶ Prima cõclusio est: quod lux: lumē: radius et splēdor sunt idē realiter: differunt tamen ratione. Nam lux dicit formā corporis luminosi: lumē dicit formam corporis dyaphani: in quo recipitur sicut calor qui est in corpore calido: et caliditas que est in corpore calefacto. Radius aūt dicitur illuminatio per directaz lineaz ad corpus. Et ideo vbicunque est radius: ibi est lumen: et non econtra. Contingit. n. esse lumē ex reflectione radiorum solis: quãuis non ex directa oppõne, propter corpus aliquod interiacens. Splēdor autem est ex reflectione radiorum solis ad aliquod corpus tersuz et positum: sicut ad aurū vel argentum. Huiusmodi aūt lumen: quia est qualitas primi alterãtis. s. celi quod non habet contrariū. Et ideo subito fit in materia. In alijs autem qualitatibus propter resistentiam contrarij fit successio. vnde dicitur. Ego sum lux mundi.

¶ Secūda conclusio est de quidditate lucis diuersa est opinio: quibus dimissis dico secundum damascenuz quod lux est quedam qualitas. Nam sicut calor est quedaz qualitas actiua consequens formā substātialem ignis: ita lux est qualitas actiua consequens formā substantialē solis. vnde dicitur. Ego suz lux mūdi.

¶ Tertia conclusio est: quod deus dicitur lux secundum diuinam naturaz et humanam essentialiter et proprie illustrans: non tamen interius per inspirationez: sed exterius in doctrina factis et conuersatione. De quo Johannis primo. Deus lux est. Sap. 8. Candor est lucis eterne etc. Excludens ex se omnez rationez tenebraruz. Et ideo dicitur lux vera: quia impermixta. vnde glo. Johannis. p. dicit. Deus est lux. Qui igitur vult habere societatē cuz luce pellat tenebras peccatorum: quia tenebre cuz luce societatem habere non possunt. Et ideo dicit glosa ibidē. Applicuimus nos ad lucem: sicut lux irradiauit nobis tenebre eramus: modo per lucem sumus et alios illuminamus: duz peccata dimittuntur et tenebras expelli nūciamus. vnde dicit. Ego sum lux etc.

¶ Quarta conclusio est: quod omnis lux alia a deo aliqua tenebra permiscetur. Lux autez a manifestādo dicitur. Ephe. 5. Omnia inquit que arguuntur: a lumine manifestantur. Ex quo patet quod tamen vnūquodque sortitur de ratiõe luminis quantum participat de ratione manifestationis. Et quantum de ratiõe occultationis admittit: tamen a ratione lucis deficit. ¶ Intelligēduz tamē quod de manifestatiõe lucis fit manifestatio. quadrupliciter enim contingit variari. ¶ Est. n. quedā lux: primo que manifestat se primo: et alia alteri. Sed nec se: nec alia manifestat sibijpsi: vt est lux ipsa corporalis: que tamen habet tenebram admixtā: quantuz aliorum: et suijpsius occultationē habet ad seipsam. ¶ Est lux secūdo cui māifestantur alia et ipsa alteri scilicet nō ipsa sibi vt est lux sensuū particulariū: quia scilicet sensus particulares alia sentiāt. Non tamen ipsa sibi: sed sensu cõmuni manifestant. Et ideo tantum admiscetur de tenebris: quantum non manifestantur sibijpsis. ¶ Est tertio lux que manifestat se sibi et alijs et cui manifestantur alia: scilicet in virtute alterius: et nō in virtute propria: vt est lux intellectus: qui se cognoscit et alia: scilicet in virtute alterius. Et ideo hoc ipso quod ex se non habet manifestationem: patitur in se tenebre admixtionē. ¶ Est lux quarto que se manifestat et alias sibi et alijs et totū in virtute propria et huiusmodi lux est deus in quo quia nulla deest ratio manifestationis: nihil permiscetur ei de tenebris: et ideo bene dicitur. Lux est et tenebre in eo nō sunt vlle. vnde ego sum lux mundi.

¶ Quinta conclusio est: quod deus est lux mundi duplici modo. ¶ Primo per moduz obiecti: quia ipsaz lucem primam solus homo inter mortales conspicere potest. vnde Aug. super Johez. Ex ipsa vita illuminantur homines nō pecora: quia non habent rationales mentes que possunt videre sapiam. ¶ Secūdo modo participatiue: vt in tātum dicantur homines illuminari: in quantum participant luce intellectuali que nos illuminat vt speculemur et dirigit vt recte operemur: de qua participatiõe dicitur in psalmo. Signatum est super nos lumen etc. vnde dicitur. Ego sum lux etc. Vbi xps ostendit se esse lucez increataz. Si xps non fuisset deus non dixisset. Ego sum lux mundi. Et per hoc excluditur error nestorij qui ponit quod xps nō erat filius dei nisi per gratiaz inhabitantē. vnde secundum theologum nō dicit. In me est lux mūdi. Quasi in eo sit deus per inhabitationē. Sed ait. Ego sum lux mundi. i. hominū existentium in mundo. Johannis primo. Ipse illuminat oēz hominem etc. Et hic excluditur error manicheorum: qui posuerunt deuz esse quoddā corpus et quandaz lucem in seruitutez. Christum aūt posuerunt esse solē istū ma

¶ Tertia ꝯclusio est: ꝙ lꝫ passio penitentialis ad quam nos xp̄s sua passione inuitat fit multum vtilis nobis: tum q² ꝑ ipsaꝫ eterna pena totaliter dimittit: pena purgatorij diminuit: gratia dei augetur: gloria eterna accumulatur. Est tamen in terroreꝫ eis ⁊ abhominationē ꝑstita. qui felicitateꝫ suam inordinatis delectationibus corporis ponunt: ⁊ hoc ꝓpter cordis induratio nem: cōsuetudinis firmationem ⁊ propter bellum intestinum interrogationē ⁊ sensualitateꝫ: ⁊ propter innocentie falsam estimationeꝫ Iher. 2. dixisti Innocens absqꝫ peccato sum: propterea in iudicio ꝯtendam tecum. Et q² in iudicio tales ostenduntur abhominabiles: q² nunc respuunt pn̄ie acrimoniam: ideo dicit. Turba scilicet carnalium voluptatum. Que stabat. s. obstinata. Et audierat: aure. s. terrene affectionis. Dicebat tonitruū eē: formidātes amittere carnalem delectationem. Psalmi. A voce tonitrus tui formidabunt aque.

Septima ꝯsideratio.

Circa septimā ꝯsideratioueꝫ: q̄ est de ꝑncipis mundi eiectiōe: qd̄ ꝓbat iudicij aductio: cū dicitur. Nūc iudiciuꝫ est mundi: nunc princeps huius mundi eijciet

foras, vbi sunt tres canclusiones.

¶ Prima 9clo est: q per solum pctm̄ hō ſbiectus est diabolo. Nam sicut aia sancta tēplum dei est: ita aia immunda phanum est diaboli: q inhabitat ipm̄. Non tn̄ per essentiam sicut deus: q solus essentialr est in omni re. Diabolus aūt oio est ita. Sz sicut deus inhabitat animam per gratiā: ita diabolus aiam imundam per maliciam. Sic intelligitur illud Johis. 13 Cum diabolus iam misisset in corde: vt traderet eum iudas symonis scarioth. Et ideo proprie dicitur haberi a demonio: cuius est possessio: cuius ptāti se tradidit. Et ideo bene etiam pctōres dicuntur demoniaci arrepticij: quia a diabolo rapiuntur. vnde sicut boni ducuntur spiritu sancto: ita mali diabolica persuasione.

¶ Et nota q duplex est demoniū. Unuz agitans mentem: vt spiritus inuidie ⁊ superbie. Aliud agitans carnem. s. fomes: q dicitur sathane. Scd̄a ad corinthios secundo.

¶ Scd̄a 9clo est: q per passionē 9segmur duplicem vtilitatem. s. cyrographi deletionem: ⁊ a diaboli subiectione liberationez. ¶ Primū patet. Nam q diabolus misit manum in illuz in quo ius non hēbat: amittere debuit eos: quos iuste possidebat. vnde ratio soluitur letifere possessionis male psuasa ⁊ conscripta per iniustitiam plus petendi. Et ideo totius debiti summa euacuatur. vnde Augu. dicit. Culparuz cyrographi deleti sunt: quibus diabolo tenebamur. Et dicit cyrographus culpe ⁊ decreti: q talis obligatio surgit ex nostra culpa: tanq̄z ex merito: ⁊ ex diuina sententia: tanquaz ex decreto. Hanc obligationem christus deleuit per passionē. Et h̄ est qd̄ dicitur. Nunc iudicium est mundi. s. discretionis: ⁊ non condemnationis: quasi dicat. Nunc iminet tempus passionis mee. In cuius virtute multi saluabuntur: ⁊ renuentes damnabuntur. Et sic discernentur boni a malis. ¶ Secunduz pz. Nam ante passionem diabolus habuit duplicem manum: videlicet attrahentem ⁊ impellētem. Attrahens erat potestas trahendi ad limbum: etiam iustos ⁊ sanctos: Manus impellens erat potestas precipitandi in malum: vl p fallaciam: vel per violentiā. He ptātes sunt ei ablate per passionem: quā abhorret super oia: cuius potestate ab eius subiectione sumus liberati. Et ideo dicit Criso. q diabolus sustinet vindictam eoꝝ: que fecit in nos: per ea que fecit in xp̄m. Nos eramus debitores pene: xp̄s autem non. Et ideo vindicatuz est in diabolo qui xp̄m expectabat: cum nō esset debitor pene Et hoc est quod dicit. Et princeps mundi huius eijcietur foras. s. de cordibus hominum. Et introducetur notitia beneficiorum xp̄i. vn̄ augu. Non est eiectus diabolus quin tēptet: sed est eiectus ne regnet. Quādiu autez homines sunt in peccato: regnat ab iteriori. Expulso autem peccato ⁊ si diabolus tēptat exterius non tn̄ regnat interius. Dicit etiā pnceps mūdi. i. maloꝝ boiuz: q sunt in mundo. Non aūt eoꝝ: q lz corpore sint in mūdo: 9uersatione tn̄ sunt in celis. Hec aūt eiectio fit per passionem ideo dicit. Si exaltatus fuero a terra ⁊c. q. d. Illi q tenent a pncipe: p se nequeūt euadē: nisi ꝟtute passiōis trahāt. H aūt dicebat signās ⁊c.

¶ Tertia 9clo est: q iudei virtutem passionis ignorabāt duplici cecitate pcussi. ¶ Prima est error circa diuinitatem quam in xp̄o negabant ppter mortem. vnde dicit hic. Respondit ei turba nos audiuimus ex lege ⁊c.

¶ Secundus error circa humanitatem eius quam eternam dicebant. vnde dicit. Quis ē iste filius hominis? Et ideo ih̄s reprehendēs eoꝝ cecitatem dixit eis. Adhuc modicū lumē in vobis est. Q̄d patet q turbe ex lumine sciētie sue nō intellexerūt legē. d. Nos audiui. ex lege ⁊c. Dan. 7. Potestas eius potestas eterna. Hoc solum nō dixit: sed etiam dixit q deberet mori. Isai. 73. Tanq̄z ouis ad occisionem du. In eis igit modicū scripture erat: q ex scriptura debebant intelligē q imortalitati xp̄i nō derogabat mors eius: q ſm humanitatem mortuus est: ſm diuinitatem manēs in eternum. Ergo ⁊c.

Octaua 9sideratio.

CIrca octauam cōsiderationem: q̄ est de xp̄i exhortatiua pmonitione: qd̄ probat iterati lapsus preclusio: cum dicit. Ambulate. vbi occurrūt tres 9clones.

¶ Prima 9clo est: q fides integra ⁊ nō ficta est maxime necessaria ad nostram glorificationem. Nam in ipsa sine intermissione debem9 ambulare: q ip̄a est lux tenebras infidelitatis expellens. Et ideo bene dicitur stella matutina solem iustitie ⁊ intelligentie preueniens. Naz per eam oritur dies gratie. Cum igitur xp̄s habitet per fidem in cordibus nostris: quo habito habetur omne bonum: q ipsa fides videtur esse radix oinm bonoꝝ: ⁊ ceteraꝝ virtutū vnde si hec radix euellatur: cetere virtutes arescunt. vnde Grego. Sicut rami sine radicis

virtute nõ crescunt: sic quelibet opa lꝫ videant̃ bona: nulla sunt: si a fidei soliditate disiũgunt̃ Qui enim sine fide est: omni bono vacuꝰ est: vnde xp̃s dicit. Ambulate dum luceꝫ habetis vt tenebre vos nõ ꝯprehendant. Quasi. d. modicum lumẽ fidei in vobis est: dum scilicet parum intelligitis de xp̃o. s. ꝙ manet in eternuꝫ Ergo dum luceꝫ habetis ambulate in ea. Et in ea ꝓficite vt totum xp̃m intelligatis. vt. s. ⁊ non solum in eternũ secundũ diuininitatem: sꝫ etiam moriturũ: scd̃m humanitateꝫ ⁊ resurrecturũ. Vos tenebre. s. ignorantie in presenti: ⁊ tenebre gehenne in futuro non cõprehendant

C Scd̃a ꝯcl̃o est: ꝙ illi qui spreto lumĩe fidei ambulant in obscuro ignorantie ꝑ lubricũ carnalis concupiscentie: nescienter ambulant ĩ tenebras exteriores eterne dãnationis. vñ Glosa sup illud ꝓueꝝ. 2. Qui relinquunt iter rectũ ⁊ ambulant per vias tenebrosas dicit ꝙ nesciunt quo eant. Si eniꝫ ad quas tendunt penas aspicerent gressus cohiberent. ⁊ noxiaꝫ letitiaꝫ salubri fletu castigarent: ⁊ ideo dicit Ber. Illuminemus nos lumine fidei priusq̃ꝫ de huiꝰ mundi tenebris exeamus ne de tenebris transeamus ad tenebras sempiternas. vnde dicit. Qui ambulat in tenebris. Quia sine luce ꝑiculosum est iter: nescit quo vadat: non preuidens penam: quaꝫ meretur operibus tenebrarum. Et ideo dum lucem habetis. s. de eternitate. Credite in lucem: id est per fidem credendo ꝑficite. Ut filij lucis sitis. s. successione hereditaria. vnde Aug. Nemo sine fide põt ad filiorum dei numerum pertinere.

C Tertia ꝯcl̃o est: ꝙ ih̃s volens roborare fidem nostram: quo ad illos articulos: qui sunt de christi humanitate: in q̃bus etiã apl̃i tp̃e passionis trepidabant. Abscondit se ab eis ⁊ abijt per hoc volens ostendere ꝙ omnia: que in eo erant: tam infirmitatis: q̃ꝫ maiestatis: nobis ꝓficiebant ad salutem. vnde Bernar. Totum nobis valuit de christo: totum salutiferum: totumq̃ꝫ necessarium fuit: nec minus profuit infirmitas: q̃ꝫ maiestas. quia ⁊ si ex diuinitatis potentia iugum peccati iubendo submouerit: ex carnis tamen infirmitate mortis curam moriendo concussit. Abijt ergo: docens nos vitare malorum consortia. Et abscondit se: vt infirmus: patefaciens meritũ passionis. Ad qd̃ meritum nos perducat ipse ih̃s. Amen.

C Dominica in ramis palmaꝝ. Ser. 79.

CUm appropinquasset ih̃s iherosoly. Matt. 21. Q2 p̃destinatio est alicuius ad gl̃iam p̃paracio: siue ordinatio. Et h̃ sicut antecedens ad consequens. Et ideo sub p̃destinatione non solum cadit gl̃ia: sed illd̃ etiã quod seq̃tur. Sicut antecedens ⁊ ꝯsequens: q̃ sunt merita: vel q̃bus meret̃: sicut est vnio humane nãe ad suppositũ verbi in xp̃o: vt esset in remedium nãe lapse. Ex quo elicitur ꝙ in tali p̃destinatione fuit aliqualis ordo: q2 volens ordinare p̃mo vult finem: ⁊ postea q̃ sunt ad finem: sed in executione est eꝯ°. Sed q2 deus est ordinate volens.

C Primo p̃destinauit xp̃m ad tantam gl̃iam merẽte dei vnione: postea voluit ꝙ talis vnio esset in remedium nãe lapse. C Igitur primo deus vult electis gl̃iam. C Scd̃o vult eis merita: per que mereantur talem gl̃iam. Tale autem meritum ꝯsistit in passione xp̃i: q2 omnis xp̃i actio ⁊ passio: tam intrinseca q̃ꝫ extrinseca: ⁊ precipue passio eius fuit sufficienter meritoria pro oĩbus. Et hoc: q2 deo erat acceptissima Et hoc ꝓpter ꝯditioneꝫ ꝑsone: que meruit: q2 nõ fuit purus hõ: sed etiam fuit deus. Et ideo intantum superabundauit merituꝫ xp̃i: ꝙ etiã vna gutta sanguinis sui sacri corporis sufficisset. Sꝫ q2 deus p̃uidit non solum passionem sed etiam modum: locuꝫ: ⁊ tempus: ⁊ instrumẽtuꝫ: ideo in euangelio presenti circa passionem occurrunt septem consideranda.

Primum p̃ncipale.

CIrca p̃mũ p̃cipale vbi ꝓponit̃ nob̃ p̃destinãtis excellentia: cuꝫ dicitur. Cum appropinq̃sset. sunt. 3. ꝯ°nes.

C Prima ꝯcl̃o est: ꝙ per solum peccatũ elongamur a deo: s̃m illud psal. Longe a peccatoribus salus. Et lꝫ deus semꝑ sit p̃sens anime per essentiam: vt actuum. 7°. dicitur. Tamen non est per gratiam: sed s̃m quantitatem culpe longe abest. Marci. 8. Quidã ex eis delonge venerũt. Non est aũt in p̃tãte hoĩs peccatoris ꝙ appropinquet deo: sed tantum conari ꝙ appropinquet deo. Ad Romanos. 6. Velle mihi adiacet: sed appropinquare est de misericordia dei. Ad Ro. 9. Nõ est volentis neq̃ꝫ ⁊c. Econtra non est in deo se elongare ab anima:

q2 semp presens est per essentiã. Quantum in
se est: nunq̃z deest p gratiã: s3 dei ppriu3 est ap
propinquare ad aiam: q2 p h̃ facit eã appropin
quare sibi. Ideo dicit̃ pma Johis. 2. In h̃ est
caritas dei rc. vnde dicit̃ appropiquare ihero
solymis. s. aie peccãti per gratia3 pueniendo.
C Scda ɔclo est: q2 talis appropinquatio fit
p meritum passionis xpi: ideo dominus r re/
demptor noster iminente tpe passionis sue: vt
passionẽ sua3 ostenderet voluntariã: ad locum
ascendit: in quo erat passurus: r se presentem
exhibuit. vnde r tps: r locus: r genus mortis
non fm euentu3 casualẽ: sed fm ipsius puisio
nem fuerunt. Preuidit enim vbi: r quando:
r quõ: r quo genere mortis moriturus esset.
C Tertia ɔ° est: q volentes eẽ pticipes meriti
passiõis xpi: necessarie sunt eis tres vtutes. s.
ɔfessionis puritas: obie humilitas: r mie subli/
mitas. Debem9. n. p ɔfessionem pctã nr̃a pu
re detegere: pceptis superio2 humilr obedire:
alio2 necessitatibus ɔpati: r misicorditer subue
nire. Cõfessione3 debes tibiipi: vt q peccãdo
te inquinasti: p ɔfessionẽ te mundes. Obia3 de/
bes supiori tuo: vt ei obedias. De ipis. n. q
p nob vigilat: r mia3 dbes pximis tuis: vt eo
rum necessitatibus iuxta vires tuas succuras.
Thob. 4. Si multu3 tibi fuerit: abundanter
tribue rc. C Primã vtutem. s. ɔfessione3 de
signauit bethphage: qd interpretat̃ dom9 oris
vnde dicit̃ in glo. q erat viculus sacerdotum:
quo2 offiñ est recipe ɔfessionem. Matth. 16.
Quodcunq3 ligaue. rc. C Scda3 virtute3 de
signat bethania: q̃ domus obie interpretatur.
vnde in cathalago pctõ2 ponit apls parenti/
bus nõ obedientes. Qd non solum intelligit̃
de parentibus carnalibus: sed etia3 spũalibus
qbus obediendũ est in pceptis r in cunctis pe
nitentijs: q2 inobedientes nõ ipsis: sed deo cõ
tradicunt. C Tertiam virtutẽ designat mons
oliueti. In h̃ notat̃ q mĩa est virtus excellens
Per monte3. n. eminentia: sicut per oliuetu3
mĩa intelligitur. Ideo aũt hec virtus excellit:
quia in ipsa maxime imitatur deus. vnde Lu
ce sexto. Estote misericordes.

Scdm pncipale.

Circa scdm vbi pponitur nob suffici
entia patientis: cum dicit̃. Tun mi/
sit rc. vbi sunt tres conclusiones.
C Prima ɔ° est: q in hac vita solum est licitũ
meritorie opari: q2 nunc solum est tpus mie:
postmodũ eqtatis. vnde Isi. Tm̃ in hac vita
licitu3 est opari bonũ. Illic nanq3 opatio non
expectat̃: sed retributio merito2. vnde dicit̃.
Tũc. q. d. q hoc presens meritorium ante tem
pus passionis erat ei prenunciatum.
C Secunda conclusio est: q per passionẽ xpi
venit nobis tẽpus reconciliationis in quo prõ
ptissimus ad gratiã conferendã fuit. Nã hoie
facto inimico disposuit tota trinitas illi nõ recõ
ciliari nisi per aliqd obsequiũ alicui9 psone ma
gis dilecte: q3 fuerit tota offensa displicẽs. Ta/
lem autẽ psonam non habuit natura humana:
q2 fuit tota inimica. Ideo placuit naturam hu/
manam vocare ad amicitiã p obsequm mortis
xpi. s. psone magis dilecte. vnde aplus. Cum
inimici eẽmus: recõciliati sumus p mortẽ filij
eius. vñ dicit. Misit. q. d. q deus pater misit
filium suum reconciliatorẽ. vnde sufficientiam
merentis ostendit Damas. di. Caro xpi r aĩa
erat quasi instrumentum deitatis. Et quia in/
strumẽtum agit vi pncipalis agẽtis: iõ dicit q
ea q̃ hois sunt: sup hoie3 agebat. vñ actio xpi
q3uis fuit humana: potens tñ agebat in vtute
dina. Et iõ potens sup tota3 nãm. Et q2 oẽs
hoies sunt vnus hõ in nã cõi: ideo xpi meritũ
ad oẽs r etiam ad singulos se extendebat.
C Tertia ɔ° est: q l3 meritum fit efficaciter a
passione xpi: nihilominus tamen fit etiam sal/
te3 dispositiue per virtuosas opationes. Ideo
debitores sumus virtutum merito2 ac pfectio
num: q2 ad hec cumulanda tps vite accepim9.
Et ideo egressa anima ɔsumata vita corporali
petetur ab ea que sint eius pfectiones: que me/
rita r demerita. Luce. 16. Redde rõnem villi
cationis tue. vnde dicit. Duos discipulos: id
est omnes virtutes dispositiue merentes. Et
misit: q2 nobis non sunt innata: sed a deo do/
nata. C Et nota q omnes virtutes dicuntur
duo discipuli: q2 in ea2 actione d3 esse gemina
dilectio. s. dei r pximi. Et in opatione d3 esse
duplex mundicia. s. mentis r corporis. Et in
docente d3 esse veritas duplex. s. doctrine r vi
te. Et ideo etiam additur. Ait illis. s. doctrina
vera r vita.

Tertium pncipale.

Circa tertium vbi pponitur nobis il
lorum pro quibus passus est indigẽ
tia: cum dicit̃. Ite in castellu3 qd rc.
vbi sunt octo conclusiones.
C Prima conclusio est: q castrum realiter di
citur locus munitus vel presidium: quo inimi
cis resistitur: r hostes impugnantur.

¶ Scđa ꝯclusio ē ꝙ triplex est impugnatio ſ₃
qđ tria sunt castra. Etenim pͥmu₃ castꝛ christi
quo ip̄ugnaꝰ diabolus. ſ. sctā eccl'ia vel religio.
Aliđ ē castꝛ diaboli q̄ impugnatur xp̄s. Et h̄
ē mundus ⁊ eius amatores: qui diuinis prece-
ptis contradicunt. ¶ Tertium castꝛ est pecca-
trix aīa que spiritualibus virtutibus: et pniṫētie
disciplinis contraria est. Talis enim anima
turrim h₃ elationis: ⁊ muꝛ obstinationis ⁊ pre-
eminentia superbie erectam.

¶ Tertia ꝯcl'o est: ꝙ hanc aīam peccatricem:
que sic repugnant diuinis iussionibus: nō ces-
sant impugnare predicatores ⁊ doctores ma-
chinis doctrinaꝛ. Unde nō obstante turri su-
perbie: ac pertinacitatis muro: fit tandem rui-
nosa: dummodo machine fidei: penetrando se
riat medulitus corda iaculis veritatis. vnde di-
cit. Ite in castellum. Inquātu₃ ergo docent cō-
temptum tpalium ⁊ amorem eternorum: quid
aliud agunt: q̄₃ q: eunt in illud: qđ est ꝯtra eos
castellum? Et carnalia desideria reprimere:
quid est aliud q̄₃ in castellum ire?

¶ Quarta ꝯclusio est: ꝙ in hoc castro ē ꝯtro-
uersia: nostre saluti multū ꝯtraria. Na₃ concu-
piscentia carnis: que continue causat peccatum
spiritui repugnat: ⁊ hoc ex contradictione affe-
ctuum vtriusq₃. Qđ dionysius pulchre decla-
rat in libro differentiarum. d. Concupiscentia
carnis est motus anime turpis affectu sordide
delectationis. Cōcupiscētia vero spiritus ē ar-
dens intentio mentis in desiderio sancte virtu-
tis. Ista sibi ꝯsentientes mittit ad regnu₃: illa
ad suppliciu₃ sempiternū. Illa ex pctō est dāna-
tiōe discedēs: ista est lex mentis de munere re-
demptoris descēdens. Hec aūt sibi inuicem ꝑ
effectum virtutu₃ vitioꝛq₃ quottidiana collu-
ctatione taliter aduersantur. Na₃ ꝯcupiscentia
carnis primum illecebras vitiorum gignit: in
cogitationibus. Concupiscentia vero spūs ecō-
tra cogitationes sanctas indesinenter opponit
Illa fabulis vanis oblectaꝰ ⁊ verbis: ista scri-
pturarum meditationibus atq₃ preceptis. Illa
gaudet spectaculis rerum terrestriu₃: ista con-
tēplatione celestiu₃ gaudioꝛ: ista terrena gau-
dia querit: illa gemitꝰ ⁊ suspiria trahit. ista tor-
pore atq₃ somni pigritia corpus relaxat: illa vi-
gilijs ⁊ orationibus laborat. Hinc est ꝙ con-
cupiscentia carnis: vsq₃ in huius vite terminū
inimicari non cessat. Unde bene diciꝰ. Quod
contra vos ē. i. vobis exopto. Et hoc ideo dr̄:
quia preuidebat dominus ꝯdictione₃ futura₃.
Psalmista. Uidi contradictione₃ in ciuitate.
vnde contra vos dissimili conuersatiōe mētis
obstinatione: ⁊ oris obiurgatione.

¶ Quinta conclusio est: ꝙ ad sedandū huius
mentis disturbium necesse sunt due virtutes:
scilicet humilis simplicitas que per asina₃ desi-
gnatur. Et agilis libertas: que ꝑ pullum desi-
gnatur. ¶ Primum p₃ de humilitate. Nam
ipsa reparat caritatem. Ber. Sola virtus hu-
militatis lese ē reparatio caritatis. ¶ Scđo p₃
de libertate. Nā ſm Bernar. Gratie operāti
salutē. Cooparī dr̄ voluntas libertate: vt dum
libere consentit: placide se obtēperans deo: si-
ue iubenti acquiescendo: siue pellicē credendo
siue reddenti gratias agendo. vnde dicit. Et
statim inuenietis asinā alligatā ⁊ pullum cum
ea. Humilis simplicitas ē asina que iugo sup-
ponitur. Et dñs ad mansuetudinem inuitans
dicit. Mat. 2. Tollite iugū meū super vos ⁊c.
Et statim quid sit iugum tollere subinfert dic.
Discite a me. Et agilis libertas est pullus: qui
adhuc sua libertate pascitur. Johes. Si filius
vos liberauit: tunc vero liberi eritis.

¶ Sexta ꝯcl'o est: ꝙ he due virtutes alligate ī-
ueniuntur in castello intellectus. Sic ꝙ nequa-
quam exercentur ad fructū meriti: ⁊ hoc duo-
bus vinculis que sunt pudor ⁊ timor. Nā pra-
uus pudor impedit simplicitatem: ne veram in
se humilitatē ostēdere audeat. Et prauꝰ timor
impedit libertatem: ne sua₃ puritatē exercere ꝓ-
sumat. ¶ Primu₃ p₃ de pudore. Vera nāq₃
humilitas ostenditur in ꝯfessione qua₃ frustrat
verecundie pudor. Nam ignominiosa pudet
in ꝯfessione recolere: sed magis pudet dicere:
qđ tn̄ non puduit facere. Et ideo necesse est ſ₃
Ambro. vt lachrymis lauet qđ pudor est con-
fiteri. ¶ Scđm p₃ de timore: q2 timor munda-
nus qui semꝑ est primus: qui fuit causa ꝑsecu-
tionis xp̄i in herode ⁊ in iudeis: q2 fecit eos re-
cedere e via iustitie ⁊ veritatis. Ille. n. amor
mundanus proprie dr̄: a quo timor mundanꝰ
nascitur. Illud. n. homo timet amittere: quod
amat. Et ideo timor mundanus dr̄ malus: q2
ab amore mundano tanq₃ a mala radice proce-
dit: qn̄ homo propter mala que timet recedit a
deo. vn̄ dr̄: ꝙ in castello alligata inueniuntur.

¶ Septima ꝯclusio est: ꝙ he due virtutes sic
ligate ꝙ non proferunt fructum soluūtur: ⁊ ad
iesum ducuntur. ſ. ꝑ amorem ordinatum ⁊ ti-
morem. Amor. n. ordinatus prauum expellit
pudorem: vt preualeat simplicitas ⁊ sic soluiꝰ

asina. Timor ordinatus eliminat prauuz timorem: vt vigeat libertas: et sic soluitur pullus. Amor quidē ordinatus est: vt cū quis ita amat veritatem q odio hȝ vanitatez. Timor ordinatus est: vt cum quis ita timet id quod est penale quod tñ non timet prosequi quod est culpabile et sic soluuntur asina et pullus. s. qñ amor ordinatus a prauo pudore simplicitatem liberat et timor bonus a prauo pudore liberat libertatem Et q non sufficit q hec soluantur nisi ad iesuz ducantur soluta: quod fit quando he virtutes due: ita intentiōe pura exercentur: vt ꝯsequanť salutis fructum: quod nō faciunt ypocrite querentes terrenū ꝯmodum et humanum fauorez de quo Matt. 6. Amen dico vobis receperūt mercedem suam.

¶ Octaua ꝯclusio est: q fatuus cogitatus est q hijs contradicit tumens elatione et pertinax obstinatione. Timor. n. amori diuino obsistit ne liberet simplicitatem. Timor. n. diuinum impedit timorez ne liberet vigorez libertatis. Et iō dicit. Si quis vobis aliqd dixerit ec. Sed q dat spūale dñium perfectionis pertingere non potest qui hoc non exercet. vnde dicitur. Dñs hijs opus habet. q. d. Ex spūali dñio duo necessaria sunt. s. potestas et audacia. Potestas: vt teipsum et subditos illicita comittētes humiliter iudicare queas. Audacia: vt alios praue agentes: pro re et tempore et pro psona: et loco: zelo iustitie redarguere valeas. Alias domini um te nō habere cognoscas.

Quartum pncipale.

Circa quartum pncipale: vbi ꝓponiť nobis scripture sancte implete ꝯgruentia. vnde dicit. Hoc aūt totum factuz est ec. vbi sunt due conclusiones.

¶ Prima ꝯclo est q lȝ diuina veritas: per se non indigeat ꝯfirmatione facta p testimoniuz: q in se firmissima est: tñ ꝓpter dubium intellectus creati indiguit testimonio ꝯfirmante. Et ideo dicit Leo papa in ſmone. Ne infirmitatis nostre pturbemur angustijs euāgelice nos ꝓphetie adiuuent voces: quibus ita accendimur et docemur: vt nobis natiuitatē dñi et passionem: et oia eius opera: tam pterita q pñtia videamur inspicere. vñ dicit. Hoc totū factuz est vt ipleretur qđ dictum est p prophetaz.

¶ Scđa ꝯclo est: q doctrina xpi hȝ veritatez vel testimoniuz a diuinis personis: a viris electis: a scripturis sanctis: et ab opibus miraculosis. Johis. 4. Opa que ego facio testimoniū perhibent de me: opa. n. que xp̄s fecit tam per se q per electos excedebant facultatez nature sibi relicte perhibebant verꝫ christi testimonium cum testimonia scripture aduersarioꝝ maiorez habeant efficaciaz. vnde adducit ꝓphetiaz Zacharie nono. Dicite filie syon ec. Qui erat propheta aduersariorum christi: scilicet iudeorum Psal. Testimonia tua credibilia ec.

Alie considerationes.

Circa alias ꝯsiderationes que tāgunt initiū passionis xpi est notandū q lȝ hodie xp̄s honorifice a iudeis sit receptus: tñ eodez die machinabanť in eius mortē Hic est q hodie legitur duplex euangelium. Unum in ꝓcessione: in quo recitatur quomodo hodie fuerit honoratus. Alterū in missa in quo narratur qūo fuerit feria sexta tractatꝰ. In hoc. n. insinuat nobis dolorem et ignominiam fructum esse glorie tēporalis ad hoc etiaz post tātaz gloriam voluit tam ignominiose tractari: vt in eo impleretur illud qđ scribitur p machabeoꝝ: Scđ3 eius gloriā multiplicata est ignominia eius. Tanguntur autem septē in qbus dñs ē hodie honoratus. Et istis etiam septem modis potest dñs spūaliter honorari et exhonorari. ¶ Primo ergo honorauerunt eum discipuli pcepto eius humiliter obediendo. Unde in euāgelio. Euntes autez discipuli fecerūt ec. Isto modo honorať deus spiritualiter qñdo ei in mandatis eius obediť hūmilr. Ecōuerso autem inhonoratus est ab eisdem discipulis feria sexta: qñ omnes relicto eo fugierūt: vnde si tūc vellet aliquid pcipere non haberet cui preciperet. Isto modo exhonoratur deus spiritualiter qñ homo ab eius obedientia fugit: et precepta eius contēnit. Unde ad Roma. 2. Qui in lege gloriaris ꝯfitendo te esse xp̄ianum: per preuaricationem legis deum inhonoras.

¶ Scđo honorauerunt eū turbe ei obuiā ꝓcedendo. vnde. Joh. 12. dicitur q processerūt ei obuiā: hoc modo honoratur deus spiritualr: p veram cordis contritionē. Unde cordis contritio dicit quasi contraitio: et in cōtraitione: seu contritione mutat statum suum peccator: et ita quasi mutat locum suuz: ꝓcedendo de loco vitij: in quo erat ad locū virtutis: in quo nō erat et sicut vadit obuiam xp̄o: vt Magdalena ad suscitandum lazarum. i. spiritum peccato mortuū. Joh. 10. ¶ Sȝ nota q multi credūt obuiam christo ire in. xl. scilicet per ieiunia: et huiusmodi qui tamen in hoc ipsuz non honorāt: sed

magis inhonorant: quia non cum debito mo/
do: nec debito apparatu vadunt obuiam ei: qꝛ
sine contritione: ꝛ defectuū consideratione: ꝛ
lachrymatione: ꝛ eternorum desiderio nō dant
gloriam deo. Econuerso autem feria sexta in
honorauerunt ipsum: scilicet de ciuitate turpit
eijciendo. Johis decimonono. Baiulans sibi
crucem exiuit in eum qui dicitur caluarie locus
Sic spiritualiter multi obuiātes christo in qua
dragesima: et recipientes euꝫ in die pasche: po
stea per peccatum turpiter eijciunt ipsum quod
est magna proditio. ¶ Tertio honorauerunt
eum vestimenta sua in via sternendo. Unde
in euangelio. Plurima autem turba strauerūt
vestimenta ꝛc. Per ista vestimenta intelligun
tur bōa temporalia. vnde Gregorius. Quid
aliud sunt temporalia: q̄ꝫ quedam corporis in/
dumenta? Hec enim vestimenta debent ster
ni in via: id est erogari pauperibus. Qui di/
cuntur via: quia sunt conculcati in mundo. A/
mos septimo. Qui conterunt super puluerem
terre capita pauperum. Quando autem hec
vestimenta in via sternuntur: tunc deus spiri/
tualiter honoratur. Matth. vigesimo septimo
Quod vni ex minimis meis fecistis ꝛc. Econ
uerso autem inhonorauerunt eum iudei feria
sexta ipsum vestibus proprijs spoliando. Sic
etiam inhonorant dominuꝫ qui pauperes spo
liant. scilicet vsurarij ꝛ raptores. De quibus
Job. 24°. Nudos faciunt homines ꝛ cetera.
Sic vsurarij qui vendunt pauperi tempus qđ
suum est: vel etiam pauperes contemnendo.
Tales exprobant factori suo: sicut quando des/
picit opus: fit dedecus factori seu opario. Sed
qui tantum ipsum appreciantur: ꝙ dent ei ali/
quid ipsum honorant. vnde sequitur. Hono/
rat deum qui ministrat pauperi. Simil'r ipsuꝫ
inhonorant qui auferunt a proximo vestimen/
ta bone fame: sicut detractores. ¶ Quarto ho
norauerunt eum ramis ꝛ virgis viam decorā
do. vnde in euangelio. Alij autem cedebant
ramos de arboribus ꝛ sternebant ꝛc. Sic ꝛ
nos debemus ei obuiare habentes virgaꝫ di/
scipline in manibus: nosipsos per penitentiaꝫ
scilicet disciplinando. Hoc autem modo hono
ratur deus spiritualiter sicut regi terreno ē ho/
nor habere bonam iustitiaꝫ: sic regi celesti ho/
norem facit qui bene se iustificat per penitentiā
Econuerso auteꝫ ipsum inhonorauerunt feria
sexta ipsuꝫ virgis verberando. Sic spūaliter
multi post pascha inhonorāt deum: affligendo
eum scilicet quantuꝫ in se est. de ipsa penitentia
quaꝫ fecerant in quadragesima recedendo. Et
bene affligunt: qꝛ cum in quadragesima ꝓpria
corpora afflixerūt: post pascha inuoluūt se deli/
cijs: tales virgam discipline ꝓijciunt: sed vir/
ga ꝓiecta vertitur in colubruꝫ. Exodi. 4. idest
in penam eternam. ¶ Quinto honorauerunt
xp̄m ipsuꝫ saluatorem ꝯfitendo. vnde dicunt.
O sanna in excelsis. i. salua obsecro: qđ fit per
fidem ꝛ spem. Hoc modo honoratur de⁹ spi/
ritualiter quando credit quis eum esse saluato/
rem: ꝛ ponit in ipso omneꝫ fiduciaꝫ. Econuer
so inhonorauerunt eum feria sexta ipsum ꝛ fi/
dem eius abnegando. Unde qui prius clama
bant. O sanna: modo clamant. Alios saluos
fecit: seipsum non potest saluum facere Isto
modo inhonorant ipsum heretici ꝛ infideles đ
deo diffidentes. ¶ Sexto honorauerunt euꝫ
laudando ꝛ cum laudibus suscipiendo. Unde
dicitur. Turbe autem que precedebant ꝛ que
sequebantur: clamabant dicentes. O sanna fi/
lio dauid. Et isto modo spiritualiter honora/
tur deus: scilicet per laudem in ecclesia. Psal/
mista. Sacrificiuꝫ laudis honora. me ꝛ cetera.
Et cauendum est ne sit discordia in isto cantu:
scilicet quod os discordet a corde; ne dicatur il/
lud Ysaie secūdo. Populus hic labijs me ho/
norat: cor autem eorum longe est a me. Econ/
uerso inhonorauerunt ipsuꝫ feria sexta blasphe
mando: hoc modo a multis inhonoratur: qui
faciunt eum testem falsum periurando. Nam
scđm Augustinum. Iurare est deuꝫ in testem
inuocare. Et hoc modo inhonorabant ipsum
iudei qui dicebant ipsuꝫ esse demoniacū. Joh.
octauo. Quibus dixit. Ego demonium non
habeo sed honorifico patrem: et vos inhono/
rastis me. ¶ Septimo honorauerunt ipsuꝫ ꝓ
rege habendo ꝛ regiaꝫ dignitatem ei tribuen/
do. Unde dicunt. Benedictus qui venit in
nomine domini: rex israhel. Isto modo hono
ratur spiritualiter ab humilibus qui ipsum ha/
bent pro rege ei attribuendo regis dignitateꝫ:
scilicet gloriam de bonis operibus quam sibi
sicut regi retinuit. Gloriam inquit meam alte/
ri non dabo. Apostolus. Soli inquit deo ho/
nor ꝛ gloria. Econuerso inhonorauerunt eum iu
dei feria sexta dicentes. Non habemus regeꝫ
nisi cesarem. Et hoc modo inhonorant eum su
perbi gloriam de bonis operibus sibi vsurpā/
do sicut herodes: actuū duodecimo. Cuꝫ sedis
set herodes populus acclamabat voces dei nō

dominis. Et sequitur ꝙ confestim percussit eũ
angelus domini. Et consumptus a vermibus
expirauit. Eo qḋ non dedisset honorem deo.
Cui honor ⁊ gloria in secula seculoꝝ. Amen.

Incipit de sacramento in cena domini.
Sermo octuagesimus.

MEmoriaz fe
cit mirabiliuz suoꝝ miseri-
cors ⁊ miserator dñs escaz
dedit timẽtibus se. Psal.
Quia xp̃s dñs est pnceps
regum terre. Apoc. p̊. Jõ
in sacramẽto eucharistie tria signa cõmendant
¶ Primo ostendit in ea suam potentiam: qꝛ
nõ est maioris virtutis mundũ de nihilo facere
siue creare q̃ȝ substantiã totam panis: subito in
suum corpus incorruptibile ⁊ p̃existens ꝯuer-
tere dicẽs. Memoriã fecit mirabiliuz suoruz.
Opera enim mirabilia declarant diuinaz po-
tentiaz. Psalmista. Confitebor tibi quia terri
biliter magnificatus es ⁊ cetera. ¶ Secundo
ostendit suaz clementiam: quia seipsum totum
dedit: tam indignis q̃ȝ dignis. Et ideo seqtur.
Misericors ⁊ mis̃ator dominus. De qua cle-
mẽtia psalm. Suauis dominus vniuersis ⁊c.
¶ Tertio ostendit xp̃s suaz magnificentiã: qꝛ
ibi statuit vere vnuz ferculũ: ꝙ in se plus hȝ de
p̃ciositate q̃ȝ totũ suũ regnũ. Psal. Oculi oiuz
in te sperãt dñe ⁊c. Et qꝛ opatio manus in pn
cipe designat magnificentiã: iõ adiũgit. Apis
tu manũ tuam ⁊c. Qm̃ ergo circa sacramentuz
eucharistie est pñs nostra intẽtio ⁊ solennitas.
Ideo ad istius sacramẽti mysterium declaran
dum sunt quatuor contemplationes.

Prima ꝯtemplatio.

PRima ꝯtemplatio est de huius sacra
menti entitate. Ubi est sciendū ꝙ si-
cut dicit Greg. in omelia pascali.
Aliud est qḋ cernit: ⁊ aliud qḋ creditur. Illud
qḋ cernitur est species panis i hostia: ⁊ spẽs vi
ni in calice. Sed illud qḋ creditur ẽ veritas car
nis ⁊ sanguinis xp̃i. Pro quo est intelligendũ
ꝙ sub specie panis: que videt in hostia quatuor
esse credunt. ¶ Primo credit ibi esse corpus
xp̃i ex vi verboꝝ: qꝛ verba ꝯsecratiõis de solo
pane faciunt mentionem. ¶ Scḋo est ibi san-
guis xp̃i ex ꝯcomitantia imediata: qꝛ sanguis
imediate disponit corpus ad vitaz. ¶ Tertio ẽ
anima ex ꝯcomitantia propinqua: qꝛ lȝ anima
non viuificet corpus: nisi mediãte sanguine: tñ
ptinet ad eandem nãm. Et ideo concomitãtur
ipsum propinque. ¶ Quarto est ibi diuinitas
verbi ex concomitantia remota: quia licet diui-
nitas cum tribus precedentibus faciat vnum
suppositum: tamen non pertinet ad vnã nãm.
Et ex istis accipiuntur duo documenta.
¶ Primum documentuz est: ꝙ sanguis chri
sti non solum est in calice: sicut aliqui imaginã
tur: ⁊ corpus tantuz in hostia: immo totus san-
guis christi ẽ vere in hostia. Quia ex quo chri
stus vere resurrexit sanguis eius non fuit ni-
si intra suum corpus.
¶ Secundum documentum est: ꝙ rationabi
lis est institutio ecclesie moderne: quod cum in
primitiua ecclesia sacramentum hoc sub vtraqȝ
specie toti populo ministraretur: quod nunc nõ
fit ab ecclesia moderna: quia circa species vini
multa pericula accidunt effusionis. Ideo in-
stitutuz est: vt species panis tantum populo cõ
municetur: quia sub vtraque specie: tam corpꝰ
q̃ȝ sanguis suscipitur. ¶ Intelligendum qḋ
in calice creduntur esse eadem quattuor, que
in hostia: sed alio ordine. ¶ Naz primo est ibi
sanguis ex virtute verborum: pro eo ꝙ verba
consecrationis calicis de solo sanguine faciunt
mentionem. ¶ Secundo conceditur ibi esse
corpus xp̃i eẽ ex concomitantia immediata: qꝛ
corpus sanguis est immediatum receptiuum.
¶ Tertio conceditur ibi esse anima: ex conco
mitantia propinqua: quia pertinet ad eandem
naturam humanam. ¶ Quarto creditur ibi
esse diuinitas ex cõcomitantia remota: quia nõ
pertinet ad eandem naturam: quãuis bene ad
idem suppositum. Sed hic accipiũtur alia duo
documenta.
¶ Primum documentum est: qḋ cum hic sit
aliud quod cernitur oculis corporis: ⁊ aliud qḋ
cernitur oculis mentis: in hoc sacramẽto ado
ratio non ẽ dirigenda ad illud quod cernitur:
sȝ ad illud quod creditur tantum: quia illud est
dignum adoratione.
¶ Secundum documentum est: qḋ quia ver
ba consecrationis proferũtur secrete a sacerdo
te. Ideo hostia non est adoranda donec eleue
tur a sacerdote: quia nondum constat ibi eẽ cor
pus xp̃i. Ideo ꝓpter periculuz idolatrie i fide
eccl'ie adoranda est ⁊c. Qḋ autem ista quatuor
tuor sint ibi: patet per Ambrosium dicentem:

ꝙ illa que fuerunt in vtero virginis: inueni-
untur in hoc sacramento. Sed circa ista accipi
untur quatuor veritates.

¶ Prima veritas est: q2 in hoc sacramento ꝓ
prie non videtur xp̄s oculo corporali: q2 aliud
est quod cernitur: ⁊ aliud qđ credit̄ ſm augu.
Ideo cum xp̄s ibi credatur esse: si ibi cernerēt
idem esset quod cernerēt ⁊ quod crederetur.

¶ Ratio aūt quare xp̄s non cernit̄ ibi eē: est
q2 accidentia que ibi cernunt̄: non sunt in cor-
pore xp̄i: sicut in subiecto. Nullum autem cor
pus videri potest: nisi per colorem: qui forma
liter est in subiecto.

¶ Secunda veritas est: ꝙ lʒ xp̄s ibi proprie
non videatur: non tamen errant fideles: q di-
cunt se vidisse deum in manibus sacerdotis:
quia nullus erat. Cuius verba possunt verifi
cari eo modo: quo verificatur diuina scriptura
In qua dicitur ꝙ aliqui viderunt dn̄m oculo
corporali: sicut Moyses cernēdo corporaliter
rubum. Exodi. 3. Non ꝙ ibi videret diuini-
tatem: sed quia diuinitas assistebat illi rubo.
Ita corpus christi suo modo assistit speciebus
que in hoc sacramento cernuntur.

¶ Tertia veritas est: ꝙ si beatus Petrus ce
lebrassʒ missaʒ i triduo illo cū i cena fuit ordina
tus sacerdos: tunc in hostia non fuissent nisi
duo. s. corpus xp̄i ⁊ eius diuinitas: q2 tunc ca-
ro xp̄i fuit mortua. Et ideo tunc eaʒ aīa non cō
comitabatur: nec etiā sanguis: q2 iam effusus
erat sup terraʒ: ⁊ corpus in sepulchro: ⁊ anima
in inferno. Et ideo cum aīa ⁊ sanguis no sint
in hostia nisi per ꝯcomitantiā: tunc ibi non fu-
issent. Tamen q2 diuinitas corpori remāsit vnita
in morte: ideo fuisset ibi ex tali ꝯcomitātia.

¶ Quarta veritas est: ꝙ si beatus Jacobus:
q primus missam ordinauit: dixisset missaʒ in
hoc triduo: tunc in hoc calice nō fuisset nisi san
guis: q2 ibi non est corpus ⁊ aīa: nisi per cōco-
mitantiam: ⁊ tunc erant a sanguine separata:
nec diuinitas ita fuit sanguini: sicut carni vnita
q2 nō remansit coīcatio ydiomatum: que ꝓue-
nit ex tali vnione: vt dicitur in decretis. Non
enim erat veꝝ dicere hoc sanguine demonstra
to hic sanguis effusus est deus: sicut ꝓpter se-
pulturam corporis dicimus deum fuisse sepul
tum: nō in cruce remansisse: sicut sanguis re-
mansit. ¶ Et istius ratio est: q2 corpus est p̄n
cipalis hoīs pars: ⁊ non sanguis. ¶ Intelli-
gendum tamen ꝙ quādo sacerdos est deferēs
corpus xp̄i ad coīcandum infirmum: ei dicet.
Credis hoc esse corpus xp̄i de virgine natuʒ:
in cruce passum? Tunc vterqʒ ⁊ sacerdos ꝓ-
ferens: ⁊ fidelis ꝯfitens dʒ dirigere suam in-
tentionem ad illud: quod creditur: ⁊ non ad il
lud quod cernitur. Alias vterqʒ erraret: cum
illud quod cernit̄: nō sit corpus xp̄i ſm Gre.

¶ Intelligenduʒ tamen ꝙ cum sensus homi
nis sint proni ad dirigendum iudicium rōnis
ad illa que cernunt: nisi instruant̄ fide. Ideo
videt̄ tutius dicere. Credis h̄ eē corpus xp̄i?
Et tunc possʒ intētio dirigi ad illud: qđ cernit̄
q2 in sp̄ebus illis quas cernimus: est vere cor-
pus xp̄i. Cum vero qs dirigit intentionē suaʒ
ad fidem ecclie in coī: tunc nullū videt̄ eē ꝑicu-
lum: ſʒ remanet h̄ dubitatio. Si sanguis xp̄i ē
venerādus: q est in aliq̄bus reliquijs: p̄ter eu
charistiā. Dicūt multi ꝙ nō: q2 xp̄s totuʒ san-
guinem reassumpsit. Tamen nō videt̄ incon-
ueniēs si aliq̄ portio remāsit: cuʒ nō indiget tā
to sanguine corp9 gl̄ificatuʒ. Et iō venerari p̄t

¶ Scđa dubitatio est: si talis sanguis sit vene
randus: sicut in eucharistia. Dicit̄ ꝙ nō: quia
nō est vnitus diuinitati: sicut nec in triduo mor
tis xp̄i. vnde sicut in triduo nullus debuisset
adorare calicem ſm latriā: eo ꝙ nō erat diuini
tas vnita. Ita nec sanguinē istum: q est sapat9
a corpore: cum sanguis in eucharistia est sibi
ꝯiunctus.

Scđa ꝯtemplatio.

Circa scđam ꝯtemplationem: q̄ est de
istius sacramenti vnitate: est intelli-
gendum ꝙ in h̄ sacramento non est
vnitas simplicitatis: ſʒ vnitas integritatis: cū
in eo ꝯtineant̄ ſm p̄missa q̄dam infinite distā-
tia. ¶ Intelligendū tamen ꝙ ad integritatem
istius sacramēti sunt quatuor cāe: sicut solet in-
quiri in quolibet nāli effectu. s. causa efficiens
formalis: māl̄is: ⁊ finalis. Ideo ad integrita-
tem istius sacramenti est panis in hostia: ⁊ vi-
num in calice causa māl̄is. Forma autem sunt
verba consecrationis. Efficiens sacerdos rite
ordinatus loquente de efficiēte materiali: quia
principalis causa efficiens constat esse deum.
Finis autem est intentio debita proferentis.
Et ideo quia ibi ista quatuor requiruntur: ne
altero istorum desinente: ibi nil fiat. Ideo dici
tur in libro de regl̄is theologie in quarta regu
la ꝙ ad hoc ꝙ panis conuertatur in corp9 chri
sti: requiritur ꝙ in pane sit materia: in verbis
forma: in agente intentio: in persona ordina-
tio. Cum ista quatuor concurrunt: sequitur cō
secratio. Scđʒ hoc sunt quatuor ꝯsideratōes.

Prima consideratio.

PRima est de causa efficiēte tali. s. mi
nisteriali: de qua nunc loqmur. Nul
lus hȝ ptātem ꝯficiendi: nisi sit sacer
dos ordinatus per episcopū: qꝛ Paulus apo/
stolus cum ordinasset Titum epm̄: ex hoc de/
dit sibi auctoritatem ordinandi sacerdotes di.
ad Tituȝ. Huius rei gratia reliq̄ te crete: vt cō
stituas p̄sbyteros. Qđ frustra factum fuisset:
si non ep̄s sacerdotes ordinare potuissȝ. Ex q̊
ꝯcluditur error maldensium: q ꝯsecrationem
istius sacramenti omni fideli ꝛ vtriqȝ sexui cō/
mittunt. Sȝ circa istam cām efficienteȝ sunt ali
que questiones. ¶ Prima est si sacerdos he/
reticus pōt ꝯficē. Dicitur ꝙ sic: qꝛ istud sacra/
mentum fit in fide eccl'ie: ꝛ non in fide vnius
singularis persone s̄m Augustinum.
¶ Secunda questio si sacerdos scismaticus.
Dicit̄ ꝙ sic. ¶ Tertia si irregularis sacerdos
Dicitur ꝙ sic: qꝛ irregl'aritas est pena iuris hu
mani: ꝛ auctoritas ꝯficiendi: potestas iuris di
uini est. Ideo illa non pōt istam auferre: sicut
nec ius humanum pōt dinum auferre.
¶ Quarta questio est: si sacerdos degradatus
pōt ꝯficere. Dicitur ꝙ sic: cum caracter sit in/
delebilis: in quo ꝯsistit ptās conficiendi. Sed
remanet ad dubiū: si sacerdos malus celebrās
est audiendus. Dicitur ꝙ si ꝯstaret ipsum esse
in mortali peccato: qꝛ celebrando peccat morta
liter: ꝛ ideo ei non est coīcandum in tali actu.
Quia tamen ꝯtritio cordis est interior occulta
ꝛ repentina propter peccata manifesta non est
omittendum: nisi de scandalo timeatur.
¶ Secūda dubitatio est si sacerdos excōmuni
catus est audiendus. Dicitur ꝙ nō: qꝛ contri/
tio occulta penam iuris nō hȝ extrinsecā euacu
are. Corpus aūt christi sic est venerandum in
manu sua: sicut alterius: qꝛ ita vere conficitur
a malo: sicut a bono ministro.

Secunda ꝯsideratio.

QVantum ad causam meterialē istius
sacramenti p̄mo videndū est de mā
in hostia. ¶ Scđo de mā in calice.
¶ Circa p̄mum nota ꝙ materia in hostia est
panis triticeus. vnde si ꝯficeretur in pane sili/
gineo: vel ordeaceo: vel spelte: nō fieret: quia
vnius sacramenti vna est materia in spē.
¶ Circa materiaȝ calicis dicitur ꝙ mā istius
sacramenti est vinum de vite. vnde si aliqs in
alio conficeret: sicut in vino pomoꝝ: nihil face
ret: qꝛ vnius sacramenti vna est materia s̄m
speciem: vt panis supra. Quantum ad causam
formalem in hostia dicit̄ ꝙ sicut in hostia sunt
quatuor. s. corpꝰ: sanguis: anima: ꝛ diuinitas
ita quatuor sunt verba: per q̄ hostia consecrat̄:
scilicet. Hoc est corpus meum. Istam autem
formam consecrationis tradidit xp̄s Matthei
26. vbi sunt quatuor documenta.
¶ Primum documentū est: ꝙ ista ꝯsecratio
s̄m formam p̄mo fuit inuenta vel facta in lin/
gua hebrea: qꝛ illā linguā loquebat̄ xp̄s ꝛ apl'i
¶ Scđm documentum est: ꝙ deinde fuit fa/
cta in lingua greca: quia post hebreos greci vt
habetur in actibus de viduis grecorum.
¶ Tertium documentū est: ꝙ deinde factum
fuit in lingua latina: qꝛ beatus Petrus roma
nis tradidit. Et ꝯfirmatur: qꝛ s̄m Aug. de ci.
dei in istis linguis fuit scriptus titulus. Et cō
firmatur: qꝛ Mattheus scripsit hanc formam
in hebraico: Lucas i greco: Marcus i latino.
Iohēs vero nullam formam expressit.
¶ Quartum documentum est: ꝙ ista ꝯsecra/
tio fieri posset in omni lingua eadem ratione:
qua ꝛ in istis. Sȝ hic est dubium: qꝛ in cano/
ne tradito a btō Petro non ponit̄ ista ꝯiūctio
enim. Dicitur ꝙ enim nō ptinet ad formā ꝯse
crationis: sed tm̄ ꝯtinuat ad p̄cedentia. vnde
si omitteretur: adhuc conficeret. q̄uis scienter
omittens peccaret mortal'r. ¶ Secundum est
si solum p verba illa posset fieri cōsecratio. Di
cit doctor subtilis ꝙ non: quia verba sic absolu
te ꝓlata dant sensum ac si ꝯficiens vellet confi
cere corpus suum proprium: sic etiam xp̄s ex
pressit. Et ideo dicit ꝙ sunt necessaria verba
p̄ambula: per que significetur sacerdos dicere
hec non in ꝓpria persona: sed xp̄i recitando ꝓ
ferens. Et illđ fit ab illo loco: vt nob̄ corpus ꝛ
sanguis fiat dilectissimi filij tui dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i
¶ Circa formam consecrationis calicis sicut
p̄ qnqȝ vulnera sanguis exiuit de corpore xp̄i
principaliter: ideo per quinqȝ verba fit cōsecra
tio ista: que sunt. Hic est calix sanguinis mei.
Ista forma habetur Matthei. 16. Marci. 14
Luce. 22. Tamen sicut iacet ad litteraȝ in no/
stro missali non inuenitur in aliquo euāgelista
sed beatus Petrus istam formam tradidit ec
clesie. ¶ Quantum ad causam finalem dicit̄
ꝙ finis noster accipitur pro intentione conse/
crantis: vt intendat facere quod xp̄s fecit: qđ
facit ecclesia. ¶ Circa istum finem sunt quatu
or veritates. ¶ Prima est ad conficiendū istđ
sacramentum non requiritur intentio actualis

quia ꝺm Iheronimū. Dominus nullum obli
gat ad impossibile. Nō est autē in potestate no
stra subito in instanti: dum proferuntur conse
crationis verba: ꝙ ille qui est ad alia: distract⁹
posset ita actualiter cogitare: nec per consequēs
intendere. ¶ Secunda est ꝙ ad illaȝ consecra
tionem non sufficit intentio habitualis: qꝛ cum
illa manet etiam in homine dormiente: sicut eti
am ⁊ habitus. Tunc homo dormiēs potest cō/
ficere verba debita proferendo. ¶ Tertia est:
ꝙ ad istam requiritur ⁊ sufficit intentio virtua
lis: vt scilicet intendat ꝺm omnem dispositionē
se ad celebranduȝ conferte. ¶ Quarta veritas
est: ꝙ ad illam consecrationem non requiritur
intentio spiritualis: vt conficiens semper inten
dat bonuȝ spirituale: propter qđ illud sacramē
tum est institutum ꝺm Dionysiū. Unde si ma
lus sacerdos propter lucruȝ temporale celebra
ret conficeret.

Tertia contēplatio.

CIrca tertiā ꝯtemplationem que est de
istius sacramēti veritate est intelligen
dū ꝙ istius sacramēti veritas est in se
euidētissima cū pre ceteris sacramentis in scri
ptura ei⁹ veritas sit expressa: tn̄ est mētibus no
stris sūme occulta pre ceteris eccl'ie sacramētis
Et ad illud ducit ratio ⁊ exemplum. Ratio qꝛ
transcendit propter sblimitatem eius intellectū
nostrum. Et ideo non est intelligibille sibi ꝓ/
portionatum: Exemplum est ad propositum:
quia sicut se habet oculus noctue ad lumen so/
lis: ita se habet intellectus noster ad ea que ⁊c.
Et quia illud sacramentum est occultissimum
nobis: ideo sancti multum sunt conati ad ipsuȝ
declarandum: vt euacuarent dubia: que circa
istam materiam excecāt insipientem. Et ad
hoc faciendum occurrunt nobis quatuor consi
derationes.
¶ Prima est de istius sacramenti conuersio
ne. ¶ Secunda de eius extensione. ¶ Tertia
de eius locatione. ¶ Quarta de eius ipossibi/
litate.

Prima ꝯsideratio.

QUantum ad primam occurrit obstacu
culum qđ est hoc: ꝙ aliqui nō vident
quomodo tam subito substantia panis
corruptibilis posset conuerti i corpus christi in
corruptibile: Sed huic obstaculo occurrit con
sideratio beati Ambrosij in libro de sacramen
tis. Qui volens ostendere ꝙ deus potest con
uertere quodlibet in quodlibet per suaȝ omni/
potentiam ponit multa exēpla diuine scripture
vt quando mulier subito de costa viri facta fuit
⁊ quando virga moysi in serpentem fuit con/
uersa. Et confirmatur per rationem qꝛ plus di
stant ens ⁊ non ens: qȝ duo entia ꝺm distantiā
essentialem. Et qꝛ deus ꝺm omnium fideȝ po
test aliquid de nihilo facere. Igit̄ multo forti⁹
de vno ente aliud ens quodcunqȝ potest facere
⁊ operari.

Secđa ꝯsideratio.

SEcunda consideratio de istius sacra
mēti extēsione occurrūt duo obstacl'a
¶ Primuȝ est ꝙ aliqui nō possunt
intelligere quomodo corpus christi taȝ magnū
potest esse infra tam paruaȝ hostiaȝ totum con/
tentum cuȝ imaginentur maius corpus infra
minus totaliter non posse contineri. Sȝ huic
occurrit consideratio beati augustini de quan/
titate anime: qui probat animam esse maiorem
corpore: qꝛ totaȝ mundi magnitudinē infra se
cogitare potest: ⁊ sic infra se continere: ⁊ sic cū
sit maior corpore tota est ifra corp⁹. Modo cō
simili corpus christi cum sit maius hostia totuȝ
est infra ipsam: non coartatū: sed ita magnum
⁊ perfectuȝ sicut est in celo. ¶ Secundum ob
staculum qꝛ non percipiunt cum hostia diuida
tur in fractione: quin corpus christi infra exi/
stens diuidatur: cum ad diuisionem cuiuscūqȝ
corporis: sequitur diuisio sue virtutis: huic oc
currit consideratio beati Augu. in libro de spi/
ritu ⁊ anima: qui ponit ꝙ anima est tota in qua
libet parte corporis: ⁊ nō diuidit̄ ꝺȝ diuisionē
corporis. Et ita qꝛ corpus xp̄i totū est in quali
bet particula hostie ipsa diuisa: non diuiditur.

Tertia ꝯsideratio.

QUantum ad tertiaȝ ꝯsiderationem q̄
est de huiusmodi sacramenti locatio/
ne occurrunt aliqua obstacula.
¶ Primuȝ est ꝙ non possunt aliqui intellige
re xp̄m ad altare descendere de celo: ⁊ ibi ma/
nere. Cum dicat augustinus ꝙ donec finietur
seculum sursum est dn̄s. Sed huic occurrit cō/
sideratio Origenis sup̄ Matth. Qui dicit ꝙ
dei filius veniens in virgineȝ totus remansit
apud patrē: vt non dimidius apud deū ⁊ dimi
dius esset in virgine: sicut veritas quaȝ mente
ꝯcipimus cū eam docemus tota remanet apud
nos: ⁊ tota transit in adiscentes. Sic de corpo
re xp̄i ⁊c. ¶ Secūdum est qꝛ non capiunt quō
in tam breui momento sicut verba consecratio
nis proferuntur: christus posset transire de ce/
lo empireo ad altare. Huic occurrit considera/
tio beati Augustini: qui dicit ꝙ subito duȝ ocu

lus aperitur habetur visibile: quantumcunqȝ distans: transitu velocissimo attigitur vsqȝ ad celum. Et ideo non est mirandum de corpore christi: cum sol in instanti mittat radium suū ab oriente in occidentem. ¶ Tertiuȝ est ꝙ nō vident quomodo idem corpus posset esse in diuersis locis simul. Sed huic occurrit consideratio Hugonis de sacramentis qui ponit. Ideo non posset idem corpus esse in diuersis locis: quia deus conditor nature talem corporibus legem dedit. Et ideo cum quilibet legislator posset dispensare in lege: quam ipse statuit: immo oppositum ordinare. Ita potest deus in vniuerso. ¶ Quartum est quia non vidēt quomodo duo corpora possunt esse in codeȝ loco: vt corpus christi sit infra dimensiones hostie: nisi forte ponatur ibi in aliqua concauitate Sed huic obstaculo occurrit consideratio damasceni ponentis ignem ferro intimatum cuȝ sit corpus subtile: ⁊ ita corpus christi cuȝ sit subtilius igne.

Quarta consideratio.

Quantum ad quartam consideratiōeȝ de eius impassibilitate: sunt duo obstacula. ¶ Primum ꝙ non vident quomodo christus non patiatur cum hostia frāgatur ⁊ mltipliciter alteratur. Sed huic occurrit consideratio pauli. Secunde cor.xj. Ipse sathanas transfigurat se in angeluȝ lucis. Ista autem transfiguratio potest fieri per assumptionem corporis luminosi ⁊ decori: ⁊ tunc si tale corpus scindatur: aut qualitercunque patiatur nullatenus angelus malus patitur: ita nec corpus christi in hostia. ¶ Secundum est ꝙ nō vident quomodo corpus xp̄i ex frequenti sumptione successiua non consumatur: ⁊ ipse species consumantur. Huic occurrit cōsideratio sapientis. Ecclesiasti. 12. Ubi loquitur de consumptione humani corporis: anima non consumptibili existente. Unde dicit. Reuertatur puluis in terram vnde erat: ⁊ spirit9 redeat ad dominum ⁊c.

Quarta ↄtēplatio.

Circa quartaȝ ↄtemplationeȝ: que est de ei9 bonitate: occurrūt. 4. ↄsi°nes.
¶ Prima ↄside° ē de ei9 celebritate
¶ Secunda ↄsideratio est de ei9 institutiōe.
¶ Tertia ↄsideratio est de eius susceptione.
¶ Quarta ↄsideratio est de eius perfectione.

Prima ↄsideratio.

Quantum ad ꝑmam dicendum est: ꝙ celeberrimū inter oia sacramenta noui testamenti. Et ideo eius officium celebratio vocatur. In hoc. n. officio maxime militans etiā imitatur ecclesiā triūphantem: q2 sicut in hac vita sunt instituti sex ordines ecclie ad ministranduȝ sacerdoti: ita in celesti hierarchia sunt instituti sex ordines angeloꝝ ad ministrandum xp̄o. Tres. n. supremi ordines non sunt administrantes: sed assistentes vt dicit Dionysius. ¶ Et iō circa istā ↄsiderationem primo insistendū est circa istius sacramenti solēnitateȝ. ¶ Scd̄o circa eius figuraȝ. ¶ Quo ad primuȝ ē intelligēduȝ ꝙ in hoc sacramento ꝓbantur esse quatuor solēnitates. ¶ Prima est ex p̄sentia triuȝ ꝑsonaꝝ diuinaꝝ. Tota. n. trinitas est pn̄s huic ↄsecrationi: ⁊ hoc ex singulari ratione tanti miraculi; q2 nō potest effici nisi a tribus personis modo mirabili: q2 sicut pater ⁊ filius ⁊ spūs sanctus sunt vnuȝ ꝑncipiuȝ creature: ex   de trinitate. Ita sunt vnum ꝑncipiū huius sacramenti ⁊ singulari modo actus que est tam mirabilis: ad queȝ nulla alia causa attingere potest. ¶ Scd̄a solēnitas est ex presentia sanctoꝝ angeloꝝ: q2 scti doctores non dubitāt ibi esse pn̄tiaȝ scōꝝ angeloruȝ aduenientiuȝ de celo. vnde dicit Greg. Quis fideliū dubium habere possit in illa imolationis hora celuȝ aperiri: ⁊ angeloꝝ choros adesse ad vocē sacerdotis. ¶ Tertia solēnitas est ex p̄sentia sanctarū aiarum: q2 sicut angeli: ita ⁊ sancti xp̄m comitātur quocunqȝ ꝑgit. Et ideo dicit Ihero. Oēs aie sanctoꝝ in hoc mundo comitātur xp̄ȝ quocunqȝ ierit. Inducens illud apoc. Hij sequuntur agnum quocunqȝ ierit. Et cuȝ vere veniat ad istō sacramentū ipsuȝ ibi sequunt̄. ¶ Quarta solēnitas ē ex pn̄tia matris xp̄i que est regina virginū: q2 ꝺȝ Ihero. Istud officiū associandū fuit ꝑuilegio virginis ex sua puritate. Dicit. n. virgines sunt ⁊ sequūtur agnuȝ quocūqȝ ierit. Apoc. 14. Et q2 mater dn̄i cuȝ ceteris virginibus maxime hȝ hoc ꝑuilegium: maxime ei conuenit hoc officiuȝ. ¶ Scd̄m huius ꝑme ↄsiderōnis est de diuina scriptura: in q̄ hoc sacramētum quadrupliciter figuratur. Quadruplex figura ¶ Primo in sacrificio melchisedech. Geñ. 8. Quia sic melchisedech: cuȝ esset sacerdos altissimi offerebat panem ⁊ vinuȝ. Ita xp̄s sub specie panis ⁊ vini instituit hoc sacramentum. Psalmi. Tu es saterdos in eternum ꝺm ordineȝ melchisedech ¶ Scd̄o fuit figuratuȝ i imolatōe agni paschalis. Exo. 12. Quia sicut ibi agn9 fuit imolat9 ꝓ salute populi israelitici. Ita hic agnus dei imolatus est ꝓ salute totius populi christiani.

¶ Tertio fuit figuratū in mãna deserti. Exo.
16. Qꝛ sic̄ ille cibus fuit idignis abhominabi-
lis: qꝛ dicebant. Anima nostra nauseat sup isto
cibo leuissimo ⁊ dignis sūme delectabil': qꝛ vt
dicit sapiens. Habebat omnis delectamēti sua
uitatem vt ad cuiuscunqꝫ desideriuꝫ conuerte
retur. Ita iste cibus est indignis nociuus a di
gnis summe ꝓficiuis: qꝛ dicit Dionysius: ꝙ
confert iustis sanctificationē: sicut indignis cō
demnationē sicut de iuda dicit in Ioh. Post
bucellā statim introiuit in eum sathanas: sꝫ ta-
men illa bucella nō fuit corpus xp̄i. ¶ Quar-
to fuit figuratū in panib⁹ propositionis. Exo.
21. Qꝛ sicut illi panes quottidie nō ministrabā
tur nisi aliqñ a sacerdotib⁹: ita quottidie eucha
ristiam sumere non ꝯuenit nisi solis sacerdoti-
bus: ⁊ sicut tpe necessitatis illi panes fuerunt
ceteris ministrati requisita corporis puritate.
ẜm dionysium vt patet de abimalech: qui dixit
ad dauid ꝑmo. Reg. Si mūda sunt vasa pue
roꝝ maxime a mulierib⁹ anteqꝫ daret eis istos
panes ꝓpositionis: ita hoc sacramentū in cer-
tis articulis ministratur ꝯmuniter fidelib⁹. Sꝫ
ante requirit cordis ⁊ corporis puritatem ẜꝫ Di
onysium. Ex istis accipio duo documenta.
¶ Primum documentuꝫ est: ꝙ ille qui acce-
dit ad illud altissimuꝫ sacramentum dꝫ accede-
re cū summa preparationis diligentia: qꝛ tanta
sunt ibi solēnia. ¶ Scd̄m est: qꝛ illi qui assistūt
debent assistere cum summa reuerētia: qꝛ tāta
dicuntur de hoc sacramento vtilia preconia.

Secunda ꝯsideratio.

Quantum ad secūdam ꝯsiderationem
que est de istius sacramenti institutio
ne sunt quatuor requirenda.
¶ Primū est qualiter fuerit institutū. ¶ Se
cundū qñ. ¶ Tertium vbi. ¶ Quartuꝫ q̄re.
¶ Quo ad primum: Istud sacramentum fuit
institutum quintuplici circunstantia modificā
te: sicut habetur in canone beati petri. ¶ Pri-
ma est eleuatio oculoꝝ. Eleuatis. n. oculis i ce
lis. Ex quo accipitur documentum: ꝙ illi qui
assumunt hoc sacramentū dbēt habere oculos
mentis eleuatos in deum: ⁊ non depressos ad
inferioꝝ. ¶ Scd̄a fuit gratiaꝝ actio cum inqt
patri Gratias agēs. Ex quo accipitur documē
tum: ꝙ circa istud sacramentum versantes de-
bent deo esse grati de tam inenarrabili benefi-
cio. ¶ Tertia est benedictio. Benedixit iquit
Ex quo accipitur documentuꝫ ꝙ xp̄s benedi
cendo consecrauit: ⁊ facta consecratione dixit.
Hoc est corpus meum: ⁊ sic non cōfecit ꝑ illa
verba per que nos ꝯficimus ẜm Innocentiuꝫ
Tñ ad oppositum videtur dicere Ambrosius
de sacramentis: ⁊ Cip̄anus martyr: qui dicūt
ꝙ eadem facimus ⁊ non alia qꝫ ea que xp̄s fe-
cit. ¶ Quarta est panis diuisio. Fregit inquit
Ex quo sumitur documentū: ꝙ si tpe quo xp̄s
habuit corpus passibile ⁊ mortale: tale quale ha
buit dedit apostolis: fregit species panis sine
sui lesione corporis: multo plus post resurrecti
onem: cū habeat corpus ipassibile. ¶ Quinta
fuit liberalis ꝯmunicatio. Dedit inqt discipu-
lis. Ex quo accipitur documentū: ꝙ istud sacra
mentum cū summa liberalitate est ministrandū
dicente dño. Gratis accepistis gratis date. vn
de symonia circa istud sacramentū est maxime
detestabilis. Quanto. n. excellentius est donū
dei: tanto magis venditio est vitanda dicēte pe
tro apostolo symōi mago act. 7. Peccunia tua
tecū sit in ꝑditiōe: qꝛ estimabas donū dei pecu-
nia ꝯparari. ¶ De secunda particula istius cō
siderationis qñ istud sacramentum fuit istitutū
⁊ constat ꝙ in cena dñi: que fuit feria quinta an
te festum pasche: vt testantur euāgeliste. ¶ In
telligendum tamen ꝙ ista dies inuenitur in sa-
cra scriptura quadruplici mysterio consecrata.
¶ Primo quidem mysterio formatiōis auiū
qꝛ isto die formate fuerunt aues a deo. Gene.
ꝑmo. Ex quo datur intelligi ꝙ hoies habētes
alas contemplationis ẜm Augus. idonei sunt
ad percipiendū illud sacramentum. ¶ Scd̄o
fuit ꝯsecrata mysterio formationis piscium q
illo die fuerunt creati a deo. ¶ Tertio fuit con
secrata mysterio dñice oblationis: qꝛ feria q̄nta
xp̄s oblatus fuit a matre in templo: cuꝫ fuit na
tus in die dñico vt alibi pꝫ. Ita sacerdos xp̄m
offert in hoc sacramento mirabil'r sicut virgo i
templo visibiliter ip̄um obtulit. ¶ Quarto fu
it ꝯsecrata dominice ascēsiōis mysterio: qꝛ isto
die fuit xp̄s in celum assumptus vt habetur in
actibus: ⁊ ita dicit Greg. Q̄ ꝺ expleto hoc sa-
cramento in celum rapitur. Sed quid de hora
dicitur? Hoc sacramentum fuit institutum ho
ra ꝯpletorij: qꝛ vespere facto in cena discubuit.
Matth. 27. Et ista hora iuenitur quadruplici
mysterio ꝯsecrata. ¶ Pri° qdeꝫ mysterio mū
dialis creationis. Ista. n. hora credunt aliqui
ꝙ mundus fuit creatus: qꝛ pro ꝑmo die. s. dñi
co scriptuū est genesis ꝑ°. Factum est vespere ⁊
mane dies ꝑmus: incipiendo a vesꝑe ẜꝫ Au-
gu. de trinitate. 4. ¶ Scd̄o fuit ꝯsecrata my-

sterio paschalis agni: qꝛ ista hoꝛa fuit celebꝛatū
pꝛimum pascha in egypto: ⁊ agnus comestus
vt habetur in exodo: vt veritas coꝛrespōderet
figure. ¶ Tertio fuit ꝯsecrata mysterio angeli
ce annunciationis. Et ideo ſm traditionē pa-
trum ista hoꝛa a fidelibus mater dn̄i salutat̄.
¶ Quarto fuit consecrata mysterio dominice
sepulture: quia ista hoꝛa fuit xp̄i coꝛpus in se-
pulchro clausum: vt habetur in euangelio.
¶ De tertia ꝑticula huius ꝯsiderationis vbi
fuit istud sacramentum institutū. Et dicitur ꝙ
istud fuit institutum in ciuitate iherusalem: in
qua xp̄s cenauit testimonio quatuoꝛ euangeli
starum. ¶ Sed est intelligēdum ꝙ in h̄ loco
fuerunt instituta quatuoꝛ sacramenta: que hn̄t
adinuicem ꝯnexionem. ¶ Primum est sacra
mentum baptismi. Mat. 28°. Euntes docete
omnes gentes baptizantes ⁊c. ¶ Scdm̄ fuit
sacramentum oꝛdinis: qꝛ in cena xp̄s oꝛdina-
uit apl̄os sacerdotes cum dedit eis ꝑtātem ꝯfi-
ciendi. Luce. 22. Hoc facite in meam ⁊c.
¶ Tertium fuit sacramentuz pn̄ie. Joh. 20.
Quoꝝ remiseritis peccata ⁊c. ¶ Quartuz sa
cramentum eucharistie: vt patuit in cena.
¶ Quarta ꝑticula est quare h̄ sacramentū fuit
institutum. ¶ Sz est attendēdum ꝙ ad istius
sacramēti institutionem ponunt̄. 4. rationes.
¶ Prima est ad fidem catholicā extollendā.
qꝛ cum virtus sit de bono difficili: ꝙ̄to est dif
ficilioꝛ: tanto est laudabilioꝛ: qꝛ istud est arduū
ad credēdum. Ideo dignificat fidez credentiū
⁊ eius exaltat meritum. Ideo dicitur in cano-
ne petri mysteriuz fidei. ¶ Scd̄a ratio est ad
memoriā de ꝑteritis retinēdaz: vt nō obliuisce
rentur tantoꝝ beneficioꝛum: quoꝝ illud sacra
mentum est signum rememoratiuuz. Et ideo
scribit̄ ꝑma coꝛ. xj. Hoc facite quotienscunqꝫ
sumitis in meam ꝯmemorationem. ¶ Tertia
ratio est ad spem de futuro ꝯfirmandam: quia
spes ꝓmissi boni multuz ꝯfirmatur per arrā.
Istud sacramentum est pignus ⁊ arra future
beatitudinis. vnde non solum est signū reme
moratiuum: sed etiam ꝓnosticū: ſm Diony.
de celesti iherarchia. ¶ Quarta ratio est ad ca
ritatem in nobis accendēdam: qꝛ homo natu-
raliter inclinatur ad diligendum se diligentez.
Et ideo xp̄s vt nos maxime incitaret ad carita
tem: in h̄ sacramento suam maximā dilectionē
voluit demonstrare: in quo non sua: sed semet
ip̄z nobis dedit. Et istd̄ ē sacramentū qd̄ tenet
eccl'iaz maxime in scitate ⁊ puritate ſz Dio.

Tertia consideratio.

Quantum ad tertiam considerationē
que est de istius sacramenti susceptio
ne primo videndum est quot modis
sumitur. ¶ Secundo qui sunt admittēdi.
¶ Tertio q excludēdi. ¶ Quarto quotiens
sit sumendū. ¶ De ꝑ est intelligenduz ꝙ ſm
apostolum scd̄e coꝝ. xj. possunt sumi quadru-
pliciter. ¶ Primo ab aliquibus sumit̄: nec sa
cramentaliter nec spiritualiter: sicut illi qui spe
ciebus istis vtuntur sicut cōmunibus cibis ad
sacietatem ⁊ ebꝛietatem. de quibus dicit apo-
stolus. Unus quidem esurit: alius aūt ebꝛius
est. Alij sumunt sacramentaliter ⁊ nō spiritua-
liter: sicut q sumunt cum peccato moꝛtali. de q-
bus dicit apostolus. Qui manducat ⁊ bibit i-
digne iudicium ⁊c. Alij sumunt spiritualiter:
⁊ nō sacramentaliter sicut illi qui fide ⁊ deuoti
one ad istud sacramentum flagitant existētes
in gratia: sed propter aliqd̄ impedimentū non
possunt ip̄m percipere: qbus dicit Aug. Cre-
de ⁊ manducasti. Alij sumunt spiritualiter: ⁊
sacramentaliter: sicut illi qui cum debita prepa
tione de facto ipsum ꝑcipiunt: de qbus idē apo
stolus ait. Pꝛobat aūt se ipsum homo ⁊ sic ⁊c.
¶ De scd̄a ꝑticula est intelligēdum ꝙ ad istd̄
sacramentum obligantur fideles ſm quadru-
plicem graduz. ¶ Primo aliq̄ obligantur so
lum ad credēdum ⁊ amandū: sicut illi qui sunt
fideles: vt nullo mō possint habere copiaz: qꝛ
ſm Jherony. nemo ad impossibile obligatur.
vnde Augu. Qui seruum pigrum non dam
naret: si ea que fieri ⁊c. ¶ Scd̄o aliqui obligā
tur nō solum ad credendum ⁊ ad amanduz: sz
etiā ad venerandum: sicut inter fideles sunt q-
bus nō legitime impeditis in diebus domini
cis ad minus vt audiant missam obligant̄.
¶ Tertio aliqui obligant̄ non solum ad vene
randum: sed etiam ad sumēdum. sicut oēs ho
mines ꝑfecte etatis circa dominicā resurrectio
nem: qꝛ eo t̄pe h̄ sacramentum institutū fuit.
¶ Quarto aliq abligant̄ nō soluz ad veneran
dum ⁊ sumendum: sed etiam ad conficienduz
sicut omnes sacerdotes nō impediti in celebꝛi-
tatibus magnis. Illi. n. qui nunqꝫ celebꝛant:
tenent ociosaz dignissimam ꝑtātez.
¶ De tertia ꝑticula est intelligendū ꝙ beatus
Diony. in ꝑallegato ca°. de eccl'iastica iherar-
chia ponit quatuoꝛ ꝑsonaꝝ genera: que ab hoc
sacramento excludebant̄ in pꝛimitiua eccl'ia.
¶ Primo chatecumini: qꝛ nondū erāt renati

¶ Scd̄o apostate: q̄ in h̄ sacramento fuerūt
exclusi ⁊ abiecti. ¶ Tertio tēptationib⁹ vexati
¶ Quarto ab hijs q̄dem purgati: sed nondū
virtute ꝑfecti. Sed remanet dubitatio: si mini
strans: qualitercūq̄ʒ circa istud sacramentū cuʒ
peccato mortali peccet mortal̄r. Dicitur ꝙ non
vt diaconus aut subdiaconus: q̄ illud iure di/
uino nō est explicite ꝓhibitum. ¶ Secunduʒ
dubiū est: vtꝝ quicunq̄ʒ indigne sumit peccet.
¶ Dicendū ꝙ sic: q̄ illa ē expressa determina
tio apostoli. Prima cor. xj. Qui mādūcat ⁊c.
¶ Tertia dubitatio si ɔsecrans indigne peccet
mortal̄r: semꝑ dicitur ꝙ sic ꝑ locum a minori:
q̄ plus est corpus christi conficere q̄ʒ sumere.
¶ Quarta dubitatio cuʒ s̄m pijssimas causas
indigne celebrans ɔmittit mortale peccatuʒ: in
quo grauius peccat in sumendo vel ɔsecrādo?
Dicit̄ ꝙ cuʒ illud ꝓueniat ex irreuerentia. Et
ideo cū dignus sit ɔficere videtur tunc magis
peccare. Unde talibus d̄r in psalmo. Quare
tu enarras iustitias meas: ⁊ assumis testamen
tuʒ meum per os tuum?
¶ De quarta particula. s. quotiens sumēdum
sit: ponūtur. 4. veritates. ¶ Prima est ꝙ illd̄
sacramentuʒ nō dʒ in die frequēter iterari sine
necessitate legitima: q̄ ex frequentia nimia so-
let oriri ɔtemptus. ¶ Scd̄a est: ꝙ ab ista regu
la natiuitas dn̄i est excepta. ¶ Tertia est: ꝙ cū
sit de necessitate possunt dici alijs tꝑibus duc
misse. Ut q̄n propter inopiaʒ sacerdotū: neces-
se habeatur vnus ad s̄uiendū duabus parro/
chijs. Et q̄ʒdo aduenit magna ꝑsona que non
potest esse sine missa: vt notatur. 4. sentētiaꝝ.
¶ Quarta ꝙ nunq̄ʒ licet iterare nisi in prece/
dente celebratione se obseruauerit a sumptione
vini ⁊ aque: q̄ non ieiuno non licʒ accedere ad
sacramentum. ¶ Sed est dubitatio si quotti/
die sumere eucharistiā est ɔueniēs. Dicit Au
gustinus: ꝙ q̄tidie sumere nō laudo nec vitu/
pero. Dicunt tn̄ doctores ꝙ si ex tali frequētia
deuotio augeat̄: est iteranda: si auteʒ minuatur
est dimittenda. ¶ Secunda dubitatio est: si in
periculo mortis dʒ quilibet illud sacramentum
requirere. Dicitur ꝙ sic. Quia illud sacramen
tuʒ est viaticuʒ. In transitu beati Ambrosij sic
dicitur: ꝙ ꝑducit aīam vsq̄ʒ ad vite portaʒ. vn
de bene fuit figuratū ꝑ illū panē subcinericiuʒ
cuius virtute ambulauit Helias q̄dragita die
bus ⁊ q̄dragita noctibus. Tertio regū nono.

Quarta ɔsideratio.

Circa quartaʒ ɔsiderationeʒ: que ē de
istius sacri ꝑfectiōe. ¶ Et p̊ sciēduʒ ꝙ
istius sacramēti sunt. 4. priuilegia.
¶ Primū est de istius sacramēti figura: q̄ ce
tera sacr̄a noue legis signant directe gratiam.
Istud hʒ directe suaʒ significationē circa gl̄iaʒ
q̄ dicit Diony. Q̄ᵈ sicut notitia dinaꝝ scriptu
raꝝ est nobis imago future ɔtēplatiōis in p̄ria
ita sumptio dignissime eucharistie est imitatio
illius fruitiōis btīfice: qua satiabimur cum ap/
paruerit gl̄ia ei⁹. Et iō dicit saluator Luc. 22.
Nō mādūcabo illud donec ipleat̄ in regno dei
¶ Scd̄ʒ est de istius sacramēti nā. Quia cum
ꝑmanentia habeāt etiā nāʒ potioreʒ q̄ʒ successi/
ua cū transeāt. Istud aūt est ꝑmanens cū tā diu
ꝑmaneat sacramentū istud: q̄ʒ diu spēs durate
possunt: vt notatur quarto sententiaruʒ.
¶ Tertiū est de ei⁹ virtute: q̄ in ceteris īuenit̄
sacr̄m sine re sacramēti: vt cū q̄s fictus accedit
Hic aūt semꝑ res sacramēti est cū sacr̄o q̄ʒtum
cūq̄ʒ fictus q̄s ɔficiat: q̄ vere corpus xp̄i est ibi
vt patuit. Unde istud est semper verius quod
efficit q̄ʒ quod figurat.
¶ Quartū ē de eius causalitate: q̄ cetera sacra
mēta hn̄t causalitatē tm̄ respectu vnius gr̄e ihe
rentis. Istud aūt sa. r̄m respectu duplicis gra
tie. s. inherētis ⁊ subsistētis: q̄ dupliceʒ ɔferre
hʒ gr̄aʒ: imo ꝑfectius q̄ʒ alia sacramenta.
¶ Circa bonitatē istius sacramēti scd̄o itelligē
duʒ est de ei⁹ beneficio ⁊ sunt quatuor:
¶ Primū est gratiaꝝ augmentatio: q̄ cuʒ re
quirat hoīeʒ in gr̄a exn̄tem. Gratiaʒ p̊ nō do/
nat: sed ipsaʒ datā augmētat. Et iō d̄r euchari/
stia: q̄si bōa gr̄a: q̄ ꝑficit gr̄aʒ collatā s̄ʒ Dio.
¶ Scd̄m est gratiaꝝ ɔseruatio. Sicut. n. ali/
mentū corporis hʒ vitā ɔseruare: ita istud sacra
mentū cuʒ sit cibus aīe: hʒ ipsaʒ in gr̄a ɔserua/
re que est vita ipsius aīe. Et iō datū est h̄ sacra
mentū sub silitudine cibi ⁊ potus. Unde dicit
xp̄s Johis. 6. Nisi mādu. carneʒ filij hoīs ⁊c.
¶ Tertium est peccatorum remissio: quia ha
bet omnia peccata venialia delere: sicut aggra
uare mortalia quando inuenit ea vt notat̄ quar
to sententiarum. Et ideo saluator instituens h̄
sacramentuʒ: post formam consecratiōis adiū
xit. In remissionem peccatorum.
¶ Quartum est premiorum promissio que sal
uator Joannis. 5. certitudinaliter promisit.
Qui manducat meam carnem. ⁊c.
¶ Circa h̄ sacr̄m nota ꝙ eius sunt. 5. sapores
¶ Primus est sapor puritatis ex p̄existentiū

limpiditate. Impuritatis.n.sapor ab aliquo
impuro resoluitur. Unde si considerentur oia
principia h corpus pficientia: inuenitur in ipo
sapor puritatis. Materia.n.hui⁹ corporis fu/
it purissimus sanguis vteri virginalis: virt⁹ in
eo diffusa ē virtus altissimi. Luc.p̊. Efficiens
ipsuz est spūs sctūs. Assumēs h corpus filius
altissimi aia de nouo a manibus trinitatis cre/
ata τ puritati corpori diffusa. Quid.n.ipurita
tis in h corpore cōicari poterit? Prorsus ni/
hil. Hz.n.purissimuz ex oi parte saporē: si pu
ris faucibus degustetur.

¶ Scdo hz saporem dulcedinis ex sanguine.
Nāle.n.est q̄ ois sanguis dulcis est saporis.
Quanto igit̄ putas dulcedis est sanguis sacra
mēti huius: q a tā dulci fonte manauit: τ a tam
dulcis fontis hauriēte i taz dulce vas ē trāsfu/
sus. Fons.n.hui⁹ sacramēti est sanguis ꝯten
tus i viscerib⁹ gl'iose virgis. hauriens est spūs
sancti vas in qd trāsfundit̄ corpus dn̄icuz est:
ex q̊ etiaz manat in sacramētuz: τ ex sacramēto
in corda fideliuz: que oia nihil hn̄t amaritudis
admixtuz. vnde spōsa de fructu arboris crucis
loquēs dicit. Canti.2. Sub vmbra illi⁹ quem
desiderabā sedi: τ fruct⁹ eius dulcis τc. Et hoc
dicit pp sanguinem de cruce stillantem.

¶ Tertio h sacramentū hz saporem aromati/
cum ex aia que oibus virtutib⁹ τ est τ erit ple/
nissima semp. Unde d ortu deliciaꝝ dr̄ cāt.4.
Ueni auster pfla or.me.τc. Per aromata si/
gnatur spūs scti aspiratio: altissimaz caritatem:
τ deuotionē humidam pietatis ꝯsolatiōe resol/
uens: τ spirate faciens ortum istum vt aroma/
ticus eius sapor in omnem ecclesiaz diffundat̄
¶ Quarto habet saporem gratiosum ex deita/
te: Joannis p̊. Uidimus gloriam eius plenū
gratia τ veritate. Hic sapor pfertur omnibus
delectationibus. Hic est delectabilis sapor τ
sufficiens oi desiderio: si ꝯpleat̄ delectat aiaz.
¶ Quinto habet saporem celestem ex vnione
deitatis. Ex quo habet saporem inusitatum in
terris: qui est sapor celestium gaudioꝝ: quem
christus digne gustantibus hoc sacramentum
infundit: τ hic est sapor vite eterne. De quo p
uerbi. vltimo. Gustauit τ vidit q2 bona ē τc.
Hec eniz est vinea engaddi. gaudiuz eternuz
inferens gustu τ saporez eternorum bonoruz
¶ Queritur vtꝝ debuit hoc sacramentū in ali
mento instituti. Et videtur q̄ nō: q2 sicut vide/
mus in alimento corporali: sic de spirituali: sed
corporale qd est ꝯtra naturā non nutrit naturā
sed pimit. Igitur etiam alimentū spūale qd est
contra rationem spiritus ipsum non nutrit: sed
perimit: eucharistia est huiusmodi τc. ¶ Dicē
dum q̄ ratio huius sacramēti hz duplicē vitaz
scilicet iferiorez: q̄ respicit cās inferiores τ nā/
les. ¶ Itē supiorē que ꝯsiderat leges eternas
Lz igit̄ sacramentū h fit ꝯtra iudiciuz rationis
inferioris: nō tn̄ ꝯtra iudiciuz rōnis supioris:
que iudicat fm rationē potētie: sapie τ bonita/
tis dei. Debuit igit̄ institui. q2 sicut vita corpo
ris nō seruatur absq3 alimēto corporali: sic nec
spiritualis absq3 alimēto spirituali. Alimentū
spūale est eucharistia. ¶ Utꝝ hec istitutio de/
buit fieri tpe grē. Dr̄ q̄ sic: τ h pp duas cās.
¶ Primo pp rem ꝯtentam in h sacramento:
qd est veꝝ corpus xpi: qd tm̄ in tpe gratie fuit.
Et ideo nō ante potuit institui. ¶ Scdo pp ter
eius efficaciā: que est pfectio siue ꝯfirmatio ca/
ritatis: que in noua lege abundauit. Et hec in/
stitutio celebrata est in cena pp ter quatuor.
¶ Primo pp ter corporalis pn̄tie subtractiōez
q2 non fuit ꝯueniēs q̄ simul haberetur corpo/
liter τ sacramētaliter. Nec debuit etiam deesse
q̄ztum ad vtrūq3: sed manere cuz discipulis de
buit in altero illoꝝ. in sacramētali pn̄tia in via:
s3 in corporali i patria. ¶ Scdo pp ter veteris
sacramenti terminationez: qd in passione fuit
terminādum. Non.n.ꝯueniens fuit vmbrā
simul τ veritatē currere. Non etiaz fuit conue
niens vmbraz cessare nōdum habita veritate.
¶ Tertio pp passionis psentationē. Ideo eni
passione iminente institutū est vt efficaci⁹ passi
onez imp̄meret. ¶ Quarto pp maiorē memo
rie ꝯmendationem: vt in vltimo recessu tradi/
tum. Unde comesto agno paschali statim de/
buit institui sacramentum nostre fidei τ transi/
tus nostri. ¶ Utrum existens in peccato mor
tali scienter communicando peccet mortaliter.
¶ Dicendum qd accedens ad sacramentum:
aut habet conscientiaz mortalis peccati: aut nō
Si habet: aut illa conscientia consurgit ex cer/
titudine sufficienti: vt qui scit se fornicatum: sic
peccat mortaliter. Aut consurgit ex certitudi/
ne probabili: vt qui morose delectatus est: ti/
met consensum fuisse in mortale. Sic similiter
peccat mortaliter. Aut consurgit ex certitudine
leui: prout homo consentiosus timet de leui de
lectatione q̄ sit mortale: τ sic non peccat si con/
scientia leuiter pungat. Si conscientia for/
maliter pungat. Tunc stante cōscientia peccat
mortaliter: aut non hz ꝯscientiā pcti mortalis.

Hoc etiaz potest esse tripliter aut preparando
se sufficienter fm veritatez diligenter ↄsciētiā
examinando ⁊ peritos ↄsulendo. Talis man/
ducat digne ⁊ vitat offensaz ⁊ meretur gratiaz
aut ꝓbabiliter examinauit ↄscientiaz: ⁊ confes/
sus est: hic manducat medio modo nec digne
nec indigne. vnde vitat offensaz: sed nō mere/
tur grām. Aut preparauit se negligenter: ⁊ sic
peccat mortalr̄ si sit magna negligentia. Vtruz
eucharistia deleat peccatū mortale. ℭ Dicen/
dum ꝙ sicut alimentum nāle se habet ad vitam
naturalē: sic spiritua'e ad vitam spiritualē. vn
de sicut alimentuz nāle tantum ꝓdest viuis: sic
spirituale tm̄ ꝓdest spiritualiter viuētibꝰ. vn/
de hoc sacramētum vitaz non dat: sed cōseruat
sicut alimentum naturale/ modo eucharistie de
let mortalia: nisi forte oblita/ non tamen limito
largitatem dei.

ℭ Sermo octuagesimus ꝑmus.

Angelorum
esca nutriuisti populuz tuū
Sapie. 16. Esca angeloꝝ
dicit̄ eucharistia. ℭ Pri/
mo q̄ꝛ in hoc sacramēto ex/
hibetur nobis iste in escam
in cuius ↄtemplatione beati angeli visu ⁊ gustu
reficiuntur. ℭ Scd̄o q̄ꝛ in huius sacramenti
administratione assistunt ⁊ ministrant reuerē/
ter. Licet. n. verba supradicta fm lr̄alem intel
ligentiam de ista esca loquātur: qua dn̄s pauit
filios israel: videlicet de māna spiritualr̄ tn̄ in/
tellecta loquūtur de ista dulcissima esca: qua do
minus pauit filios israel: videlicet suos discipu
los in cena: ⁊ qua quottidie nos in sacramento
pascit: ⁊ tunc instituit. ℭ Circa ꝑmissa thema
tis verba ponunt̄ tres ↄsiderationes ↄmēdan
tes h̄ sacramētuz. Prima ↄsideratio.

PRima ↄsideratio est de excellentia di
gnitatis huius sacramēti: cū dr̄. An
gelorum esca. ⁊ ↄtinet. 4. documēta.
ℭ Primū documentuz ē: ꝙ aliqua esca ↄmē/
datur q̄ñ est preciositate incomparabilis: ita ꝙ
non potest ei simile inueniri: qd̄ ei comparetur
Talem escaz xp̄s nobis exhibuit ⁊ preparauit
in sacramento: vbi seipsum nobis in escaz: ⁊ in
alimentū dedit. Et ideo huic esce nulluz p̄cium
ex ↄdigno ↄparatur. Qd̄ autez nobis precio/
sissimaz escam dedit. Hoc fuit in signuz amo/
ris excellentissimi: ⁊ hoc vt nobis hic peregri/
nantibus ostenderet spem salutis. Si. n. pro/
batio dilectionis exhibitio est opis: que magna
dat: se magnū amicuz ostēdit: q maiora maiorē
⁊ q maxima maximū: sz maximū nobis exhibu
it cū carnē suaz ⁊ sanguinē in escā nobis dedit.
Et ideo ministratiōe huius sacramēti maximū
amicuz se nobis ostendit. Cum. n. quis vult se
ostendere aliquez diligere tenerrime dicit. Tā
tū diligo ipsuz: ꝙ de carne mea darē ei mandu
care: ⁊ de sanguine meo bibere: qd̄ fecit xp̄s in
sacramenti istitutiōe. ℭ Et nota ꝙ in nocte ce
ne fecit xp̄s sicut frequēter faciūt vinitores ami
cis suis. Cum. n. quis hz vinuz ꝑ vocat aliq̄s
de amicis suis: ⁊ dat illis ꝑmo de vino ꝓbare:
⁊ prius cōicat eis vinuz q̄z exponat venditiōi.
Sic xp̄s in hac nocte discipulos ↄuocauit ⁊ eis
cenaz ꝑparauit. s. carnē suam ⁊ vinuz optimuz
dedit. s. sanguinē suū: ⁊ tantū biberūt ꝙ fuerūt
inebriati. vnde Joh̄. statiz obdormiuit. Pe/
trus gladiuz extraxit: ⁊ seruum pontificis vul/
nerauit. Huiusmodi solēt facere ebrij. Istud fi
guratū ē gene. 43. Vbi dr̄ ꝙ Joseph vocauit
fratres suos ad ↄuiuiuz: ⁊ dr̄ ibi ꝙ biberunt ⁊
inebriati sunt cum eo. In crastino autem ipse
dn̄s vini illud oibus exposuit. s. sanguinē suū.
Et vt oēs possent bibere ⁊ inebriari doliū cor/
poris sui in quinqz locis perforauit. Ex digni
tate igit̄ huius esce: q̄ est signuz amoris ad nos
tam precipui debz in nobis magna gratiarum
actio: spes ⁊ confidentia gnāri: q̄ꝛ certissimum
signum est: ꝙ nō vult nos perire: quos digna
tus est esca tam nobili sustentare.
ℭ Scd̄m documentuz est: ꝙ aliqua esca cōmē
datur q̄ñ est singularitate admirabilis: ita ꝙ nō
potest ei simil' inueniri: nec potest plus haberi
Talis est esca regum ⁊ magnatoꝝ: q̄ꝛ non dāt
in mensa cōmunia fercula: sed noua ⁊ exquisita
Sic dn̄s noster rex regum vocans nos ad mē
sam. s. altaris: dat nobis cibū singularē ⁊ exq̄si
tuz: ⁊ inter oēs extraneū. Naz cuz ī alijs cibis
color tibi ⁊ substantia ⁊ sapor humano sensu ꝑ/
cipiunt̄. Non sic aūt est in isto sacramento imo
voluit nobis dare carnē suaz in cibuz sub spe/
cie aliena: sub colore alieno: sub sapore alieno:
scilz panis ⁊ vini: ⁊ istud ē singulare ⁊ nouuz.
ℭ Itē in alijs cibis qui hz partē eius qd̄ videt
oculis nō hz totū: sed h̄ sub q̄libet parte hostie
est totus xp̄s: ⁊ hoc est singulare ⁊ admirabile.
ℭ Item in alijs cibis impossibile est eundem
cibuz in diuersis mensis esse simul. Hic autez

cibus est simul et semel in diuersis altaribus. s. in celo et in terra: sicut dicitur Mat. vlti. Ecce ego vobiscum sum vsqȝ ad ꝯsumationeȝ secli. Et per hoc pȝ nō esse cibuȝ corpoꝝ: sed aiaꝝ: eoꝝ sensu humano non pōt pcipi: qꝛ hſit ꝑꝑ si dei nostre meriti augmentationē: qꝛ ſm Grego. fides nō hȝ meritū: cum humana ratio prebet expimentum. Et qꝛ abhorrent hoies carnem crudā comedere: ideo dedit nobis ſb ſpeciebus istis. Sic ergo pȝ ꝙ xp̄s dedit nobis i sacramento singlarem cibum et dignum admiratiōe. Cuius singlaritas et admiratio benesignantur in manna: quod significat corp⁹ xp̄i. Qđ vidētes filij israel: dixerunt. Manhu: qđ interpretatur qd est hoc? Et Johīs. 6°. Quō pōt h̄ nob dare carnem suaȝ ad manducandū? Ideo ꝓpha ait. Memoriā fecit mirabi. ꝛc.

Tertium documentuȝ est: ꝙ aliqua esca cōmendatur: quādo est saporis delectabilis. Talem. n. escaȝ voluit nobis dare h̄ laborantibus et desolatis: vt nos ꝑ beneficium eterne ꝯsolationis recrearet. Istius aūt esce suauitas figuratur in manna: qđ habuit gustum silem cum melle: sicut dicit̄ exo. 16. Et sapiebat ſm vni⁹ cuiusqȝ voluntatē. Et sapien. 16. Panem de celo p̄stiti eis ꝛc. Et h̄ sapientissime instituit: qꝛ cum hō fit ex aia et corpore: et aia sit incōpabiliter nobilior ꝙ̄ corpus: valde decuit vt sicut corpori ꝯcesse sunt esce in qbus delectatur: sic aia habeat escā: in qua delectet̄. Sȝ sicut videmus ꝙ infirmus hn̄s palatū male dispositum nō sentit dulcedinē cibi: nec sapit ei. Sic multi nō sapiunt dulcedinē huius cibi: qꝛ hn̄t palatum cordis male dispositum. Qđ figuratur per berzel. scd̄a Regum. 19. qui dixit ad dauid: q offerebat ei cibos mense sue. Octogenarius sum: hodie nō vigent in me sensus ad discernendum suaue vel amaꝝ: nec delectari pōt seruum tuum cibus vel potus. Et signat inueteratos in pctō: quibus nō sapit hec esca.

Quartum documentū est: ꝙ aliqua esca cōmendatur: quādo est virtuosa et medicinalis: scilicet quādo comedentē reddit forteȝ et sanū. Talem escam parauit nobis dn̄s in h̄ sacramēto: qđ nos reddat sanos a morbo ꝯcupiscentie et peccati. Et qꝛ ꝯcupiscentia ꝯtinuam corruptionem facit in ꝑditionē: ideo quottidie petim⁹. Panem nostꝝ quottidianuȝ da nobis hodie. Reddit̄ autem aia per istum cibum fortis ad bene opandum et sustinenduȝ. Psal. Panis coꝝ hoīs ꝯfirmetur. Tertio regū. 19. dicitur ꝙ Helyas ambulauit in fortitudine cibi illius: vsqȝ ad montem dei oreb: id est ad paradisuȝ.

Scd̄a ꝯsideratio.

Secunda ꝯsideratio est de efficacia vtilitatis sacramenti huius: cum dicitur Nutriuisti. De qua efficacia vide cōsiderationem quartam sermonis p̄cedentis de quadruplici bonitate huius sacramenti.

Tertia ꝯsideratio.

Tertia consideratio est de accedentiuȝ idoneitate: ibi. Populum tuuȝ. Et ponit tria notabilia. Notanduȝ p̄ ꝙ quatuor sunt: que faciunt hoieȝ esse de ꝑplo dei: et dignuȝ ad susceptionē huius sacramēti. Primuȝ est mundicie et timoris pulchritudo. Prima petri. 2. Uos estis genus electuȝ: regale sacerdotium: gens sancta: ppl's acqsitionis: vt virtutes eius annuncietis eis.

Scd̄m est ꝓmptitudo obie in mandatis. Deutero. 28. En dn̄s deus tuus elegit te hodie: vt sis ppl's peculiaris: et custodiēs omnia mandata eius. Tertium est tollerantia patientie in aduersis. Per hanc. n. assimilamur ei: et imitamur ipsum: sicut sequi dȝ populus dominum. Psal. Populum tuum humiliauerunt. Et sequitur. Quoniam tu populū hu milem saluum facies ꝛc. Quartum est contemptus mundane prosperitatis et mentis elatio ad superna: per desideria celestis patrie. Philippen. 3. Nostra ꝯuersatio in celis est. Illi sunt de populo alicuius et familia: qui cōuersantur cum eo in eadeȝ patria. Sic sunt de populo dei quos dn̄s vocauit ad istam escam.

Notandum scd̄o ꝙ quatuor genera hoium prohibeantur in veteri lege ab esu agni paschalis. s. alienigine: aduene: mercenarij: incircuncisi. vt dicitur. Exodi. 14. Alienigena dicebatur in lege: qui non poterat indicare domum patris sui et semen suum vtrum ex israel esset: et signat illos qui nō habent opera de genere bonorum: per que possunt se ostendere esse filios sanctoꝝ patrum per imitationem: vel angeloꝝ per humilitatem qui superbis angelis cadentibus humiliter steterūt: vel patriarchaꝝ per fidem: vel prophetaꝝ per intelligentiaȝ: vel apostolorum ꝑ caritatem: vel martyrum per fortitudinem: vel confessorum per austeritatem vite et misericordiam: vel virginum per puritatē et continentiaȝ. Aduena est qui de nouo venit et cito recessurus est: et signat illos qui sunt aduenticij et nouiter in gratia et cito reuertuntur

ad ea q̃ euomuerunt. Mercenarius est qui ser
uit ꝓ lucro tpale: ⁊ signat illos q opera sua faci-
unt vt videātur ab hoibus. Incircūcisus ē mo-
raliter qui nondum vniuersas mundicias mē
tis ⁊ corporis circuncidit: ⁊ signat illos qui nec
confessi nec contriti in peccatis iacent.
¶ Notandum tertio ꝙ sicut quadruplex diffe
rētia hominū prohibebatur ad esu agni pascha
lis: sic necesse est homines inueniri in quatuor
differentijs oppositis q digne ⁊ munde ad esū
agni paschalis immaclati accedāt. Oportet igi
tur cum homo cessauerit a peccatis: vt habeat
firmum propositum nō resumēdi peccata: ⁊ cū
aliquantulum exercitauerit se in bonis propo-
sitis ⁊ operibus: vt hec omnia non faciat intui
tu dei: quia qui non reliquit peccata: accedit in
circuncisus. Et qui cessauit a peccatis: ⁊ nō ha
bet firmum propositum nō relabendi: aduena
accedit. Qui in operibus se non exercitauerit:
alienigena accedit. Et qui simplr omnia ope-
ra sua intuitu dei nō fecerit: mercenarius acce
dit. Ad hoc conuiuium ad qd vtriusq̃ sexus
omnis fidelis postq̃ ad annos discretionis ꝑ
uenerit: omnia peccata sua confitendo fideliter
⁊ iniūctam sibi penitentiā viribus adimplēdo
semel in anno. s. pascha reuerenter tenetur ac-
cedere: nisi forte de confessoris sui consilio ob
aliquam causam rationabilem ad tempus du-
xerit abstinenduz. Alioquin ab ingressu eccle
sie viuens arceatur: ⁊ moriens eccl'iastica care
at sepultura: vt dicitur in decretali Innocētij.

¶ In parasceue. Sermo. 82.

H Ec passe sūt
b
absq̃ iniquitate man⁹ mee
Iohis. 16. Hec vba sunt
Iob post tollerantiam do-
lorum ⁊ passionum suaruz
que possunt bene coaptari
presenti tpri. s. passionis xpi: quod nobis mo-
do representat eccl'ia. Duo dicuntur de passio
ne in verbis propositis: videlicet eius patien
tia: ⁊ eius innocentia.
¶ Circa passionem eius. 4. sunt considerāda
¶ Primo ꝙ passio sua fuit talis. s. suppliciuz
quo nullum grauius. Opprobrium: quo nul-
lum vilius. Precium: quo nullum ꝯueniē-
tius. Exemplum: quo nullum perfectius.
¶ Primo dico ꝙ passio xpi fuit suppliciū ⁊c.
Ihere. 8°. Dolor meus sup dolorem. Istud
possumus ꝯsiderare ꝑ tria: q̃ fuerūt in ipso pa
tiente. ¶ Primo ꝓpter nāe teneritudinem.
Ipse. n. inter oēs fuit tenerrimus. Ipse enim
fuit figuratus ꝑ vitulū: quē tulit Abraham ad
coquendū. Abrahā pr̄ multaꝝ gentiū: pr̄ cele-
stis: intulit vitulū tenerrimū: hoc ē corpus filij
sui ad coquendū in cruce. In quo corpore nihil
fuit: nisi de tenera carne vginis: nihil d̄ massa
nāe corruptionis. Partus. n. virginis fuit te
nerrimus. Quanto. n. caro fuit tenerior: ⁊ nā
melior: tanto dolor maior. vnde Aug. Dolor
est testimonium bone nāe. ¶ Scdo ꝓpter nāe
fortitudinē. Ipse. n. fortissima hūit naturalia.
Non. n. fuerunt corrupta ꝑ pctm̄: qꝛ peccatuz
non fecit: nec inuentus ⁊c. Nec grauata ꝑ in-
firmitatem: qꝛ non recepit infirmitates: nisi q̃
coiter sequuntur nām: sicut esurire in defectu
cibi: sitire ⁊ mori. Quanto natura fortior: tan-
to dolor acerbior. ¶ Tertio ꝓpter amorez in
ter carnem ⁊ spūm. Nunq̃. n. caro eius ꝯcu-
piuit aduersus spiritum. Quanto igitur inter
eos amor eminētior: tanto eorū in separatione
fuit dolor acerbior. Sicut dicit Augu. Dolor
est separatio ꝯuenientis a conuenienti. Istud
patet: qꝛ corpus non est ita vtile: qn timet mor
tis penam. Etiam sancti: quoꝝ finis est gloria
eterna. Et de xp̄o legit̄ ꝙ instāte hora mortis
orauit patrez. Pater si fieri pōt: transeat a me
calix iste: ⁊ ex timore mortis sudauit aquam ⁊
sanguinē. Propter hec tria fuit dolor ei⁹ acer
bissimus. Sed adhuc nonduz apparet qd sen
serit. Uide dimensionem corporis eius in lon
gitudine: latitudine ⁊ ꝓfunditate. In longitu-
dine. s. vide quid passus est a capite vsq̃ ad pe
des. Bernar. Respice a planta pedis vsq̃ ad
verticem: vbiq̃ meror ⁊ dolor. In latitudine
id est a dextera vsq̃ ad sinistraz: ⁊ ibi vide oīa
que passus est in manib⁹ ⁊ brachijs: in hume-
ris confixiones: distensiones: denudationes:
flagellatiōes. In profunditate vide q̃ profun
de in corpore fuerunt claui ⁊ lancea: q̃ de pro-
fundo exierunt sanguis ⁊ aqua. Bernardus.
O q̃ vehementi amplexu amplexatus es me
domine Iesu in cruce. vbi sanguis de corde:
aqua de latere: anima de corpore exiuit: vt ex
predictis omnibus pateat illud propheticū ad
iplenduz esse. Dinumerauerunt oīa ossa mea
¶ Secundo dico ꝙ passio eius fuit opprobri

um: quo nullum vilius. vnde sapien. secundo
Morte turpissima condemnemus eum. Tur
pis fuit passio eius ratione loci: turpior ratio/
ne temporis: turpissima ratione sociorum: cuz
quibus passus fuit. ¶ Primo fuit turpis ra/
tione loci. Aggrauatur enim ex loco et multitu
dine: quanto quis pluribus locis confunditur
tanto grauius. Ecce christus in orto ligatur:
in domo ceditur: in domo cayphe conspuitur:
in domo herodis illuditur: in via crux a se ba/
iulatur: in golgatha transfigitur. ¶ Itez ex lo
ci turpitudine. Johis decimonono. Exiuit in
eum qui dicitur caluarie locum: qui sic dicit̃ ꝓ
pter varios decollatos: et ossa per capita decal
uata. Turpis igitur erat locus iste: et propter
tormenta: et propter cadauera damnatorum.
¶ Item propter loci altitudinem. In alto. n.
suspendebatur: vt manifestius confunderetur
Sed quod illi ad confusionem: christus ad sa/
lutem fecit. In altum ascendit: vt ab omnibus
audiretur. Clamori lachrymas addidit: vt ho/
mo compateret̃. ¶ Secundo fuit turpior rati
one temporis. Aggrauat enim christi passio/
nem tempus. Trenorũ tertio. Vocauit aduer/
sum me tempus. Et hoc fuit tripliciter.
¶ Primo propter festi magnitudinez: ꝓpter
quod multi iherusalem venerunt: et sic a pluri/
bus vel coram pluribus inhonorabatur. Fuit
etiam tempus gaudij: et sic in pluribus affligi
tur et grauius. Eccl'ia. tertio. Tempus flendi:
et tempus ridendi. ¶ Secundo propter sup/
plicij longitudinem. Passus enim est per to
tam noctem: et per diem vsq; ad nonam horaz
qua expirauit. Psal. Die ac nocte circundede
runt etc. ¶ Tertio propter beneficij ingratitu
dinem. Illo enim tẽpore a iudeis patitur: quo
eos de egypto liberauit. Insuper anima eius
illo die expirauit: quando homini aiam inspi/
rauit. Illo die latus eius transfixit: quo de la/
tere homini matrem fecit. ¶ Tertio passio ei⁹
fuit turpissima ratione sociorũ: cum qbus fuit
passus. Graue est cum vilibus pati: regẽ cuz
latronibus. Ys. 53. Cum sceleratus deputa/
tus est. Graue est pati cum conuitiantibus.
Mat. 25. Qui cum eo crucifixi erant: conuiti
abantur ei. Grauissimũ est pati cum caris et cũ
amantibus: vtpote cum patre vel matre et fra/
tre suspẽdi: et ecce mater eius cũ ip̃o cruciabat̃.
Luce. 2°. Tuam ip̃ius aiaz ptrãsibit gladius
¶ Tertio fuit passio eius p̃cium: quo nulluz
ꝯuenientius: vt sicut ꝑ lignũ culpa intrauerat
ita per lignum curaretur. Et hoc est quod di/
cit Gregorius. Qui salutez humani generis
in ligno crucis etc. Conuenientissimum preci/
um nostre redemptionis fuit per lignum cru/
cis: quia non per violentiam: sed per iustitiam
nos redemit. Fuit etiaz natura humana ꝓpter
peccatum irrecupabilis: q; culpa fuit infinita
tripliciter. ¶ Primo q; abstulit homini suam
excellentiam: q; imago infecta. Et per hoc in/
fecit totam humanaz naturam: que multiplica
batur in infinita supposita. ¶ Secundo q; o f
fenderat diuinam potentiam: que etiam infini
ta est. Et quia fm magnitudinem et dignitatẽ
offensi erit emẽda: ideo etc. ¶ Tertio q; diabo
licaz incurrerat seruitutez: in tm̃ q; hoi nõ suffi
cerẽt sua merita qn oporteret ip̃m descẽdere ad
limbũ etiam Johes Baptista. Et q; non erat
ptãs que ei posset resistere: ideo etc. Hic est q;
peccatum requirit infinitam emendam: que a
puro homine fieri non potest. Hinc est q; de/
buit esse deus et homo. Deus q posset: homo
qui deberet. Ecce misera humane nature con/
ditio: sed venit filius hominis saluare quod pe
rierat. Iuste sibi acquisiuit humanam naturaz
non violenter faciens salutem in medio terre:
hoc est in ligno crucis: tanq; pius medicus fa
ciens homini balneũ lotionis de sanguine cor
dis sui: vt euz lauaret a peccato: restituendo ei
diuinam similitudinem. Apocalypsis primo.
Lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo.
¶ Secundo tanquam mediator et sacerdos:
vt diuinam potentiam nobis placaret: offerẽs
se hostiaz in ligno crucis: quod preuiderat psal
mista. Audiam inquit quid loquatur in me ds
quoniam loquetur pacem in plebem suam in/
ter deũ: et homines: et angelos. ¶ Tertio tan
quam pugil: pugnaturus cum diabolo a pote/
state eius hominem eruendo. Unde Zachari/
as referebat gratias deo: dicens. Benedictus
dominus deus israel: quia visitauit etc. Sed
quia tu es illitteratus. lege in tuo libro id est in
ligno crucis. ¶ Accipe primo balneum ex la/
tere christi: quo lauaberis et mundaberis.
¶ Secundo ex capite inclinato ad osculandũ
et brachijs extensis ad amplerandum. In si/
gnum reconciliationis huius solet fieri recon/
ciliatio. ¶ Tertio coronam in capite in signuz
victorie et libertatis: quia liberauit te a seruitu/
te diaboli Corona victoribus datur.
¶ Quarto fuit passio christi exemplum: quo
nullum perfectius vnde petrus. Xp̃s passus

est, p nobis vobis relinquēs exemplū ⁊c. Exē
pluz dedit nobis pfectuz in sua ↄuersatione: p
fectius in discipulorum lotione: sed pfectissimum
in sua passione: in qua summū gradū patientie
docuit. Graue est pati sine offensione: graui
us pro falsi criminis īpositione: grauissimum
pro beneficij exhibitiōe. ¶ De primo prima
Pe. 2. Qui peccatū non fecit. Et latro in cru
ce. Lu. 23. Hic vero nil mali gessit: ⁊ qđ plus
est iudex dixit. Luc. 22. Nullā causaz inuenio
in eo: ⁊ traditor. Peccaui tradens sanguinem
iustum. Et cēturio dixit. Vere hic homo iust⁹
erat. Et vxor pillati. Nihil tibi ⁊ iusto illi ⁊c.
¶ De secūdo pz: qr imposuerunt sibi de ,phi
bitione tributi: de vsurpatiōe regni: de destru
ctione tēpli. ¶ De tertio Ihere. 18. Nūquid
reddit̄ pro bono malum: qr ⁊c. Psal. Iniqui
persecuti sunt me gratis. Cum hijs qui oderūt
pacem eram pacificus ⁊c.

¶ Sermo octuagesimus tertius.

Filius regis mortuus est ⁊c. Scđi regū
18. Verba pposita sunt ad
lrāz de absolō filio dauid.
Absolon iterpretatur pax
patris: q etiā adhesit quer
cui ⁊ tribus lāceis trāsfixus est in corde ⁊ mor
tuus est. Hoc fecit ioab qui interptatur retinēs
Filius ergo regis altissimi xp̄s hodie p morte
suaz pacē fecit, inter nos ⁊ patrem suum. Dicit
igitur. Filius regis mortuus est ⁊c. Iuxta p
missa verba due notantur considerationes.

Prima ↄsideratio.

Consideratio pma hz sex ↄclusiones
⁊ sunt vtilitates mortis christi.
¶ Prima ↄclō. Vtilitas pma mor
tis xp̄i est gloria trinitatis: vt in redēptiōe ho
minis deus appereret gloriosus. Cōminat⁹ nā
qz fuerat homini mortez si transgrederetur mā
datū. vnde iusto iudicio transgressorez mortis
snia est subsecuta. Cecidit homo triplici casu.
de vita in mortalitatez: de mortalitate in mortē
de morte in dānationem: ⁊ affligebatur miser
⁊ valde miserabilis in vltionem pūaricationis
sue: nec videbatur ds flecti misicordia sub eo
Vnde psal. conquerens ait. Nunquid in eter
num proijciet deus .s. genus humanuz a facie
gratie sue: aut non apponet vt ↄtēplatior sit ad
huc: idest māsuetior liberādo renouando: aut
in finez miāz suā abscindet cuz sit misericors a
gnātione in gnātionem: vt sicut ante legē: ita ⁊
post legez mia non moueat: Aut obliuiscetur
misereri deus: cū sit fons mie effluēs ⁊ nunqz
deficiens. Aut ↄtinebit ī ira sua misericordias
suas. vt ira vincat miam: ⁊ non potius miseri
cordia vincat iram: Cepit ita in corde dei mise
ricordia pro homine allegare: vt nobilē creatu
ram perire non fineret benignitas creatoris.
Stabat ↄtra diuina veritas, pponēs hois trās
gressionē simul ⁊ ↄtra eū iam late snie firmita
tem. Dūqz allegaret illa ⁊ repelleret: ⁊ ista im
pelleret neutrum volens offendere iudex iustus
qr miam ⁊ veritatem diligit: ↄsiliuz inuenit: vt
mia superaltaret iudicio: nec remisit qdez pec
catum gratis: nec mutauit sniam mortis: sz pie
tate motus formā serui accepit: ⁊ ex sola carita
te mortē sustinuit: cum tñ nihil morti deberet:
vt in h singulari ⁊ excellētissimo opere appare
ret benignitas creatoris creaturā suaz pueniēs
Nihil. n. ds magis potuit, p hoie facere: nihil
qz est maius vnde homo deuz debeat glorifica
re: ⁊ h est opus gloriosuz de quo pater ait. Ysa
ie. 42. Gloriā meā alteri non dabo. Alteri. s.
in substantia: qm̄ filius est ↄsubstantialis patri
p quem disposuit redimere humanuz genus:
vt omnis gloria referatur ad ipsum.
¶ Scđa cōclusio hoc est vtilitas est reparatio
angelice dignitatis. Proposuerat. n. deus vt
ex hoie quē sine peccato fecerat: casuz angelorum
restauraret. Vnde oportebat hoiez angelis eē
coequalē: alioquin nō possent illi p hominem
restaurari. Proinde talis factus est homo qz
angelis in naturalibus. deinde in gratuitis cō
ueniret. Conueniūt enim in eo q facti sunt ad
imaginem ⁊ similitudinē dei. Angelus nāqz
viget cognitione creatoris vel veritatis. vnde
dicitur lux. ¶ Similiter amore virtutis. vn
de dicitur ignis. Eodem modo ante peccatum
anima hominis habuit cognitionē creatoris in
intellecctu ⁊ amorem eius in affectu: sm q̄ crea
ta dicitur ad imaginez ⁊ similitudinē dei. Ip̄z
quoqz corpus ratione īmortalitatis accedebat
ad similitudinem angelorū: sed post peccatum
obscuratus est intellectus per ignorantiā. extin
ctus est affectus p cōcupiscentiā. corpus quoqz
ipsa mortalitate est dānatum propter hoc vt si
militudinem amissam recuperaret, necesse fuit

filiũ dei incarnari ⁊ pati. vt miraculis pariter ⁊
doctrinis illuminaret intellectũ passione simul
⁊ morte accēderet humanũ affectum. deinde re
surgeret vt ad spem imortalitatis hominem in
formaret. Hec est muliēr euangelica eterna. s.
sapientia. que accendit lucernā. i. diuinitati vni
uit naturam humanam: vt dragmã decimam
recuperaret. i. amissam similitudinē i homine
repararet: id ē ad dignitatē ꝓueheret angeloꝝ
¶ Tertia cõclusio hoc est vtilitas est sufficien-
tia satisffactionis pro peccato humani generis.
qꝛ sicut dicit Ambrosius. Tantũ fuit peccatum
nostrum vt saluari nõ possemus. nisi vnigeni
tus dei filius moreretur pro nobis debitoribꝰ
mortis. Homo nãqꝫ iniuriã fecisse deo cõuin-
c tur. qꝛ preceptũ eius cõtempsit. ⁊ se in manu
aliena cõstituens dãnũ illi sue intulit seruitutis.
Oportebat ergo vt dammũ quod intulerat re-
stauraret: ⁊ de contēptu similiter satisffaceret: sꝫ
nihil inueniebatur quod digne pro illato dam-
no recõpensaret: qꝛ si quid de irrationabilibus
offerret pro homine minus esſꝫ. Sꝫ nec hoiēꝫ
pro homine reddere poterat. qꝛ iustũ ⁊ inocen
tē abstulerat: ⁊ nemo sine peccato erat. Siue er
go sua siue seipsum daret recõpēsatio digna nõ
esset. Unde michee. 6. dicitur. Quid digne of
ferã domino? Nunquid offeram ei holocausta
vitulos ⁊ agniculos? Nũquid placari poterit i
milibus arietũ. aut in multis milibus hyrcoꝝ
pinguiũ? Nũquid dabo vnigenitum meũ pro
scelere meo. fructũ ventris mei. ꝓ peccato aïe
mee? Ut ergo deus ab homine placari posset:
gratis se dedit hominibus, vt deus factus hõ.
pro hoie redderetur. ¶ In natiuitate igi꞉ xp̄i
iuste placatus est homini deus. qꝛ talis hõ resti
tutus est ei qui nõ soluꝫ equalis esset ade. sed ⁊
maior esset eo. Unde ⁊ tunc angeli cecinerunt.
Luc. 2. Gloria in excelsis deo. Sed adhuc re
stabat vt pro cõtemptu satisfaceret ei: quod ꝯue
nientius fieri non poterat: nisi talis homo pro
hominibus penã susciperet. que nihil pene de
beret. Talis nullus inueniri poterat nisi xp̄s. q
nascendo debitũ dõ patri soluit. ⁊ moriēdo rea
tum hominis expiauit. vñ Ro. 5. Cũ inimici
essemus reconciliati sumus ꝑ mortē filij eius.
¶ Quarta conclusio siue vtilitas est superatio
seductoris. qꝛ sicut ait augus. homo in paradi-
so factus sine peccato quasi positus est iter deũ
⁊ diabolũ. vt diabolũ vinceret non ꝯsentiendo
peccatum suadenti ad accusationem ⁊ confusio
nem diaboli. cum ille infirmior in terra nõ pec

caret diabolo suadente: qui fortior peccauit i ce
lo sine suasione alicuius. Sed sponte se vin-
ci permisit ad voluntatē diaboli ⁊ contra volũ
tatem ⁊ honorem dei: sic itaqꝫ diabolus homi
nem temptatione decepit ⁊ in mortē prostrauit
sibiqꝫ eũ per violentiã subiugauit. Quare erat
necessarium xp̄m pro nobis temptari ⁊ mori.
vt sm Greg. temptationes nostras: suis tem
ptationibus vinceret. ⁊ mortem nostram: mor
te propria superaret. Antiquus hostis hominē
triplici temptatione deiecit. Nam in temptatõe
cibi vetiti eum temptauit de gulla que ē immo-
derata concupiscentia edendi. In promissione
diuinitatis de vana gloria que est immodera-
tum desideriũ excellendi. In promissione sciē
tie que est nimius appetitus habendi vel possi
dendi. Sed eisdem modis xp̄o temptato succu
buit. Temptauit illum nanqꝫ de gula quando
dixit. Dic vt lapides isti panes fiãt: in quo supe
ratus per iter ⁊ cõstrictus ab eo recessit vsqꝫ ad
tempus. s. vsqꝫ ad horam passionis. in qua pu
tauit eum deijcere timore mortis. Sed sicut ait
Augu. quia diabolus misit manum suam i illũ
in quo nihil iuris habebat. iustum fuit vt amit
teret illos in quibus aliquid iuris videbatur ha
bere. Et ita per mortem redēptoris: iure ami-
sit genus humanum. ⁊ locum calumniandi vl
tra non habuit.
¶ Quinta conclusio siue vtilitas est accensio
caritatis. Non eñi potuit nos magis ad amo
rē accēdere q̃ꝫ per passionem crucis ⁊ tollerã
tiam mortis. Unde ait. Maiorē caritateꝫ ⁊c̄.
Hoc enim est quod potentissime cor nostrum
ad amorem excitat ⁊ manus ad operationem.
⁊ accendit animum ad tribulationem perpes-
sionem. Unde ait canti. 4. Pone me sicut si-
gnaculuꝫ super cor tuum. Ecce primum: ⁊ si-
gnum super brachiuꝫ tuum. Ecce secundum.
qꝛ fortis est vt mors dilectio. Ecce tertiũ. Q.
d. Memento homo qualem te fecerim. quali
te dignitate nobilitauerim. qualiter sub pedi-
bus tuis omnia subiecerim. memento q̃ꝫ dura
q̃ꝫ indigna per te pertulerim. ⁊ vide si nõ iniqꝫ
agis contra me si non amas me. Pone igitur
me super cor tuum. super omne quod amas. ⁊
omne quod carum ē postponas ⁊ me superpo
nas. ⁊ me plus diligas. Igitur quia probatio
dilectionis exhibitio est operis. pone me super
¶ Secunda ↄclusio est: ꝙ per hoc fermentuz spirituale peccatum signatur. Noc. n. pꝫ ex eiꝰ proprietatibus peccato ↄuenentibus. Nā Ysido. dicit: ꝙ i fermento est terrestris putredo ratione substantie: z infrigidatio ratione qualitatis. In ipso enim est virtus infrigiditiua p suā acetositatem. Auicēna dicit ꝙ est saporis acritudo que est acetositas: z sic declinat a naturali dulcedine z corruptione adulterino rancore: z est rei cui admiscetur inflatio. A feruore ex ipso resoluto resoluū: vt ait auicenna. Tale eniz est peccatuz. ¶ Primo eni putredo vt ait amos quarto. Ascendere feci putredinem castrorum ¶ Scd̄o est anime infrigidatiuū. Ihere. sexto Sicut cisterna aquam suaz sic frigidaz facit zc. ¶ Tertio acetosam acritudinem saporis. Ihere. tertio. Omnis qui comederit vuam acerbā obstupescent dentes eius. ¶ Quarto declinat a dulcedine nāli que est in diuina consolatione Unde tren. 3. Repleuit me amaritudinibus. ¶ Quinto est tumefactio z inflatio. Job. 25. Quid tumes contra deū? ¶ Sexto est anime corruptio z in defectuz resolutio. Unde apostolus dicit: ꝙ modicū fermenti totaz massam corrumpit. Unde prohibetur Exo. 12. Non erit fermentum in domo vestra. ¶ Intelligendū tamen ꝙ est quadruplex fermentū. ¶ Primū est male suggestionis. Osee. 7. Quieuit ciuitas paululum a mixtione fermenti. ¶ Scd̄m est simulationis. Matth. 16. Cauete a fermento phariseoꝝ. ¶ Tertiuz est malicie. Exo. 23. Non imolabis sup fermentuz sanguinem victime tue. ¶ Quartuz est nequitie: vt habetur pma coꝛ. p̄. Unde dicitur. Expurgate zc. id est a cordibus eijcite. Uetus fermentuz: id est peccatum scilicet originale: qd̄ vetus dicitur respectu actualium peccatoꝛuz.

¶ Tertia ↄclusio est: ꝙ tale fermentuz. s. peccatum eijciendum est ꝑpter quatuoꝛ. ¶ Primum est qꝛ est infructuosuz actu. Nam nullus actus meritoꝛius ex ipso vel per ipsuz producit Radix. n. ē venenosa. Et ideo nihil exit ide nisi venenosuz z ministratiuum mortis. Unde Matth. 10. dicitur peccatoribus in moꝛtal: existentibus. Quid hic statis tota die ociosi? Reuera illi ociosi sunt: qui z si laborant: fructuz tñ ex laboꝛe nō percipiunt. Et tales sunt peccatores. Laborant. n. infructuose. Rom. 3. Quē fructum habuistis tunc in quibus erubescitis nūc? Quasi di. Nullū. ¶ Scd̄z qꝛ est ↄtagio sum tactu. Qui enim picem tangit inquinabit ab ea. Sic qui adheret peccatoribus inficietur per eos. vnde psal. Cuz peruerso peruerteris ¶ Tertium est qꝛ est piculosum lapsu. Labuntur. n. peccatores peccati merito d̄ peccato i peccatum z tandez in infernū. Peccatū. n. qd̄ per penitentiam non diluit̄ s̄m Gregorium: mox suo pondere ad aliud trahit. ¶ Quartum est: qꝛ est laboriosum victu. Uiuit. n. homo in eo multum laboriose z sine quiete ↄscientie que cōtinuo remordet. vnde dicit̄ Michee. 2. Surgite. i. a statu peccati: z ite: qꝛ nō habetis hic requiem. Dicit igitur. Expurgate.

¶ Quarta ↄcl̄o est: ꝙ qꝛ nō sufficit mala non agere: nisi z quisqꝫ studeat bōis operibus insudare: vt dicit Greg. Ideo post peccati eiectionem oportet virtutibus insistere ↄglutinatis vinculis caritatis: vt spiritualiter noster status renouetur: qd̄ fit per penitentiam voluntariaz z perfectam. ¶ Primum pꝫ. Nam quantum pnia est magis voluntaria: tanto est magis satisfactoria: z ideo dicunt̄ sancti ꝙ modicum de

tisfactoria: ⁊ ideo dicunt sancti ꝙ modicũ de penitẽtia plus perficit in hac vita q̃ʒ multa in purgatorio: q꞉ illa pena non est voluntarie assumpta sed violenter inflicta. Unde iudicum. 5°. Qui sponte obtulistis animas vestras benedicite dominum. Secundũ patet. Nam maxime culpe debetur maxima pena. ſm Gre. ſm magnitudinem culpe debet esse magnitudo pene. vt sint digni fructus penitentie. vñ deutero. 25. Scd̃m mensuram peccati erit plagaꝝ modus. Nam si quis penitentiam adeq̃tam preficeret: statim post mortem euolaret. Hoc autem fit quando penitentia penitẽti applicatur per contritionem: nã actus contritiõis penalissimus est: q꞉ ab intimis ꝓcedẽs omnia exteriora ꝯturbat dicente Iheremia. Contritum est cor meum in medio mei: contremuerunt omnia ossa mea. Hoc intelligitur per cõfessionem. Nam secũ uʒ glosaʒ. Conspersio est farina ꝑ aquam ꝯglutinata sine fermento: Et hoc est qd̃ dicit. Ut sitis noua conspersio: idest pura congregatio innouati. s. virtutibus ⁊ sine corruptione peccati puri. Dicit enim noua: naʒ prima ꝯspersio erat per baptismum. s. noua. ¶ Secunda innouans fit per penitentiam. vnde dicit. Sicut estis azimi. Glo. i. sicut facti estis puri in baptismo per gratiam.

¶ Quinta conclusio est ꝙ talis expurgatio a vitijs ⁊ vita° occasionis mali: est nobis meritoria vite eterne: ⁊ hoc ꝓpter xp̃i passionẽ: vñ dicit. Etenim ꝑ q꞉ vtiq꞉ puri esse debemus: q꞉ xp̃s immolatus est pro nobis. s. suo patri: in ara crucis per mortem ⁊ passionem. vñ philosophi videnť h̄ sensisse: nã porphirius dicit peccata non posse purgari nisi per dei filium. Et dicit quidam expositor ꝙ in turba platonis aureis litteris est quedam scriptura sup pectus eiꝰ: ꝯtinẽs hec ṽba. Credo i xp̃ʒ nasciturũ de virgine: passurum pro humano genere: ⁊ tertia die resurrecturum. Hoc etiam confirmat articulus fidei: quem scripsit andreas ap̃lus. di. ꝙ passus est sub pontio pillato crucifixus mortuus ⁊ sepultus. Hic intelliguntur quatuor creditas veritates. ¶ Prima est de xp̃i passione. ¶ Secũda de crucifixione q a crucifixꝰ. ¶ Tertia de morte: q꞉ mortuꝰ. ¶ Quarta de supultura: q꞉ sepultus: ⁊ hoc contra quatuor hereticas prauitates. ¶ Prima fuit quorundam dicentium xp̃m omnino fuisse impassibilem nec passũ nisi ſm appꝛentiam vt recitat dam̃ de heresi. Alij dixerunt eum non posse mori q꞉ fuit genitus sine corruptione. Alij dixerunt ꝙ omnia que fuerunt facta circa xp̃ʒ esse fantasmata: ⁊ iõ nõ esse vere sepultũ. Quomodo igitur filius dei mortuus ẽ posset argui sic. Nihil moritur nisi compositũʒ: q꞉ mors ẽ separatio anime a corpore hoc ẽ partus a pte ĩ composito moriente: sʒ dei filius moriebatur: igitur ⁊c. ¶ Unde hic est aduertendũ ꝙ filij ꝑsonalitas secundũ se nõ vulnerabatur nec sepeliebatur nec moriebatur: sed ista sunt vera de filio dei ſm cõmunicationem ydiomatuʒ. vnde cum dicitur filius dei mortuus est: idest aliqd deo vnitum ypostatice vt corpus carens vita mortuum est. vnde Ambro. dicit. Xp̃s dei filius ⁊ natus ex virgine idẽ patiebať ⁊ nõ patiebatur: resurgebat ⁊ non resurgebat: ſm vnaʒ naturam passibilis erat: idest ſm carnem que mortua fuit nõ ſm verbum qd̃ apud deũ semper manebat. vnde dei filius mortẽ in anima pertulit: ⁊ in maiestate nõ sensit: sed tantuʒ participatiue infirmitatis rex glorie est crucifixus vnde dicitur pascha. Nã grece pati diciť pathĩ iõ pascha passio dicitur esse: immolatꝰ est sed ꝑ passionem. vnde magister sententiaruʒ in. 3. libro distinctio. 20. dicit ꝙ peccata nostra idest penam peccatorum que cõuerso debetur per ipsius penam quam in cruce tulit in baptismo penitus relaxatur ⁊ in penitentia minoratur. Non enim sufficeret illa penitentia qua penitẽtes ligat eccl̃ia. nisi xp̃i pena cooperaretur qui pro nobis soluit. Xp̃s igiť sacerdos ẽ ⁊ hostia ⁊ precium nostre redẽptionis qui se in ara crucis non diabolo sed deo trinitati se obtulit pro omnibus quantum ad precij sufficientiam: sʒ pro electis tantum quantum ad efficaciam. vñ dicitur. Immolatus est sed primo a patre. immo a tota trinitate quia voluntarie eius passus est. Ipse etiã seipsum obtulit: q꞉ sponte ad passionem accessit: iudas obtulit eum tradendo: iudei instigãdo vt dicit Aug.

¶ Sexta cõclusio est: ꝙ propter hanc sustinẽtiam passionis ꝑsona filij est nobis magis diligibilis q̃ʒ persona patris ⁊ spiritus sancti. Ratio est. Nam de xp̃o habebatur cognitio: qua non cognoscebať pater nec spiritus sanctus. Igitur etiam specialiter diligebať: q꞉ christus potuit videri oculo corporali mediante eiꝰ humanitate: ⁊ diligi per accidens. Et ex hoc solo ꝙ humanitas sibi vnita propter aliquã conditionem placabilem humanitatis per se diligebat: puta ꝑꝑ sufferentiã acerbissime passionis.

¶ Nota ꝙ aliqua ꝯueniunt persone filij: que ad personalitatez diuinam siue eternā non ꝑtinent. Et hec ꝯueniunt essentie diuine: q̃ est cōmunis tribus ꝑsonis: vt sic singulꝛ̃r nō pōt diligi sine alijs. Sic etiaꝫ aliqua ꝯueniut sibi ꝭm humanitatez tꝑalem: vt passio eius ⁊ alie susti nentie ⁊ actiones plures. Sic loquendo aliq videnť habere maiorem deuotōem ad vnā ꝑsonam q̃ꝫ ad aliam. Cui ꝯcordare videť eccľia faciens orōnes ꝓ vna ꝑsona nō sic dirigēdo ad aliam: vt pꝫ de ꝑsona filij: q in humanitate redemit nos: natus ⁊ passus est pro nobis: ideo posset licite plus diligi q̃ꝫ alia ꝑsona. Hec aūt sibi ꝯueniunt nō solum rōne humanitatis: qꝛ non illa sola redemit nos: nec illa sola passa est ⁊ mortua: sꝫ filius dei in ip̄a. Propter h̄ filiuz magno amore diligē possumꝰ: imo certissime ad h̄ tenemur. Ex hijs dictis sunt. 3. v̄itates.

¶ Prima veritas est: ꝙ idem filius meruit diligi amore magno: quia spontanee tm̄ dilexit nos ꝙ voluit sponte mori: ⁊ gratuite ꝓ nobis pati. Naꝫ si solū coacte plus teneremur coactori q̃ꝫ sibi: ⁊ certe quo ad hoc tm̄ obligamur patri: sicut sibi ꝭm velle suum spontaneum diuinum: qꝛ illḋ velle dinum spōtaneuꝫ fuit tribus ꝑsonis cōe ⁊ oēs voluerunt: sꝫ solus filius voluit voluntate creata: ꝓpter quam sibi obligamur: nec ꝑ se loqnendo passio illa plus respicit ꝑsonam eternam filij q̃ꝫ patris. Licet quatenus vera passio humanitatis sibi ꝯueniat ꝭm coicationem ydiomatū: h̄ est ꝙ generauit suaꝫ humanitatem: q̃ sibi fuit suppositaliter vnita.

¶ Scḋa veritas est: ꝙ quo ad opus operatuꝫ quo videlicet nō solum voluit nos redimi: sed quo ad executōeꝫ nos redemit: ⁊ multa ꝓ nob̄ passus ꝑꝑ amoreꝫ: quo obligamur sue humanitati: q̃ etiā hoc voluit volitiōe creata. Et hec penalia ꝑ se ⁊ directe ꝑpessa ē: ꝓ quo sibi plus q̃ꝫ alicui creature tenemur. Qui etiaꝫ amoꝛ in filium referendus est: q subsistit in ipsa humanitate. vnde si vnus angelus vel purus hō redemisset nos: eque ex cā diligeremus eum: sicut nunc diligimus filiū ceteris paribus: qꝛ cū filius simul cum h̄ ꝙ nos redemit deus est: iō plus eum diligimus q̃ꝫ puram creaturaꝫ: que nos redemisset: sed tunc ex causa alia: qꝛ deus est: eque diligimus vt patrem.

¶ Tertia est: ꝙ toti trinitati tenemur equalꝛ̃r ex h̄ ꝙ voluerūt nos ꝑ dinaꝫ ꝑsonam redimi. Qḋ aūt vltra h̄ fuit filius: hoc suppositum per qḋ redempti sumus: plus certe sibi regratiar tenemur: q̃ꝫ pure creature ⁊ ꝑ euꝫ toti trinitati Nam gratitudo plus debeť affectui: q̃ꝫ exteriori opatōi. imo in nobis nō sunt ista exteriora opa moralꝛ̃r bona: nisi ꝑꝑ bonitateꝫ affectiōis: ex qua fiūt exteriores: ⁊ mľto fortius nō debeť supposito opanti vel ex sequenti: nisi ꝙ debeť nāe vel naturis ⁊ affectōi eaꝝ. vn̄ di. Auicē. ꝙ propter acceptionem humanitatis nostre in vnitate diuine ꝑsone: ⁊ ꝓpter fixuras clauoꝝ ⁊ passionem: ⁊ redemptionem dꝫ homini esse gaudiuꝫ infinitum. Et hoc est qḋ dicit. Itaqꝫ epule. vnde Luce. 15. Epulari ⁊ gaudere oꝫ. vbi glosa. Epulatio .n. est comestio letitie sociata. Epulatio ꝑtinet ad occisionem vituli .i. ad passionem xp̄i. Sed gaudium ad gustationeꝫ dulcedinis diuine bonitatis. vnde Ber. O quot ⁊ quanta ⁊ qualia erunt fercula in illa epulatione: qꝛ veritas sine falsitate ⁊ fallacia: caritas sine inuidia: iocunditas sine tristitia: saturitas sine fastidio.

¶ Septima ꝯclō est: ꝙ volūtarie pati sine culpa pro xp̄o est multuꝫ meritorium. Nam pati sine culpa est ex voluntate dei. Sꝫ hanc passionem voluntarie acceptare: est ipsam referre in deum per ꝯformationem voluntatis: ⁊ in hoc ꝯsistit meriti ratio ꝑ̄ncipalis: cum ꝭm apostolū voluntas dei sit sanctificatio nostra: ⁊ etiam qꝛ talis volūtaria sustinentia minuit temptatōes: remittit pctm̄: ⁊ mereť gratie infusionem.

¶ Et nota ꝭm glo. tria sunt gnā patientium.

¶ Primo q innocens patiť: xp̄m imitatur. Qui vero flagellis corripiť: latronem imitatur q cum xp̄o paradisum intrauit. Qui nec flagellis corrigitur: finistꝝ latroneꝫ imitať: qui post crucem in tartaꝝ irruit. Ut igitur xp̄m imitemur: molestias sine culpa illatas patienter sustineamus: qꝛ xp̄s frequenter ꝓponitur nobis in exemplū: qꝛ ꝭm Augu. summa ꝑfectio xp̄iane religionis est imitari qḋ colimꝰ. vnde ꝑ̄ma petri. 3. Christus semel ꝓ pctis nostris ē mortuus. Et h̄ est qḋ dicit. Non in fermen. ve. s. originalis culpe. Neqꝫ in fer. malitie. s. culpe actualis in deuꝫ. Et neqtie. s. culpe actualis in ꝓximum: saluatur meritum voluntarie passionis: q̊ rediligimꝰ xp̄m ꝓ nob̄ passuꝫ volūtarie.

¶ Octaua ꝯclō est: ꝙ dictum est ꝙ xp̄s imolatus patri ꝑ passionem est pascha nostrum .i. transitus: per quem transire debemus de mūdo ad patrem. Scḋm Augu. reuera saluberrimum transitum facimus: cum a vitijs transimus ad virtutes: a virtutibus ad gratiam: a

gratia ad gloriam: vel a diabolo ad xp̄m: ab in
ſtabili ſeculo ad eius fundaciſſimū regnuꝫ: ne
cum h̄ mundo tranſeunte tranſeamus. Talis
tamen tranſitus ꝯgruit ſolum iuſtis diuinis iuſ/
ſionibus obedientibus ꝑ bonam voluntatem
vnde dicit Anſel. ꝙ deus obedientibus ſibi p̄
parauit ꝓmiſſioneꝫ felicem: ꝛ inobedientibus
ꝓmiſſionem terribilem. Bona aūt voluntas
ꝯſiſtit in cultu diuino. vnde ideꝫ dicit in. 2°. de
diuina natura. Cultus diuinus aptiſſimu ſeſt
id emqꝫ caſtiſſimus atqꝫ ſanctiſſimus pleniſſi/
muſqꝫ pietatis: vt euꝫ ſemꝑ pura: integra ꝛ in
corrupta mente ꝛ voce veneremur. Hec enim
voluntaſ in azima intelligitur: q̄ dꝫ eſſe pura ꝛ
recta. Nam azima dicitur ab a quod eſt ſine: ꝛ
zima grece: quod eſt fermentū corruptōis lati/
ne. vnde dicit in azimis. i. in puritate ſincerita
tis: a vitijs quo ad declinationem mali: ꝛ veri/
tatis quo ad oꝑationem boni: vel in azimis ſin
ceritatis. i. noue vite quo ad ꝯuerſionem: ꝛ ve
ritatis quo ad ypocriſim ꝛ ſimulationem. vel
ſinceritatis in affectu ꝑ virtutis amorem: ꝛ ve/
ritatis in intellectu per veritatis cognitionem
vnde hanc vocem vocat Augu. affectioneꝫ iu
ſtitie. ſ. quando hō hꝫ aliquem actum bonuꝫ ꝛ
ordinatum circa deum: vt quando hō vult de/
um eſſe bonum ꝛ iuſtum: ꝛ vult circa eum que
ſunt iuſta ꝛ ei placentia. Hic ſunt tria dubia.
¶ Primum ſi obſeruantia mandatoꝝ dei ſuf
ficit ad ſalutem: ſm illud Mat. Si vis ad vi/
tam ingredi: ſerua mādata: ꝛ hoc ſine caritate
Scotus arguit ꝙ nō. Sic deus p̄cipiens in/
tendebat q uenlibet obligare ad ſeruanduꝫ p̄ce
pta ex caritate. Igit̃ qcunqꝫ facientes opus pre
cepti non ex caritate peccant mortal'r. Et h̄ de
p̄cepto negatiuo: ad qd̄ tenetur ſemꝑ ꝛ ꝓ ſemꝑ
ita ꝙ ſi teneatur ad illud ex caritate: quādo illd̄
ſeruat non ex caritate peccat mortal'r. Simil'r
de p̄cepto affirmatiuo: ad quod tenet̃ ꝓ aliqn̄:
ſi pro tunc nō ſeruat ex caritate: peccat mortal'r
Solutio verū eſſe ꝓbatur: ꝙ faciens opus pre
cepti non ex caritate: quando tenet̃ exeq opus
illud ex p̄cepto peccat mortaliter: nō quia facit
opus p̄cepti: ſed q2 non ex caritate facit illud.
Et etiam ꝙ tenetur habere caritatem: ꝛ nō hꝫ.
Multo tamen minus peccat nō ex caritate fa/
ciendo opus: q̄ꝫ ſi opus non faceret. Obligat̃
enim tunc ad tria. ſ. ad habendam caritatem: ꝛ
ad operandum tale opus: ꝛ ex caritate cum ſci
at horam: pro qua ſic obligatur operari.
¶ Scd̄m dubium eſt: ſi actus bonus in ha/
bente caritatem ꝛ operantem ex ea non facit ad
augmentum meriti: cum tota q̄ꝫtitas meriti cō
ſiſtat in bonis voluntatibus libere ꝛ ſm iudi/
ciuꝫ recte rationis elicientibus: q2 habitis illis
neceſſario infert̃ actio exterior. ex nono ꝛ deci/
mo methaphyſice. Si ergo totum meritum in
volunate eſt: ergo opus bonum non remune
ratur: ſed ſola voluntas. Solutio dicitur vera
citer ꝙ ſola voluntas hoīs: ſiue ad bonuꝫ: ſiue
ad malum ſola remuneratur. Et rurſum cōue
nienter dicitur ꝙ opus: ꝛ voluntas: ꝛ etiā ipſe
homo operans ꝛ volens: ꝓ voluntate ꝛ opere
remuneratur. Dicitur quideꝫ voluntas remu
nerari: q2 in ipſa meritum ꝯſiſtit. Dicit̃ ꝛ opꝰ
remunerari: q2 in ipſo conſiſtit cauſa ſiue occa/
ſio merendi. Voluntas remuneratur ꝓ opere
ꝛ opus pro voluntate: quia ex ipſis vt pꝫ: acce
pit voluntas quod placet: quia bona eſt.
¶ Item ipſa iuſtitia eſt que placet. Opus pla
cet quod ex voluntate bona eſt. Ergo ſola iuſti
tia eſt pro qua voluntas ꝛ opus volūtatis pla/
cet. Sic nō due. ſed vna retributio que eſt vo/
luntas remuneratur: ꝛ opus volūtatis. vnde
homo remunerari dicitur: q2 illi datur ꝛ opꝰ
remunerat̃: q2 pro ipſa datur: ꝛ opus remune/
ratur: in quo ipſa voluntas placens meretur.
¶ Tertium dubium eſt ſi rectitudo volūtatis
ſufficit ad merendū. Dicitur ꝙ nō: ſi intelliga
tur de rectitudine nāli: q2 ſm ſcripturam deus
creauit hoīem rectum: ꝛ tamen lꝫ homo vl' an
gelus ex puris naturalibus ſtare poterit: non
tamen proficere: vt dicit magiſter de anglis di
ſtinctione. 20. ꝛ de homine. 24. 2. libri ſniaꝝ.
Rectitudo tamen gratuita bene ſufficit: q2 iſta
includit gratiā: q2 voluntas recta vt ſit ſm An
ſelmum: non eſt aliud: niſi eam velle illud: qd̄
deus vult eam velle. vnde deus ſm potentiaꝫ
ſuam ordinatam: hanc rectitudinem volunta/
tiſ non poteſt auferre ſine eius demerito: quia
quandiu voluntas perſiſtit in hoc ꝙ vult illud
ꝛ non aliud: non ꝙ deus velit eam velle ipſa
nō demeret̃: ꝛ per cōſequens a deo auferri nō
poterit. Sed ipſamet ceſſare poterit ab hac re/
ctitudine volendo illud quod deus nō vult eā
velle ſm precepta ſua. Et tunc poteſt ſibi deuſ
ſm leges cōmunes auferre caritatem ꝛ recti
tudinem habitualem ꝛ cetera dona ſua.

¶ In festo pasche. Sermo. 88.

MAria magda
lena τ maria iacobi τ maria sa
lome emerunt aromata τc.
Matth. vltimo. Quia hodie
saluator noster trãslatus est p
resurrectionẽ corporalr̃ de morte ad vitã. Cõ
stat h' peregisse ad nostraȝ salutez τ doctrinaȝ.
Vt. s. spũaliter de morte peccati ad vitã grẽ trã
siremus: vel de vita actiua ad vitã ꝯtẽplatiuaȝ
mentaliter transferamur. Unde ad Ro. 6. dr̃.
Sicut xp̃s resurrexit a mortuis p gloriam pa
tris: ita τ nos in nouitate vite ambulemus: ſȝ
qꝛ vita ꝯtẽplatiua est quedam spiritualis resur
rectio: sursuȝ agens nos per desiderium in de
um: qꝛ in actu ꝯtemplationis deus descẽdit ad
nos per ostensionẽ suijpsius τ celestiuȝ reuela
tioneȝ: τ nos in ipsuȝ ascendimus per dilectio
nem τ desiderium eternoruȝ. vnde apostolus
ad phi. 3. Nostra ꝯuersatio in celis est. Sicut
enim res ignita sursum fert̃: ita aĩa caritate in-
flãmata sursuȝ agitatur. Ideo in euangelio pre
senti circa hanc vitã ꝯtemplatiuam ꝓponuntur
nobis quatuor considerationes.

Prima consideratio.

PRima ꝯsideratio est de istius vite in
choatione. vbi sunt due ꝯclusiones.
¶ Prima ꝯ° est: ꝙ vita actiua est se-
mita p quã ornate ad istã vitaȝ ꝑuenitur. vnde
ſm Gre. ad vitã ꝯtẽplatiuã nõ peruenit̃ nisi
mediante actiua: que ẽ ad ipsaȝ dispositio ꝑma
sicut labor ẽ dispositio ad requieȝ: τ sicut finis bel
li est pax ſȝ Aug. ¶ Et nota ꝙ sunt tria q̃ req
runt̃ ad ꝑfectioneȝ vite actiue. ¶ Primo reuo
care errantẽ instructiõe. Job. 20. Oculus fuit
ceco. Curare ifirmos visitatiõe. Mat. 23. In
firmus fui τc. Subuenire paupibus in necessi
tate: subuẽtione. Eccli. 3. Propter mandatuȝ
assume paupẽ. Qđ pulchre signat cũ dr̃. Ma
ria mag. τ iaco. τ salo. He marie sunt tres ne
cessitates que ꝯsistunt circa tria. s. circa aĩaȝ cor
pus τ possessionẽ: maior ẽ necessitas aie q̃ȝ cor
poris: τ corporis q̃ȝ possessiõis: i quibus tene-
mur ꝓprimo subuenire. Nã ligua istruit: mẽs
ꝯpatitur: τ manus largitur indigenti.
¶ Scd̃a ꝯ° est: ꝙ he tres marie q̃ vitã actiuaȝ
ꝑficiũt. s. ꝯsolatio verbi p linguã: ꝯpassio affe-
ctus p mentẽ: dispẽsatio opis per manus: Aro
maticas vnctiões preparant qbus alliciũt ꝯtẽ-
platiuũ: quaꝝ quelibet fert sua vnguenta. Un
guẽta mentis sunt ꝯtritio: cõpassio τ deuotio.
Unguẽtuȝ ꝯtritiõis ꝯficit̃ de spẽbus vilissimis
τ ꝓprijs pctis q̃ crescunt in orto nostro. Un-
guẽtũ ꝯpassiõis ꝯficit̃ ex spẽbus amarissimis:
idest ex oibus miserijs ꝓximoꝝ q̃ crescũt in orto
vicini. Unguẽtum deuotiõis ꝯficit̃ de spẽbus
p̃ciosissimis. i. oibus beneficijs xp̃i: q̃ crescunt
in orto dñico. Unguẽta lingue sunt ꝯfessio ad
accusanduȝ seipsuȝ: exhortatio ad edificandũ ꝓ
ximũ: grãꝝ actio ad laudandũ deũ. ¶ Primũ
colligit̃ in orto hũilitatis. ¶ Scd̃ȝ i orto carita
tis. ¶ Tertiuȝ i orto volũtarie pauptatis. Un
guẽta manus sunt opa mĩe. Et h̃ est qđ dicit.
Emerũt aro. vt ve. vn. ie. Hec aũt vnguenta
dñr opa pietatis. Hoc aũt fit quotiẽs sepultuȝ
in ꝯtẽplatiõe ad opa p̃dicta iuitãt: vñ magdale
na dr̃ vnxisse pedes dñi qđ fit qñ pauperibus τ
peregrinis supradicta obsequia ipenduntur.

Scd̃a consideratio.

SEcunda est de eius descriptione. vbi
sunt due conclusiones.
¶ Prima ꝯclo est videre qđ sit vita
ꝯtẽplatiua: τ dr̃ ſȝ Dio. Vita ꝯtẽplatiua ẽ as-
sistẽtia spũalis q̃ assistit aĩa nr̃a deo. Naȝ lȝ ds
sit semp p̃ñs oibus: tñ res nõ sunt sp p̃ñtes deo
Tũc aũt ei efficimur p̃ñtes qñ castissimis orõ-
nib⁹ ad diuinaȝ ꝯtẽplationẽ nos reuelata mente
ꝯuertimus. Et tũc dic̃ Dio. ꝙ trahim⁹ deũ ad
nos: vt pȝ similitudiarie: q si exñtes i naui lignea
ad lapidẽ in littore manentẽ τ fixũ nos vellem⁹
ad nos lapidẽ p funẽ trahere: nosipsos τ nauẽ
ad lapidẽ traheremus: ita dicit ꝙ in actu ꝯtẽpla
tiõis nõ trahimus deũ ad nos ꝑmanẽteȝ i loco
suo imobilr̃: ſȝ nosipsos trahimus ad deũ. Cu
ius rõ est: qꝛ ꝯtẽplatio nõ est nisi qdã mot⁹ mẽ-
tis i deũ: p motũ nõ ducit̃ terminus ad mobile
ſȝ eꝯ°. Sicut xp̃s i ascẽsione nõ trãstulit ad se
celũ: ſȝ seip̃ȝ ad celũ leuauit: vnde ſȝ Aug. vl-
timus finis ꝓtrahit oẽȝ affectũ. vñ Ja. 4. Ap-
propiquate deo: τ appropiquabit vobis: qꝛ dũ
volumus ire ad ip̃ȝ: ipse sua mira benignitate
tenẽȝ nimis humãus dignat̃ ad nos accedere:
Et h̃ ẽ qđ dicit. Et val. ma. ve. ad mo. vbi po
nunt̃ alique ꝯditiões: q̃ ad ꝑfectionẽ actus req
runt̃. ¶ Primũ ẽ feruor dilectiõis. Qꝛ valde
mane: nõ. n. sinebat eos feruor amoris dormi
re. ¶ Scd̃ȝ est mẽtis trãqllitas: qꝛ in pace fa-
ctus ẽ locus eius. Unde dicit vna sab. i. i pace
τ qeto pectoris. ¶ Tertiũ est meritoria ac cuȝ
bona fama. vñ portabãt aromata. ¶ Quartũ

est diuine gratie assistentia di. Orto iaꝫ sole.i.
mediante gratia ꝛ illustrãte in mẽte: q̄ ipsa est
lumẽ ꝛ regula q̃ ipsa ꝯtẽplatiua regulat̃. Et h̄
maxime p̄ actuꝫ reuelatiõis diuine quo reuelan
tur ea celestia q̄bus ꝯtẽplatiui alliciũtur: q̄ si fe
licitatẽ posuerũt ph̄i in reuelatiõe nãli nãliuꝫ re
ruꝫ: q̄to magis nos i reuelatiõe sup̄naturaliũ
eternoꝝ: s̄ꝫ Dio. vnde psalm. Btũs hõ queꝫ
tu erudieris domine ꝛc.
¶ Scd̃a ꝯ̊ est: q̄ sicut resurrectio xp̄i celebra/
ta est in monumẽto corporal'r: sic nostra sp̄ũa/
lis resurrectio que est q̃dam sursuꝫ actio.s. vita
ꝯtẽplatiua celebrat̃ in ꝯsciẽtie ꝯtẽtiuo. De mo/
numẽto.n. xp̄i legit̃ q̄ erat excisuꝫ in petra: qd̃
nullius corporis nõdum fuerat habitaculũ: qd̃
erat diligẽtissime signauũ: qd̃ fuit in sollicitudĩe
custoditũ. Hijs.n. apparet certitudo resurre/
ctiõis. Nõ.n. poterat fodi: q̄ in petra erat ꝑci/
suꝫ: nec aliũ resurrexisse potuit dici: q̄ erat no/
uum: nec poterat temere violari: q̄ sigillo presi
dis erat sigillatuꝫ: nec occulte potuit ide corpus
xp̄i furari: quia sollicita erat custodia militum.
Sic igit̃ tale monumẽtuꝫ ꝯsciẽtia nostra i qua
manẽs vita ꝯtẽplatiua sursuꝫ agat ad sup̄na: vt
sit petra frigida: p̄ carnis itegritatẽ: dura p̄ pa/
tiẽtie stabilitatẽ ꝛ soliditatẽ: sit nouũ p̄ inocẽtie
puritatẽ ꝛ culpe imunitatẽ: sit a q̃tuor militibus
custodituꝫ.s. a prudẽtia i agẽdis: a tẽperãtia in
vtẽdis: a fortitudine in sup̄andis: ꝛ a iustitia in
credẽdis. Sit ꝛ sigillatuꝫ sigillo honestatis in
visu: ne ap̄iatur oculus ad aspectũ vanoꝝ: i au
ditu sobrietas: i gustu inedia: in olfatu asp̄itas:
in tactu ariditas. Et h̄ est qd̃ dicit. Ad monu/
mentum. Tertia ꝯsideratio.

Tertia ꝯsideratio est de ip̄edimentoꝝ
admonitiõe ibi. Dixerũt ad inuicem
vbi no. q̄ huius vite.4. sũt ip̄edim̃ta
¶ Primũ est nimia loq̃citas q̃ vertit̃ in stulti
tiã: q̄ denudans oĩa sua iteriora denudat ꝛ de
honestat seipsuꝫ: vt pꝫ in nobis: q̄ cuꝫ passiões
q̃ impugnãt aĩaꝫ nostrã. sint oculte ipsas extri
secus celare nõ possumus: sꝫ p̄ effectus exterio
res tanq̄ p̄ voces ipsas manifestamus. vñ cũ
vnusq̄sq̄ nostꝝ s̄ꝫ qd̃ ẽ affectus op̄et̃ exterius
ostẽdendo: Claret q̄ sicut nihil celãs est fatuus
q̄ ad quodcũq̄ iclinamur intrĩsecus volumus
ꝓferre exterius. sꝫ iste mulieres dixerunt adin
uicẽ. Prudẽter.s. de deo.i. de hijs q̃ erant sa/
lutis. Vñ ꝓuerbi.10. Qui moderat̃ labia sua
prudentissimus est. Itẽ ibidẽ.9. dr̃. Ubi sunt
verba plurima: ibi frequẽter est egestas.s. diuine
consolationis ꝛ carentia veritatis. Ideo dicit se
neca. Si vis habere prudentiã celestẽ: mores
dei ꝛ angeloꝝ: pauca loquere. ¶ Scd̃ꝫ est ꝯsi/
deratio futuroꝝ: q̄ ille q̄ soluꝫ p̄ñtia.i. nõ futu/
ra ꝯsiderat. distãtia p̄icula vitare nõ potest: ꝛ fa
cile labit̃ in pctm̃. Ista prudẽtia valet ad q̃dru/
pliceꝫ ꝯsideratiõeꝫ. ¶ Quaꝝ p̄ma est q̄ volu/
ptas cito trãsit. ¶ Scd̃a q̄ ꝯscientiã sauciatam
reliquit. ¶ Tertia q̄ amittit gl̃iaꝫ. ¶ Quarta
q̄ acq̄rit penã: ꝛ qd̃ plus ẽ diuinaꝫ offensaꝫ ꝓuo/
cat. Vñ eccl'.7. dr̃. Memorare nouissima tua
ꝛ i eternũ nõ peccabis. Ber. Hãc prudentiaꝫ
habẽtes he mulieres dixerũt. Quis reuoluet
nobis lapideꝫ ꝛc. Lapis est difficultas q̃daꝫ q̃
remanet ex ꝯsuetudĩe peccãdi post p̄niam: ꝛ q̄
ꝯsiderabãt ꝓpriã insufficiẽtiã prudenter sollici
tabant̃ p̄ assistentia gr̃e: Inabilis est.n. oĩs ad
bona op̄a ꝛ facile relabit̃ ad pctm̃ nisi gr̃a adiu/
uet. ¶ Tertiũ est d̃fectus gr̃aꝝ. Lꝫ p̄p̄ idigni
tateꝫ nostraꝫ diuina gr̃a nobis non sp̄ assistat: tñ
q̄tuꝫ in se est sp̄ p̄sto est desiderãtibus ꝛ dispo/
nentibus se ad ipsaꝫ. ¶ Et nota q̄ q̄daꝫ mẽda
citer iponunt gr̃e q̄ sit ip̄editiua salutis: hac ra
tiõe moti: q̄ illud q̊ peccat̃ est ip̄editiuũ salutis.
sꝫ gr̃a peccat̃. Nã si habens gr̃aꝫ mortal'r pec/
cet grauius peccabit: q̄ q̄ gr̃aꝫ nõ h̄ret nec ha/
buisset: q̄ talis magis igrate faceret: q̄ facilius
posset pctm̃ vitare: Igit̃ gr̃a est sibi cã vt graui
us peccet. Istud etiã pꝫ de virtutibus d̃ q̄bus
põt hõ sup̄bire: vt de fide ꝛ scientia ꝛ de bõitate
aĩe ꝓprie nãli: ꝛ ita ista bona quoꝝ etiaꝫ multa
sunt ad salutem necessaria possunt esse occasio
nõ data sꝫ accepta peccati. Uirtus ꝛ sc̄ia ꝛ fides
q̃ scit̃ ꝛ credit̃ q̄d sit fugiendũ ꝛ agendũ si hõ no
uit se ꝯformare recte dictamini rõis ẽ occasio:
ꝛ cã p̄ accidens q̄re grauius peccat q̄ facit ydi
ota. Sꝫ sc̄ia nõ agit p̄ se ad pctm̃ imo reluctat
q̄tum in se est indicãs ꝛ instruens vt nõ pecca
ret: sicut est de caritate. Cõcedo igit̃ q̄ talis gra
uius peccat. Sed nego q̄ ideo gr̃a sit cã pecca
ti siue grauius peccãdi: sed ipsemet non vtens
gr̃a cum ipse posset ꝛ deberet ad resistendũ vel
vitanduꝫ tẽptationeꝫ peccati: sic ꝛ sciens q̄ nõ
ꝯformat se sue scientie in volendo ꝛ agendo pec
cat. Et h̄ est qd̃ dicit. Et respicientes viderunt
reuolutum lapideꝫ. Quia hec difficultas.s. cõ/
suetudinis q̄doq̄ p̄ gratiã subito admouetur
recte dicitur: Ut mõstretur effectus gratie: re/
spicientes: quia maior est gratia que vincit.
¶ Quartuꝫ est obduratio mentis. Sunt.n.
alique anime dure intantuꝫ q̄ sicut saxa nec cõ/

ꝑunctione aut inspiratione valeant imutari si/
cut fuerunt iudei ab initio dure ceruicis: qbus
dicitur in ezechiele. Auferã cor lapideũ de car/
ne vestra ⁊ dabo vobis cor carneũ: ⁊ tales non
sunt idonei ad sursuz actionem. Et istud ipedi
mentuz remonebãt iste mulieres: qꝛ mulieres
habent cor magis ductile ⁊ tardius inueniunt
indurate ⁊ magis benigne. vnde sapien. dicit.
Ubi non est mulier igemiscit eger. vnde con/
siderantes magnitudinem indurationis dixe/
runt. Erat quipppe magnus valde. ¶ Et no
ta ſm pilosophuz q lapides fiunt duobus mo
dis. ¶ Uno modo ex luto ventoso congluti/
nato p calorez solis. ¶ Alio modo ex aqua cõ
gellata p virtutem terrestris societatis. Sic ⁊
aliq ad hanc vitã habendaz per duo indurant.
¶ Primũ est cupiditas q̃ rebus tpalibus con
glutinati sunt p amorez: vt q̃si bruta aialia nun
q̃z affectũ erigant ad eterna. ¶ Scdz est infi
delitas q̃ obstinati ⁊ q̃si ꝯgelati: intellectu car/
nali semp veritati resistunt: non talis lapis ob/
stinationis dicitur valde magnus: qꝛ pure na/
turalia non sufficiũt eum remouere sine auxilio
gratie dinine.

Quarta ꝯsideratio.

Quarta ꝯsideratio est videre que sint
huius vite certa indicia. Ubi nota
q septem sunt. ¶ Primum est vt a
seculi vanitatibus nos caute separemus: ſm il
lud apostoli. Ephe. 4. Hoc dico ⁊ testificor co
ram deo: vt iam non ambuletis: sicut ⁊ gentes
ambulãt in vanitate sensus sui: tenebris obscu
ratum habentes intellectum ⁊ alienati a via di
per ignorantiam que est in illis per cecitatẽ cor
dis illoꝝ. vnde Iher. dicit. Uanitas sensus ⁊
mentis obscuritas bifarie diuiditur i seculi hu/
ius negocia ⁊ in sapientiam secularem: Quan
do aut in hijs que mundi sunt huius: ⁊ cito trã
seunt detinemur: aut non profutura cognosci/
mus. vnde Augu. libro confessionum dicit.
Uita hec misera est: mors incerta subito obre/
pit: ⁊ indubitãter suos amatores mortifero po/
culo sic inebriat: vt que sunt necessaria sue salu
ti ac sanitati: nec noscant nec discere acquiescãt
¶ Itez Aug. Ego cũ amatores huius seculi
intueor: nescio quando possit esse ad eorum ani
mos sanandos opportuna sapiẽtia. vnde sum/
ma sapientia est seculum renunciare: qꝛ sapere
secularia stultitia est ſm Ambro. Et hoc est qđ
dicit. Et introeuntes in monumentum. i. que
rentes loca solitaria a tumultu ⁊ seculi vanitate
vnde beatꝰ Antonius dixit: Nõ simul esse cũ
deo ⁊ hominibus possum. Et ideo sancti p̃res
ad desertuz fugierunt: vt liberius cõtemplatio
ni vacarent. Nam qui vult cum hominibꝰ iu/
giter conuersari: non potest deum pura mente
ꝯtemplari. ¶ Secundum est iugis meditatio
scripture sacre. Naz ſm Dionysi. de diuinis
nominibus in diuina scriptura est lumen ⁊ re/
gula qua regulatur vita contemplatiua. Nam
idem Dionysius dicit de angelica iherarchia
q diuinarum scripturarum consideratio est no
bis imaginatio contemplationis quaz habemꝰ
in patria. Psalmi. Beatus homo quez tu eru
dieris domine ⁊c. Unde mirari solent mundi
sapientes: ⁊ lucris temporalibus ⁊ commodis
inhiãtes de sacre scipture amatoribus quos iu/
dicant insipientes simplices ⁊ fatuos: cur tam
sollicite in hac scientia: cũ fides ꝓ notitia suffici/
at ipsorum iudicio: inaniter occupant dies su/
os: nec lucrari possunt temporalia. Tale studi
um est valde meritorium: cũ ad hoc eligitur: vt
deus feruentius diligatur: ⁊ amor ꝓximi nu/
triatur: spes salutis augeatur: anima pascatur:
ac crebris consolationibus spiritus repleatur vt
spiritus angelici studentibus assistant: auxilia
faciãt: ⁊ assistentes diuinis eloquijs reficiant.
Et hoc est qđ dicit. Uiderunt iuuenem seden/
tem in dextris coopertuz stolla cãdida: ⁊ obstu
puerunt. Quid per angelũ qui apparet in spe/
cie iuuenis significatur: nisi bona opera q̃ ostẽ
dunt in eis sursum actionẽ? Et qꝛ sunt noue vi
te: bene per iuuenem significantur: quia cãdo/
rem habent virtutum: recte describitur cooper
tus stolla candida. Et quia assidua sunt ꝓ eter
nis: dicitur sedere a dextris. Unde qꝛ ita mira
ti etiam multi mirantur: recte dicitur. Et obstu
puerunt. vnde psal. Cõfitebuntur tibi mirabi
lia tua. Uel aliter. Quid. n. per iustitiam: nisi
fortitudo opis. qd p stollã candidã nisi puritas
itentionis: qd p sedere a dextris: nisi ꝯtempla/
to eterne remuneratiõis signatur? Quã q con
templãtur nõ reputant aggredi fortia ⁊ pati du
ra. Cum dr̃ obstupuerunt: signat q opatiões
prioris status in sic ꝓficiente faciunt oẽs mirã
tes: ⁊ hec oia i sacra scriptura luculẽter ꝯtẽplat
¶ Tertium est plena ꝯfidentia de deo. Nam
xp̃s discipulis laborantibus dixit. Confidite ⁊
nolite timere. Sequitur. In mundo pressuraz

habebitis. Quia sm Ambro. Robur spei no/
stre et quedam sperandi auctoritas: confiden/
tia est. Et ideo Grego. dicit in moralibus. Iu
sti viri securitas recte leoni comparatur: qr cuz
contra se quoslibet insurgere conspicit: ad men
tis sue confidentiam redit: et scit qr cunctos ad/
uersantes superat: quia illum solum diligit quē
inuit⁹ nullo modo admittit. vnde sequit. Qui
dicit illis. s. angelus. Nolite expauescere. Nā
timor sine securitate est pars miserie: quia nesci
tur qua hora dominus vester vēturus sit: nec
aliquis scit vtrū amore vel odio dignus sit: sicut
nec vtrum prescitus vel predestinatus: quia. s.
in fine occulto iudicio dei mali conuertuntur: et
boni auertuntur: vnde angelus volens eos as
securare dicit. Nolite expauescere: qr isti q sunt
in diuinis contemplationibus intenti: sunt ita
perfectis affectionibus accensi: quia perfecta ca
ritas foras mittit timorem. Qui enim timet nō
est perfectus in caritate. ¶ Quartuz est sancta
violentia que necessaria est omni fideli: tuz pro
pter se: tum propter proximuz. vnde ipsaz com
mendat christus dicens. Regnum celoruz viz
patitur et violenti rapiunt illud. vnde Ihero.
Que maior violentia qz ꝙ caro vult esse spiri/
tus: homo deus: et caro fragilis i loco a quo de
cidit angelica natura? Unde addit idem. Esto
predo regni celorum non pauperum animarū
non pecuniarum et muscarum. Sancta autem
violentia filia est fortitudinis q̄ vincimus mū/
di occupationes: seculi prospera: et aduersa dia
boli et spirituales nequitias: carnem crucifigen
tes cum vitijs et concupiscentijs: stigmata do/
mini portantes in corporibus nostris. Et hoc
est de quibus dicitur. Iesum queritis nazare-
num? Nazarenus enim dicitur flos per quem
odor contemplationis spargitur qui demulcet
illum cuius sensus suspensi sunt ab omni exer
citio: Ipsa enim contemplatio quedaz crux est
sensibus. Et ideo recte addit. Crucifixū. Sic
igitur quandoqz querimus in contemplatione
christuz et non inuenit: sed in actione et ei⁹ etc.
¶ Quintū est vera innocentia. Hec eniz sepa
rat nos ab omni iniustitia et ipietate. Prouer.
12. Iustitia custodit innocentis viam. Impie/
tas autem peccatorem supplantat. vnde ꝓphe
ta in persona innocentis dicit. Perambulabā
in innocentia cordis mei. Naz vtiqz innocen/
tia est fundamentuz spiritualis structure i quo
valeat homo liber ab hostibus habitare. vnde
Iheronymus. Edificanti spiritualez domum
non super leuitatem arene. Sed supra petre so
liditatem innocentie in primis fundamentum
ponatur super quod facilius valeat arduum iu
stitie culmen surgere. Maximam enim partez
equitatis impleuit que nulli nocuit. Ipsa siqui
dem innocentia hominem filio dei adherere fa
cit per quem liberamur. Unde psalmista. In-
nocentes et recti adheserunt mihi. Non enim
priuabit bonis eos qui ambulabant in innocē/
tia. vnde Iheronymus. Gaude innocentia: et
exulta quia vbique es illesa: et vbique secura.
Si temptaris proficis: si humiliaris erigeris
si pugnas vincis: si cecideris coronaris. Hoc
tangitur cum dicitur. Surrexit non est hic.
quasi diceret. Non sedet in puluere defectuuz
Sed iam surrexit: id est stare cepit per iustitiaz
erectus: et propter inchoatam felicitatem: quia
sm Dionysium: illi qui in hac vita dediti sunt
contemplationi: istius felicitatis iam participes
sunt effecti. Quia sm apostolum gustauerunt
vitam futuri seculi. ¶ Sextuz est virtuosa ope
ratio. Nam ad hoc vt in hac vita contemplati/
ua quis esse comprobetur: oportet vt accensus
amore beatitudinis superne in via diuine legis
per exercitiuz operis virtuosi sollicite procedat
sm illud psalmiste. Beati immaculati in via.
Et certe congruus est ordo: vt scilicet primo a
vitijs per innocentiam discedamus: ac deinde
per exercitium boni operis in virtutibus pro/
cedamus. Nam sicut dicit Bernardus. Nul
li eodem statu esse conceditur seruo dei. Aut
semper proficiendum: aut deficiendum est. vn
de dum tempus habemus operemur bonum
ad omnes. Nam vt dicit Hugo. Operatio
bona est via: qua itur ad vitaz beatitudinis eter
ne. Nam bonus vsus virtutum requiritur cō
sequenter ad ostensionez habituum: quia signū
continuati habitus est delectatio in opere. Sic
et de habitu infuso requiritur in ista exercitatio
ne aliquod augmentum meriti: quia semper in
omni opere virtuoso augetur gratia: et prome
retur gloria. Et hoc intendit cum dicit. Ecce
locus vbi posuerunt eum. Quasi diceret. Ad
tantus est profectus contemplationis: ꝙ tam
minores qz maiores informantur: vt non so/
lum equentur alijs: sed eos qui solebant precel
lere virtute meritoruz precellant. Propter qd
ecclesia. xj. dicitur. Benedictio dei in merce/
dem iusti: id est contemplatiui.

¶ Septimum ⁊ vltimuꝫ est gl'iosa remunera-
tio. Nam beatitudo est p̄miuꝫ virtutū. Sicut
igit̃ ex ordinatõe diuina virtutibꝰ btitudo adi-
piscit̃: sic in btitudine virtutes remunerant̃. vñ
dicit̃. Omni opanti bonū merces debet̃ eter-
na: non q̄dam tpalis: que frequēter desolatur:
insolenter pturbatur: indifferēter occupat̃: vi-
olenter vsurpat̃. Sꝫ regni celestis: qđ hꝫ eter
nitatem duratõis: securitatē possessionis: sua-
uitatem refectiõis: dignitatem dñationis. vñ
Augu. Illuc festinate: vbi semp viuatis. Si
enim sic amatis istam miserā fluidāqꝫ vitam:
vbi cum tanto labore viuitis: ⁊ vbi vix curren
do: satagendo: sudādo: suspirando: necessarijs
corporis satisfacitis. Quanto magis amare de
betis vitam eternā: vbi nullum laborē sustine
bitis: vbi semp summa securitas: summa felici
tas: felix libertas: vbi hoies erūt sil'es angl'is.
De q̊ Grego. Hereditas illa est oibus vna ⁊
singulis tota: ⁊ nihil deest: nihil obest: nihil de
fit: nihil supfluit; nihil exterius qđ appetatur
nihil interius qđ fastidiat̃. Et h̄ intendit di.
Ite. s. de virtute in virtuteꝫ merendo. Dicite
discipulis eius. i. imitatoribus. Et Petro. i.
supioribus: exēplum pfectiõis p̄bendo in do-
ctrina ⁊ opando: q꞉ p̄cedet vos in galileā. In
terpretat̃. n. trāsmigratio. Est. n. triplex trans
migratio. ¶ Prima est de culpa ad gratiam.
¶ Scđa virtute in virtutē. ¶ Tertia de vir
tute ad gl'iam. vñ p̄cedet hanc trāsmigrationeꝫ
q̄ est de virtute ad gl'iam: q꞉ sup oēs p̄miabit̃.
vel al'r. Dicite discipulis eius ⁊c. q꞉ aliqñ q mi-
nor est inter fratres: ad tantā pfectioneꝫ ascen
dit: ꝙ ꝯtemplatõis puritate p̄cellit maiores di
gnitate: ⁊ pre ceteris diuis reuelatõnibus illu
stretur. vel al'r sic. Precedet vos in galileā. i.
in excellentia opis ad actiuā vitam ptinentis:
qđ significat̃ per galileā: que interpretat̃ reue-
latio: q꞉ merito bone actõis puenit̃ ad gr'aꝫ ꝯtē
platõis: cognitiõis ⁊ reuelatõis. Quā nob ⁊c.

¶ Feria scđa in paschalibus. Sermo. 89.

Tu solus pe-
grinus ⁊c. Luce. vltimo.
Presens s'mo diuidit̃ in
duas partes p̄ncipales.
¶ Prima ꝯtinet diuisio
nem thematis: in quo itro
ducuntur quatuor mysteria ad diuinam perso
nam pertinētia. ¶ Primuꝫ est eternalis ema
nationis: ibi. Tu demōstras ad oculū. Psal.
Filius meus es tu. ¶ Scđm est psonalis di
stinctionis: ibi. Solus. Persona. n. filij dis'i
guitur supposital'r: q꞉ h̄ eē incoicabile. Ysa.
64. Torcular calcaui solus. ¶ Tertium est tē
poralis inclinationis: ibi. Peregrinꝰ. Sicut
enim pegrinus recipitur in domo aliena: ita
xp̄i deitas fuit in eius incarnatione recepta in
extranea natura. vnde gene. dicitur. Semen
tuum erit peregrinum in terra. ¶ Quartū est
supnaturalis resurrectionis: cum dicit̃. Es.
Esse. n. accipit̃ per resurrectionem: sicut p pri
mariam generationem. vnde exodi tertio.
Ego sum qui sum.

¶ Secunda pars p̄ncipalis huius sermonis
est sub hac conclusione. Leges quas christus
sub typo peregrini in se habuit: ⁊ cuilibet fideli
anime habendas dimisit: sub duodenario cō-
prehenduntur numero. ¶ Prima lex pere-
grini: ꝙ a sua patria sponte discedit: ⁊ per hāc
legem distinguitur a figuratiua: qui violen-
ter a sua patria in regionem alienam expelli-
tur. Ideo genesis duodecimo dicit̃: ꝙ Abra-
ham descendit in egyptum: vt peregrinaretur
ibi: ⁊ non dicitur fugit. Descendere enim est
actus spontaneus. Istam autem legem chri-
stus non obseruabat in sua incarnatione: quia
nunq̄ꝫ a suo patre discessit. Sed in passione:
quia tunc anima eius sponte regionem sui cor
poris dimisit: ⁊ sine coactiõe. vnde dicit. Po-
testatem habeo ponendi animam meam ⁊c.
Et rursum. Nemo aufert eaꝫ a me. Sed ego
ponam eam a meipso. Johis. xj. Illam auteꝫ
legem dꝫ seruare quelibet aia fidelis: vt spon-
te discedat a regione propria: seipsam quantuꝫ
potest a regione sua subtrahendo: in qua est or
ta: dum est a deo infusa: ⁊ infundendo creata.
Tunc aia nostra sponte egreditur: quando ad
eius incitamenta non inclinatur: sed ad superi
ora afficitur: quia affectus est motus animi ad
res: vt sancti docēt: quia qui in carne sunt: pla-
cere deo non possunt: id est qui sectant̃ corpo-
ris leges ad ipsas non possunt inclinari. Ro
manorum tertio. Illi auteꝫ qui placere deo de
siderant: a carne ipsam odiendo fugiunt.
Sicut enim in corporalibus idem est persecu-
tio ⁊ fuga: ita in spiritualibus idem est fuga:
volitio: ⁊ appetitus: quod persecutio. ¶ Iteꝫ
de talibus dicit apostolus. Non enim estis in
carne: sed in spiritu.

¶ Secunda lex est ꝙ peregrinus per rectam viam incedit non querens diuerticula ne forte non attingat terminum per errorem viarum. vnde sollicitus est querere viam rectaꝫ: q̄ in lō ga via nullus diuertit libenter ne magis ꝓlonget ipsam. Via autem peregrinationis est longa. Psalmi. Heu mihi q̄ incolatus meus ꝓlongatus est. Illam seruauit xp̄s in suā peregrinatione: quia via qua venit ⁊ quam tenuit: non solum fuit recta: sed etiam omnis rectitudinis regula. Scd̄m Augustinū: sicut artifex regula mensurat rectitudinem sue artis: ita ꝙ quantum distat quodlibet ab eius conformitate: ꝙ tātuꝫ habuit de obliquitate. Ita aīa q̄ꝫtuꝫ cunqꝫ habuit de deformitate a via christi: tantū habuit de obliquitate bonitatis ⁊ perfectionis vnde Johis. 14. Ego sum via veritas ⁊ vita. Ratio autem tota consistit in conformitate ⁊ rectitudine voluntatis ⁊ rationis. Illam autem legem dꝫ seruare anima fidelis que peregrinatur ad patriam vt directe semper incedat. Nulla autem recte ad celum peregrinari potest: nisi accedat directe sine omni difficultate: vt sicut ascensus montis: qui fit per lineas trāsuersales non est directus ascensus: sed qui fit perpendiculariter sic plus esset de affectu terrenoꝝ q̄ꝫ supernorum: tunc est ascensus dyametralis: ⁊ si sola affectio mūdialis tunc esset descensus perpendicularis: Et ratio. Qui a bonarum mentium est perfecte incedere ⁊ directe discendere: vt dicitur deuteronomij. 5. Nō declinabis ad dexteram neqꝫ ad sinistram.

¶ Tertia lex est: ꝙ peregrinus nō retroducit q̄ sibi esset impedire ⁊ non pergere. Ille eniꝫ qui peregrinatur desiderat terminuꝫ sue peregrinationis: ideo non requirit ab eo elongari gari gratis. Istaꝫ autem legeꝫ xp̄s seruauit q̄ in sua passione non retrocessit: sꝫ hostibus ip̄ꝫ querentibus obuiauit. Johis. 5. vt perficeret cursum queꝫ inchoauit. Istam auteꝫ legem dꝫ seruare anima fidelis: vt accepto virtutis proposito nō resipiscat. Aliud est enim in via cadere: aliud retrocedere. Nam ille qui a bono statu ad malum transit: non retrocedit: sꝫ cadit sic peccando. Isto modo qui de peccatis ꝯmissis non conteritur: nō recedit: sed retrocedit. Sic vero qui a statu superiori ad statum inferioreꝫ lꝫ bonum transit retrocedit: q̄ plus distat a termino supremo. Et de talibus dicitur Luce. 9. Nemo mittens manum ad aratrum ⁊ respiciens retro aptus est regno dei.

¶ Quarta lex est: ꝙ peregrinus in terra peregrinationis non subsistit: q̄ si ibi vltimate subsisteret: non peregrinus sed indigena esset reputandus ⁊ non aduena: cum omnis peregrinus sit aduena. Psal. Aduena ego sum apud te ⁊c. Istam legem christus seruauit quia affectione sua in terrenis nullatenus quietauit vnū cum vellent eum regeꝫ facere solus fugit ī mōtem. Johis. 6. Istam legem debet seruare anima fidelis: vt requiem suam non querat in rebus huius mundi: appetendo eas sui gratia: sicut illi qui nihil aliud desiderant preter illa vel propter illam. Non enim habemus hic manētem ciuitatem: sed futurā ingrimus. Heb. 13.

¶ Quinta lex est: ꝙ peregrinus in terra peregrinationis sue amicitias non querit: quia ad amicos pertinet pariter conuersari. Talis eniꝫ amicitia nō esset eis ꝓficua. Et ideo illos q hu mano auxilio destituti sunt respicit dominus. Et ideo dicitur. 4. deutero. Deus vult peregrinum ⁊ dat ei victum ⁊ vestitum. Istam legem seruauit christus: quia amicitias cuꝫ omnibus huius mundi contrahere non voluit: vt pꝫ de phariseis: quibus se cōiungere noluit. Istā legem debet seruare anima fidelis: vt peregrinans per hunc mundum: amicitiam cum huiꝰ mundi incolis non contrahat: quia qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. ideo Joannes ⁊ alij patres fugierunt in desertum: ne amicitia huius seculi macularentur.

¶ Sexta lex est: vt in terra peregrinationis nō accipiat delectationes. quia impossibile est aliquem delectari perfecte in motu existente: cum perfecta delectatio sit coniuncta quieti. Istaꝫ legem seruauit christus seruando supplicia mortis: ⁊ multa alia aspera que sustinuit: cuꝫ tamē non haberet peccatum. Istam legem seruare dꝫ aīa fidelis: vt voluptates ⁊ delectatiōes sensibiles nō reqrat: q̄ illa extinguūt in nobis spiritualia carismata. vnde Matthei quarto dicitur: ꝙ diuitie ex quibus concupiscentie oriuntur suffocant verbum diuinum.

¶ Septima lex est: ꝙ peregrinus in terra peregrinationis sue hereditatem non petit: quia ibi non vult habere quietem. Istam legem in se christus seruauit: quia hereditatem regis dauid: que etiam de iure sibi debebatur non postulauit: immo recusauit dicens. Regnuꝫ meum non est de hoc mundo: ⁊ illam legeꝫ debet seruare anima fidelis: vt hereditatem non vendicet in terris: sed in celestibus: quia anima nō

est de terris: sed patria sua est celestis. Ideo q
vult in terris hereditatem habere: iuste priua/
bitur debita hereditate in excelsis.
¶ Octaua lex ē: ꝙ in terra aliena de negocijs
ciuiū se non intromittit: quia cum causaꝫ igno
ret: non potest bene de ea iudicare. Istam le/
gem christus seruauit: quia de negocijs mun/
di se nullatenus intromisit. Istam legem tene
re debet anima fidelis: quia nullus perfecte po
test intēdere ad duo negocia disparia q̄lia sunt
diuina ⁊ secularia. Unde dicitur. Nemo mili/
tans deo implicat se negocijs secularibus.
¶ Nona lex est: ꝙ peregrinus in terra aliena
non extollitur: q̄ cum extollentia sit prouocati/
ua aliorum nō expedit: ꝙ in terra aliena ab ali
is extollatur. Illam legem christus seruauit: q̄
etiam supra discipulos suos se extollere noluit:
vt patet in ministrando eis ⁊ pedes lauando.
Luce. 22. Quis maior est: qui ministrat an qui
recumbit? ⁊c. Hanc legem seruare debet fide/
lis anima vt non extollatur: quia licet sit nobi/
lissimis orta natalibus cum sit a deo creata: ta/
mē est brutali corpori sociata: ⁊ quasi matrimo
nio copulata. Psalmista. Homo cuꝫ in hono
re esset ⁊ cetera.
¶ Decima lex est: ꝙ peregrinus in domo alie
na recipitur. Istam legem seruauit christus q̄
in hac vita existens propriam domum non ha
buit: sed semper in aliena fuit receptus. Luce
nono. Filius hominis non habet vbi caput su
um reclinet. Illam legem debet seruare anima
fidelis: ꝙ carnem in qua habitat reputet alie/
nam: ⁊ seipsam etiaꝫ peregrinari sciat: quia nul
lus de domo ꝓpria expellitur violenter. Sed
aīa nostra postq̄ꝫ fuit ibi hospitata modico tem
pore inde expellitur cum violentia tanq̄ꝫ a do/
mo aliena. Et iō sicut filia regis in domo igno
bili desponsata cupit in domo patris regredi vi
culo matrimonij soluto: ita anima debet desi/
derare ad domuꝫ paternam. Sapiē. 12. Spi/
ritus redeat ad dominum.
¶ Undecima lex est: ꝙ in terra peregrinatio/
nis sue iniurias equanimiter tolerat: quia cum
sit ibi incognitus ⁊ despectus non habet auxi/
lium per quod resistat. Et ideo sapienter malū
illatum dissimulat. Istam legem xp̄s seruauit:
quia nobis exempla patientie monstrauit. Illā
legē dꝫ habere aīa deuota: q̄ ira ⁊ ꝯturbatio la
